Secunda opinio eſt, quæ tenet ſubiectum huius ſciẽtiæ eſſe ens, non quidem ſimpľr ſumptum, ſed ens reale finitũ diuiſum in x. p̃nta, quod ſolet dici ens p̃ntale, & hanc opinionem ſequitur Dñicus Flandrenſis in q̃onibus ſuis metaphyſicalibus, & dicit eam eſſe ad mẽtem. b. Tho. & q̃m peritiores Thomiſtę reputant id eſſe falſum, ideo adducã rõnes ſuas & ſoluam, ſed prius aduerte, ꝙ aliqui tenent hanc opinionem, eſſe ẽt ad mentem Cõmentato. Qđ tñ patet eſſe falſum, inſpectis principijs Cõmenta. Certũ eſt . n. ut allegatũ eſt in 1. phyſi. cõmen. ult. ꝙ metaphyſicus ꝯſiderat entia abſtracta, quæ tñ apud Cõmenta. non ſunt in p̃nto ſubæ, q̃m arbitratur ſola corruptibilia reponi in p̃nto. Præterea, entia abſtracta apud Cõmenta. non componuntur ex potentia & actu, ſed ſunt purus actus, ut declarabitur de intentione ſua in lib. 12. Hæc aũt opinio dicit. ꝙ ſuba p̃ntalis componitur ex potentia & actu, ergo non eſt ad mentem Cõmenta. Quantum igitur ad rõnes Flandrenſis aduerte, ꝙ modice ſunt efficaciæ, & ſunt iſtę.

Prima, ſubiectũ in metaphyſi. eſt illud, cuius principia & cauſas quærimus. Sed in ea q̃rimus principia & cauſas

ſolius entis pntalis,eo ꝙ ens ut ens, non hēt principia & cauſas,alr omne ens hrēt principiū, & ſic nō eſſet deueni re ad primū ens, cuius oppoſitū demōſtrabitur in li.12.

Rn̄deo,negatur minor,nā manifeſtabitur in lib.6.qūo hęc ꝓpoſitio eſt uera,ens ut ens hēt pncipia, & declarabi tur tam de principijs cōplexis,q̄ incōplexis,& tu ſuſtine, donec in lib.6.reſoluamus,q̄ illic formabuntur quęſita.

Secunda,ſi ens cōe Deo & creaturis eſt ſubiectū in hac ſcientia, pari rōne, ens cōe enti reali, & enti rationis, qm̄ utrūque ſubēte,ut ens eſt,cōtinetur,& tn̄ hoc eſt falſum, qm̄ logica tm̄ conſiderat de ente rōnis, cum ſit ſubiectū in ea,& qm̄ Ariſt.in lib.6.excludet ipſum à metaphy.

Reſpondeo, negatur conſequentia, non.n. eſt eadem ratio,quoniam cum metaphyſica, ſit ſcientia realiſſima, conuenit ei ſubiectum reale, ens autem cōe enti reali & enti rōnis,non eſt quid reale, ſed ab utroque abſtrahit.

Tertia,oēs conditiones ſubiecti adequati,ita pn̄t attri- bui enti pntali,ſicut enti cōi Deo & creaturæ,ergo &c.

Reſpondeo,negatur antecedens,quod nec ipſe probat, falſitas aūt eius conſtat ex hoc, quoniam ens pntale non adequat conſiderationem metaphyſici, conſiderat.n. de paſſionibus entis, ut declarabitur in lib.4. quæ non con- uertuntur cum ente pntali, immo præcedunt ens diui- ſum in.x.pnta,ut declarabitur in lib.4.

Tertia opinio,quam reputamus ad mentē Ariſt. & Cō men.& Auic.in.1.ſuæ metaphyſic.& Algazellis,et domi ni Alber.& b.Tho.& Scoti eſt hæc,ens reale ꝑ ſe cōe fini to et infinito.i.creato et increato,eſt ſubiectū adequatum in hac ſciētia.Declaro primo titulū,deinde probo conclu ſionē,dr̄ ens reale,ad drīam entis cōis enti reali & rōnis, qm̄ ut ſic in nulla ſcia eſt ſubiectū,nullā.n.dicit unitatē, ſed tm̄ unitatē uocis, ens aūt reale dicit unitatē uniuoca- tionis ſm Scotū,uel analogię ſm b.Tho.& ꝑpea pōt eſſe ſubiectū in metaphyſica, ſicut et ī logica ſubiectū eſt ens rōnis,qđ Ariſt.ī li.6.tex.8.dicit ptermittēdū à metaphy. ubi dicit.Cōmē.utrūqꝫ.ſ.ens ꝑ accn̄s et ens ueꝝ numerat

a iſt

in genere entis diminuti, & ideo perſcrutandum eſt de ente pfectio, qđ eſt ens extra aiam, hęc Commentator.

Nec obſtat qđ dicit phs in 4. lib. tex. 5. ꝙ metaphyſic⁹ et logicus loquuntur de oibus, et ſic ꝯueniunt in ente, ubi & Comen. ait, ꝙ ꝯueniunt in ſubo, illud. n. intelligēdum eſt de ſubo mālr, & non formalr ſumpto, nam alia rõne ꝯſiderat metaphyſicus de ente, & de quolibet ente, & alia rõne logicus, metaphyſicus quidē ſcrutatur uerū entitatē cuiuſlibet entis, ut entitas eſt, logicus aūt ideo conſiderat de oibus, ꝑut cuilibet enti attribuit aliꝗ ex intētionib⁹ ſecundis, uel ꝯſiderat de oibus, ꝑcedendo ex aliqbus cōib⁹, metaph. autē ꝑcedendo ex ꝑprijs, & ideo diſcurſus metaphyſ. ſciam gnat, logicus autē opinionē tm̄, loquendo ergo de ſubo adequato, et ſm ſuā rationē formalē, non ꝯueniunt metaph. & logicus, & tu aduerte, ꝙ aliqui breuius rñdentes dnt Ariſt. & Cōment. intelligere de ſubo cōiſſimo, et non de adequato, ſed id non vr ꝯſonum, qm̄ Ariſt. in 1. tex. eiuſdē libri, iā ꝑpoſuerat ꝙ eſt aliqua ſcia, q̄ ſpeculatur ens inquātum ens, & ſm Comment. illic agit de ſubo ꝑprio huius artis, ut diſtinguitur à ſubis aliaꝝ ſciētiaꝝ, ergo continuādo tex. phi, rationabile eſt, ꝙ in ſenſu eodē loquatur de ſubo in tex. 5. Ideo tu te ne primam reſponſionem, quę etiam conſonat b. Tho. illic exponenti.

Dr ens reale p ſe, quoniā Ariſt. in lib. 6. in tex. 8. excludit ens per accidens, de quo ꝑbat illic Ariſt. ꝙ non poteſt ſciri, ſicut nec ens fortuitum, unde in fine ſexti libri, quaſi purificans ſubm huius ſcientiæ inquit. Quapp dimittātur. ſ. ens p accńs, & ens uerum, ubi Cōmenta. inqt, dimittamus ergo pſcrutari ens p accńs, & ens qđ eſt in aīa, qm̄ utcunqꝫ numeratur in genere entis diminuti, et ideo perſcrutandum eſt de ente pfecto, quod eſt ens extra animā.

Dr cōe enti finito et infinito, qđ tu non intelliges q̄titatiuę, ſed eſſentialr. qđ exponitur p creatū & increatum, ſiue p ꝑductum et improductū, qm̄ (ut rõnes ꝑ ꝯclone ꝑbabunt, metaphyſic⁹ non ſolū uerſatur circa ens p̄ntale, ſed circa ens reale, ꝑut uerificat de quolibet ente reali p ſe

conſtat aũt ꝙ nõ ſolum ens finitum eſt ens reale p ſe, ſed et infinitum,ut Deus eſt ens reale per ſe,immo realiſſimũ, cum ſit perfectiſſimum.

Sed dices,ergo tu tenes ly inquantum ſpecificatiuæ, & ſic coincidis cum opinione ſecunda.

Rñdeo,non inconuenit ſpecificare ly ens,non tamen ſicut ſecunda opinio,nã illa contrahit ens ad x.pnta, quæ dicũt ſpãles modos eſſendi,ut declarauim⁹ in trac. de trãſcẽdentibus,nos aũt non ſic cõtrahimus,ſed relinquimus ipm in ſua maxima uſitate,tractum ad ens reale p ſe, qđ eſt longe maioris ambitus,q̃ ens pntale,unde p nña opinione,ſic formetur concluſio. ens reale per ſe inquantum tale,eſt ſubiectum in hac ſcientia.

Sic declaratam ɔclonem pbamus duplici ratione,pmo ſic. Illud eſt ſubiectũ in metaphyſi. cuius paſſiones pmo & p ſe conueniẽtes ei conſiderantur in metaphy. Hæc patet,qm̃ eſt ɔditio requiſita in ſubiecto cuiuſlibet ſciæ, ſed entis realis p ſe paſſiones pmo & p ſe ei conuenientes ɔſiderãtur in metaphyſi. Hæc patet,qm̃ ut declarabitur in 4. lib. paſſiones pmo & ſe entis ſunt tranſcendẽtia,& actus, & potentia,& finitũ,& infinitũ entitatiuæ. & iſtæ cõſiderantur in metaphy. ut patet in libr.4.& 9.& 10.ergo &c.

Sed aduerte,ꝙ Flandrenſis conatur hanc rõnem ſoluere dicens.ꝙ metaphyſi.non cõſiderat paſſionis entis.niſi ut diuiditur in x.pnta,ſilr nec ipm ens.cuius ſignum dicit eſſe.ꝙ phs in lib.5.in cap.de ente.diuidit ens qđ poſuerat in 4.lib. ſubiectum metaphy.in x. prædicamenta.

Sed hęc reſpõſio rudis eſt.qm̃.phs in lib.4.tex.1.dixit, ꝙ eſt quędã ſcia quæ ſpeculatur ens inquãtũ ens. & quæ huic inſunt ſm ſe.exẽplificans aũt in tex.3.de his quæ p ſe iſunt enti,noiat unũ,& infra noiat ſpẽs unius. & dicit ad eandẽ ſciam ptinere ɔſiderare de ente & uno, ſed unũ & alia tranſcendentia non cõſequuntur p ſe,ſumẽdo p ſe conuertibilr ens pntale.imo ens reale. Aliqđ'.n.eſt ens & unũ & bonũ,& uerũ,qđ tñ non eſt in pnto.puta prima cã,falſum eſt ẽt,ꝙ phs in 5.li.cap.de ente diuidat ens ſolũ

in.x.p̃nta.q̃m in eodem cap.diuidit p̲ potentiam & actũ & conſtat ꝙ utrãque diuiſionem proſequitur,eam quidẽ quæ eſt in.x. p̃nta, in lib.7.&.8. reliquam aũt in lib.9. Stat igitur ratio adducta pro concluſione in robore ſuo.

Secundo ſic arguitur,cum ens inquantum ens hãbeat paſſiones de ipſo demonſtrabiles, ut declarabitur in.4.li. eſt uereſcibile.ergo in aliqua ſcientia debet eſſe ſubiectũ. non in phyſica,nec in meta. q̃m ut inquit Ariſt.in.4.lib. tex.1.cũ ſint ſcientiæ particulares.partẽ entis conſiderãt. ſi ergo nõ eſt ſubiectũ in hac ſcientia oportet dare aliam ſcientiã vl̃em,diſtinctã ab hac ſcientia.qđ eſt falſum. q̃m tũc eſſent.4.p̃hiæ ſpeculatiuæ. ꝙ eſt cõtra Ariſt.in lib.6. tex.2. & illa quarta eſſet ꝑma & vl̃is ſcientia, q̃m eſſet de ꝑmo & vl̃iſſimo ſubiecto, ex cõſequenti falſo attribuiſſet Ariſt.huic ſciæ nomen primæ p̃hiæ.& nomen ſapientiæ. cum igr̃ hęc ſit apud Ariſt.prima p̃hia, eius eſt de ente in quantum ens ſpeculari.& non ſolum de ente p̃ntali.

Probata ꝯcl'one aduerte,ꝙ ĩter Thomiſtas eſt diſcrepãtia.q̃m aliqui tenent cum Flandrẽſi,aliqui aũt cum tertia opinione,quã credo eſſe ad mentem b.Tho. Qui tenent cũ Flandrenſi.fundãt ſe ſup̲ duo dicta b.Tho. Primũ eſt ſup̲ Boetiũ de tri.in.q.qua quęrit,de diſtõne ſciaꝝ ſpeculatiuarũ,illic ſic dicit,theologia ſiue ſcia diuina ẽ duplex, una in qua cõſiderantur res diuinæ,non tanq̃ ſubm ſcię. ſed tanq̃ principia ſubiecti.et talis eſt theologia.quã p̃hi. ꝓſequuntur,q̃ alio noĩe metaphy.dr̃. alia uero q̃ res diuinas ꝯſiderat ꝑꝑ ſeipſas,ut ſubiectũ ſciæ, & hæc eſt theologia,quę ſacra ſcriptura dr̃.Theologia ergo p̃hica determinat de ſeparatis,ſicut de ꝑncipijs ſubi.Theologia uero ſacræ ſcripturæ conſiderat de ſeparatis,ut de ſubo. Hæc b. Tho.Tũc iſti ſic arguũt. Principia ſubiecti nõ ꝯtinentur ſub ſubo,alr̃ cauſa ꝯtineretur ſub ſuo effectu ſm b.Tho. ſubſtãtiæ ſeparatę ꝯſiderantur à metaphyſico,ut ꝑncipia entis,qđ eſt ſubiectũ in metaphyſi.ergo nõ ꝯtinẽtur ſub ſubiecto metaphyſi.ex ꝯſequenti ens reale p̲ ſe acceptum in ſua maxima vl̃itate,non eſt ſubiectum in hac ſcientia.

Secundum dictũ b.Tho.eſt in ꝓlogo,quem ꝑponit in principio metaphy.ubi circa finẽ ſic inqt,ex quo apparet ꝙ quamuis iſta ſciẽtia,ꝑdicta tria ꝯſideret, non cõſiderat quodlibet eoꝝ ut ſubiectum,ſed ipm ſolum ens cõe. Hoc .n.eſt ſubm in ſcientia,cuius cãs & paſſiones quærimus, non aũt ipſę cauſę gñis q̃ſiti.Hæc b.Tho.et pɔrũ ante ꝑmiſerat,ꝙ ſubſtantię ſeparatę ſunt oẽs & vl'es cauſę entis cõis,qđ eſt genus.i.ſubiectũ in hac ſcia. Tunc iſti ſic arguunt,illud ens cõe eſt ſubiectũ in metaphy. cuius cauſę et ꝑncipia ſunt ſubſtãtię ſeparatę hęc eſt b.Tho.ſed entis cõis Deo & creaturæ ſubſtãtiæ ſeparatę, nõ ſunt cauſæ & ꝑncipia,al'r & Dei & ſui eſſent cauſæ,ergo ſm b.Tho.ens cõe Deo & creaturæ,non eſt ſubiectum in hac ſcientia.

Ad primũ dictum b.Tho.rñdeo,& dico, ꝙ ex eo non intẽdit negare,quin ſeparata ꝯtineantur ſub ſubiecto metaphiſicæ,ſed innuit modũ,quo cognoſcũtur ab ea,unde aduerte,ꝙ licet oia entia realia per ſe conſiderẽtur à metaphyſico,& ut ſic ꝯtineantur ſub ſuo ſubiecto, non tñ eoꝝdem modo,oia conſiderantur, ſed quędam à priori et ꝑ eſſentias ſuas,utpote ꝓportionata intellectui nr̃o,quædã à poſteriori et ꝑ effectus,quoꝝ ſunt principia,ut entia ſeparata & immaterialia;cũ ergo dicit b.Tho. ꝙ metaphyſicus ꝯſiderat ſeparata, ut principia entium, dedit modũ cognitionis.q.d.ꝑ effectus,ex quibus aſcendimus ad cognoſcendum hæc ꝑdicata de illis.ſ.principia cauſæ, ꝑmi motores,eterni,immateriales,intellectuales,etc. Tunc ad argumentũ.diſtinguo.Maiorem.Principia ſubiecti contineri ſub ſubiecto põt eſſe dupl'r, primo in rõne productiua,uel cauſalitatis,& ſic eſt uera, al'r effectus eſſet ꝓductiuus ſui ꝑncipij, ſcđo in rõne cognoſcitiua,uel cognoſcibilitatis,et ſic nego ipſam maiorem,nam qñ cognoſco cãm ꝑ effectum,effectus in rõne cognoſcitiua hẽt rõnem principij,& cauſæ, & ut ſic continet ſub ſe principium & cãm ſuam ꝓductiuam,& ſic patet ꝙ nõ incõuenit ſubas ſeparatas eſſe realia principia entiũ,& tamen cõtineri ſub ente,ut principia ſub ſuo effectu in ratione cognoſcitiua.

Ad dictum ſecundũ,dico ꝙ minus eis ſuffragatur, qm̄ licet quod libet hoꝝ trium,ſubē ſeparate,ens cōe, paſſiones & partes entis,non ſit ſubm̄ in hac ſcientia, eo ꝙ una ſciētia eſt unius ſubiecti,ex hoc tamen nō ſequitur, quin ens cōe Deo & creaturę ſit ſubiectum adequatum, & ad argm̄ nego minorem, ad probationem nego ꝯſequentiā, qm̄ iſta propoſitio,ſubē ſeparate ſunt cauſæ entis cōis,nō eſt neceſſe ꝙ uerificetur vl̄iter,ſed partialiter, ſufficit.n.ꝙ aliqua pars entis ſubiectiua, puta ens corruptibile ſit cauſatum ab eis. Et p̄terea,hoc argm̄ eſt ꝯtra arguentes,nam ex eo ſequitur,quòd nec ens prędicamētale ſit ſubm̄,cum .n.ſubē ſeparate excepta prima,ꝯtineantur in p̄nto, & ſecundum ipſos ſolum illud ens cōe, cuius ſunt principia ſubē ſeparate,ſit ſubiectum in hac ſcientia,ſequitur quòd uel ille ſubē ꝓducant ſeipſas,uel quòd ſubiectũ metaphyſicę non ſe extendat ad oē ens p̄ntale,quod eſt ꝯtra ſic arguētes. Patet ergo ꝙ dicta b. Tho. nō ens ſuffragantur. Et aduerte laqueũ eoꝝ fuiſſe,quia neſcierunt intelligere,qũo ſit uerũ,ꝙ ens inquantũ ens hēt principia,& tamen Deus qui cōtinetur ſub ente,non hēt principium. Id aũt nos reſoluemus in lib. 6. & tu ſuſtine uſqꝫ illic, nec inutilis fiat repetitio. Hęc pro præſenti quæſtione ſufficiant. In recitandis autem argumentis & ſoluendis,quę ſolent adduci ꝯtra huiuſmodi determinationem,non eſt utile nobis immorari,quoniam apud Ant. Andr. & Paulũ Soncinatem, & Io. Iandunum, & plures alios quæſtiones formantes in hac ſcientia uideri poſſunt, & idem modus ſeruabitur à nobis in quęſtionibus ſequentibus.

Quæſtio 2. ſi alię ſcientiæ ſubalternantur metaphyſicæ.

CIRCA hanc quæſtionem aduerte ꝙ oritur à p̄cedenti,nam qui tenent ens cōe Deo et creature eſſe ſubiectum in hac ſcientia, vñr compelli ad talē ſubalternationem,eo quòd alię ſcientiæ contrahunt ſubiectum metaphyſicæ per differentiam additam,licet non

ſit dria ꝓprie ſumpta, cum ens non ſit genus, unde ſicut linea uiſualis contrahit lineam, & propterea proſpectiua ſubalternatur geometriæ, ſic vr ens mobile contrahere ens, et ideo vr phyſica ſubalternari metaphyſicę. Idem vr de mathematica, cuius ſubiectum eſt ens quantum. Vt igitur id reſoluatur, & appareat quòd ad id nõ compellimur, agemus tria, primo ponemus aliquas diſtinctiones, ex quibus apparebit quid ſit proprie ſubalternari, ſecundo ponemus duas concluſiones, ex quibus reſoluetur totum quæſitum, tertio ſoluentur quædam dubia.

Prima diſtinctio eſt dę contractione ſubiecti. Aduerte igitur ꝙ contractio fit dupliciter, primo ꝑ contractiuum per ſe, ſecundo per contractiuum accidentale. Secundum primum ſenſum ex contractiuo & contracto fit unum ꝑ ſe, in primo uel ſecundo modo per ſe. Et hęc ꝯtractio ſeruatur inter dr̃iam eſſentialem, & ſuum genus, ut animal rõnale, uel inter genus et ſpeciẽ, ut animal homo, et br̃ inter ſuperius & inferius in ordine ꝑntali. Sil̃r inter ſubm̃ & propriam paſſionem, & ꝑcipue diſiunctã, ut numerus par, uel numerus impar. In ſcd̃o ſenſu ex ꝯtractiuo & contracto fit unum ꝑ accidẽs, ut ex linea & uiſuali, non.n. uiſuale eſt dr̃ia, uel propria paſſio lineæ, nec unum eſt de ratione alterius. Secus autẽ eſſet, ſi differẽtur linea lõga, uel linea breuis, quoniã eſſet ꝯtractio iuxta primum ſenſum.

Secunda eſt de uaria ſubalternatione. Aduerte igitur ꝙ una ſcia poteſt dici ſubalternari alteri dupl̃r, primo denominatiue, & quaſi extrinſece tãtum, & fit, qd̃ finis inferioris ordinatur ad finem ſuperioris, uel qñ ſubm̃ inferioris ꝯtinetur ſub ſubiecto communioris. Primo modo, oẽs ſcientiæ uel artes ſubſeruientes, poſſunt dici ſubalternari principali, iuxta quẽ modum dicit pħs in 1. ethicorum, frenefactiuã, equeſtrem, & militarẽ ordinari ad politicã. Secundo modo. oẽs ſcientiæ quæ ſunt de partibus ſubiectiuis alicuius ſubiecti cõis, poſſunt dici ſubalternari ſciẽtiæ, q̃ eſt de ſubiecto communi, puta ꝙ ſcientia de cœlo, de elemẽtis, de mixtis, de aĩatis ſubalternãtur phyſic. iux-

ta eundem modum,ſcientiæ de ſuƀa,de accidēte,de actu, de potentia,de uno, de multis, poſſunt dici ſubalternari ſcientiæ, cuius ſubiectum eſt ens. Sed hæc ſubalternatio eſt cōiter dicta & impropria, nec iuxta eam formatur pſens dubium,ſecundo dicitur una alteri ſubalternari, intrinſece & eſſentialiter,ita q ſi nō ſubalternaretur alteri, non eſſet ſcientia,nec haberet uiam ad probandum ꝯcluſiones ſuas. & hęc eſt uera & ꝓpria ſubalternatio, q̄ tria requirit.Primo q ſubiectum ſubalternate cōtineatur ſub ſubiecto ſubalternātis.& defectu huius, phyſica non ſubalternatur geometrię,ſecundo q ſubiectum ſubalternate addat ſupra ſubiectum alternātis aliquod accidentale & extraneum.& non aliquod ꝑ ſe,& defectu huius, ſciētia de ſpecie non ſubalternatur ſcientię de genere. nec ſciētia de paſſione,ſciētiæ de ſubiecto, tertio q ſcientia ſubalternās dicat quid de ꝓximis principijs ſubalternare, ita q non poteſt reducere ꝯcluſiones in principia ſua, niſi auxilio ſciētię ſubalternantis, uel ſic.q de principijs ſuis ꝓximis nullam hēt euidentiam.niſi ꝓbata ſint in ſubalternante. & ut ꝓbata recipiat.& hęc eſt pfectiſſima ſubalternatio. de qua locutus eſt phs in.1.poſte. & poteſt ſic deſcribi, ſubalternatio eſt ſuppoſitio unius ſciæ alteri ſcientiæ,cuius ſubiectum contrahitur per dr̄iam accidentalem,& extraneā,& probat principia ꝓxima ſcientię ſibi ſuppoſite.

His p̄miſſis,pro determinatione quęſiti. proponuntur due ꝯc̄ones.Prima eſt.ſubalternatione denominatiua, ſiue extrinſeca,alię ſciētiæ ſubalternātur metaphyſicæ. nā alie ſunt de aliqua parte entis.ut patet in.4.li.huius ſciētiæ te.1.Quælibet aūt pars entis contrahit, ut ens mobile.ens quātum continuum, ens quātum diſcretum, cum ergo ſuƀa aliaꝝ ſciaꝝ ꝯtineantur ſub ſubiecto metaphy. et addāt ſuper ip̄m.poſſunt ut ſic dici ſubalternari metaphy. Pręterea vn̄r oēs ordinari ad eā, ut ad nobiliorem. ideo appellatur ſapiētia.ergo ut ſic ſubalternat ſibi alias.

Secunda ꝯc̄o.ſubalternatione propria dicta.non ſubalternantur.nā ſubſtantia earū non addunt ſupra ens ali

quod extraneũ ab ente licet .n. additum non ſit de rõne entis,tñ ens eſt de rõne additi.qm̃ nihil ſubterfugit rõnẽ entis.alr eſſet non ens. Ad ueram aũt ſubalternationem rõne illius quod addit ſubiectum ſubalternate,ſuper ſub iectum ſubalternantis.requiritur,ꝙ unum nõ ſit de rõne alterius,nec econuerſo. nam linea non eſt de rõne uiſua lis,nec econuerſo. Præterea,aliꝗ ſcientiæ hñt ſua ꝑncipia proxima ſibi euidentia,aut ex ſenſu,aut notitia ſuoꝝ pro prioꝝ terminoꝝ,ut prima principia mathematica. & plu ra ꝑncipia.ſ.phyſica,ut motus eſt. natura eſt. plura entia ſunt. Hæc & plura alia ſunt ſufficienter nota in ſcia,in ꝗ ſunt ꝑncipia, ita ꝙ mathematicus & phyſicus pñt ex eis deducere ꝯclõnes ſuas, abſq; hoc ꝙ innitantur ſuperiori ſciæ,ergo conſtat,ꝙ aliæ ſciæ nõ ſubalternãtur metaphy.

Vltimo aduerte duo dubia contra prædictam determi nationem. Primum eſt.ꝙ metaphyſica probat principia oĩum ſcientiaꝝ,& habet firma re.ut patet in 4. lib. huius ſcientiæ & Ariſt.dicit in 1.phyſi.tex.8.& 12. ꝙ ſiquis ne gat principia geometriæ.non eſt geometrꝗ,ſed primi pħi probare.ergo uidentur aliꝗ ſcientiæ ſubalternari huic.

Rñtur duplr.primo,ꝙ primus pħs non probat princi pia proxima aliaꝝ ſcientiaꝝ,qm̃ illa ſupponuntur ut ma niſeſta in illa ſcientia, pro tanto aũt dr̃ probare principia aliarum ſcientiarum,quia probat prima & uñiſſima prin cipia complexa,quibus utuntur ſcientiæ particulares.nõ quidem in ſua cõitate.ſed ut eis opus eſt.ut declarauimus in 4.lib. Ad hoc autem ꝙ una ſcientia ſubalternetur al teri,neceſſe eſt ut principia proxima ſubalternate,ſint cõ cluſiones probate in ſubalternante, quibus deducuntur ꝯclõnes in ſubalternata. aliter ſcientia ſubalternata non eſſet ſcientia.Dico ſecundo.ꝙ dato & non conceſſo,ꝙ me taphyſica probaret principia proxima aliarum ſcientiaꝝ. adhuc non eſſet ueræ ſubalternans. qm̃ ſubiecta aliarum ſcientiarum nõ addunt differentiam extraneam ab ente. quoniam ens eſt de ratione differẽtiæ addite. Quare &c.

Secũdũ dubiũ eſt qa b. Tho.in opuſculo de natura ge

neris dicit in ca.5.ꝙ incipit de metaphyſica,& logica &c. ꝙ phyſica ſubalternatur metaphyſicæ, & uidetur loqui de ſubalternatione proprie dicta. nam ſi legis dictum opuſculum,inuenies,ꝙ eo ſenſu, quo proſpectiua ſubalternatur geometrię.phyſica ſubalternatur metaphyſicæ.

Ad hoc dicitur ab aliquibus Thomiſtis.illud opuſculũ non eſſe b.Tho.& præcipue, quia ratio quam adducit ad hoc non ualet. Dicit.n.Iſto modo naturalis ſcientia q̃ applicat naturam entis ad naturam ſenſibilem. eſt ſub metaphyſica.q̃ conſiderat de ente abſolute.qa ens mobile non eſt ſpecies entis,cũ ens non ſit genus. patet aũt ꝙ hoc nõ ualet,non.n.ad ueram ſubalternationẽ ſufficit, ꝙ non ſit ſpecies, ſed eſt neceſſe, ut ille modus ꝯtractiuus ſit ita extraneus à ſubiecto ſubalternantis, ꝙ non diffiniatur per ip̃m,ſicut patet ꝙ linea non eſt de rõne uiſualis,neq; numerus de rõne ſonori.eſt aũt impoſſe inueniri aliquid, de cuius rõne non ſit ens, & ideo ſĩlitudo quę adducitur de ꝓſpectiua & geometria.& de phyſica ac metaphyſica nulla eſt.unde non eſt ueriſimile.b.Tho.ita inconſulte locutum fuiſſe, põt ẽt dici admiſſo qđ opuſculum ſit b.Tho. ꝙ illic non loqtur de ꝓpria ſubalternatione,de cuius ratione eſt. ꝙ nõ ſolum ſubiectum ſubalternate addat extraneum ſuper ſubm̃ ſubalternantis. ſed ꝙ ſubalternans ꝓbet ꝑncipia ꝓxima ſubalternate.qđ non facit metaphyſica,reſpectu phyſicę.Nec obſtat ꝙ dicit,illo mõ ſubalternari phyſicam metaphyſicæ.quo ꝓſpectiua geometriæ. Hæc.n.ſĩlitudo currit ſolum quantum ad hoc. ꝙ ſicut linea uiſualis non eſt ſpẽs lineæ,ſic nec ens mobile eſt ſpẽs entis. Sed ut diximus, hoc non ſufficit ad ueram & propriam ſubalternationem.Hæc de p̃nti quęſito dicta ſunt.

Quæſtio 3.ſi hæc eſt uera. omnes homines natura ſcire deſiderant.

CIRCA hanc ꝓpõnem ut appareat eius ueritas. quattuor agenda ſunt. Primo q̃uo ſumitur ly nã. Secundo diſtinguendum eſt de multiplici appeti

tu,ſiue deſiderio. Tertio ponentur aliquę concluſiones reſponſiue. Quarto ſoluentur quędam dubia.

Quantum ad primum aduerte ꝙ ly nã ut patet in 5. lib. multipl'r ſumitur.ſ.pro gñatione uiuentium,&dr̃ nã, quaſi naſcitura.uel quia eſt uia ad nãm.i.ad formam;ſumitur ẽt pro forma & pro mã, quia ſunt principium motus intrinſecum.Sumitur ẽt pro rei eſſentia, ſicut cũ dicimus.nã hominis eſt eſſe animal rationale.Sed nullo hoꝝ modoꝝ ſumitur hic nã.uidetur aũt ſumi pro quadam eſſentiali proprietate conſequente inſeparabiliter ip̃m hominem.qua inclinatur ad ſcientiam,ſicut cum dicimus. lapis natura.i.ſua naturali proprietate inclinatur in centrum.& in hoc ſenſu ly natura ſolet exponi pro natural'r.

Quantum ad ſecundũ aduerte, ꝙ ex doctrina b.Tho. in prima parte.q.80.art.1.& 2.triplex eſt appetitus.ſ.nãlis,ſenſitiuus,& intellectualis. nãlis conſequitur rei ???m, ſenſitiuus ſenſum, ſiue cognitionẽ ſenſitiuã, & diuiditur per iraſcibilem & ꝯcupiſcibilẽ;ut declarauim⁹ in 3. de aĩa in trac.de potẽtia motiua.Intellectualis ſequitur intellm̃, ſiue cognitionem intellectiuam.& dr̃ uoluntas ſiue appetitus liber quo poteſt appetens in oppoſita. Nãlis eſt tendentia ſiue inclinatio rei in perfectionem ſuam. & ineſt cuilibet rei.qm̃ unũquodq; ex ſui nã tendit in ſuam perfectionẽ.& hic appetitus non diſtinguitur real'r ab eſſentia rei,nec dicit potentiã,uel actum additum eſſentię, ſed eſt ipſa rei eſſentia,ut ordinatur & tendit in ſuum ꝓprium finẽ.uñ appetit⁹ nãlis in lapide.eſt ipſe lapis, ut inclinatur in cẽtrum.Senſitiuus aũt eſt potentia aĩæ. qua tendit aĩal in bonum app̃henſum p ſenſum,ut ſibi conueniẽs.& diffugit malum app̃henſum ut diſconueniẽs. Intellectualis ỽo eſt potentia aĩæ,ſiue naturæ intellectiue. qua tẽdit in bonum,& refugit malum, ut app̃henditur intellectu, & qm̃ in nã creata intellectuali,ſm̃ uiam nr̃am diſtinguitur potentia à rei eſſentia, ſequitur appetitum intellectualem diſtingui real'r ab eſſentia rei; Idem intellige de ſenſitiuo, & aduerte hos appetitus,ſic ordinari,ꝙ prior & cõior eſt

naturalis,eſt.n.in qualibet natura,unde & ſenſus,&intellectus,& uoluntas, ut ſunt quædam naturæ, dñr hr̃e appetitum naturalem, prout inclinatur imperfectionẽ ſuã, poſterior aũt & minus cõis eſt appetitus ſenſitiuus, qm̃ ineſt omni & ſoli animali ex 2. de anima, poſtremus & adhuc minus cõis,eſt intellectualis,qui inter mortalia,ineſt omni & ſoli homini,abſolute autem ineſt ſoli naturæ intellectuali.Nã ut declarabitur in lib.12.in ſubſtãtijs ſeparatis datur nobiliſſimæ modo intellectus & uoluntas.

Quantum ad tertium,pro determinatione quæſiti ponuntur tres concluſiones reſponſiue.

Prima concluſio, propoſitio philoſophi non uerificatur de appetitu intellectuali,quoniam cum ſit formaliter potentia libera, poſſet in oppoſitum, & ſic poſſet homo appetere non ſcire,quod eſt falſum,aliter propoſitio philoſophi non eſſet neceſſaria,ſed contingens.

Secunda concluſio,non uerificatur de appetitu ſenſitiuo,nam ilte appetitus ſequitur appræhenſionem ſenſus. Sed ſenſu non appræhendimus uniuerſale, de quo ꝓprie eſt ſcientia.Præterea, ſenſu cognoſcimus tantum ſenſibilia.Sed non appetimus cognoſcere tantum ſenſibilia,immo & magis quæ non cadunt ſub ſenſu, ergo etc.

Tertia concluſio.uerificatur proprie de appetitu naturali.Hæc ꝯclo patet à ſufficienti diuiſione data de appetitu,quam & b. Tho. probat tribus rõnibus, exponens textum. Prima eſt, ſicut ſe hẽt materia ad formam in gñe entium,ſic intellˀs nr̃ ad ſcientiam. Nam ex 3.de aĩa,ſicut materia eſt ex ſe in pura potentia ad formam,& non perficitur niſi per formam. ſic intellˀs nr̃ eſt in pura potentia ad ſcientiam,& non perficitur,niſi per receptionem ſciæ. Sed ex eo,ꝙ materia eſt in potentia ad formam, naturalr̃ appetit eam ex 1.phyſico.tanq̃ ſuum perfectiuum. ergo idem contingit ex parte intellˀs,reſpectu ſcientiæ.ſecunda eſt. Quælibet res naturalem inclinationem hẽt ad ꝓpriã operationẽ ut calidum ad calefactionem, lucidũ ad illuminationẽ,lapis ad deſcenſum.Sed ꝓpria operatio homi

nis

nis inquantum intellectualis eſt intelligere & ſcire, ergo etc.tertia eſt,unicuiq; rei ineſt deſiderium naturale, ut cõiungatur ſuo principio, qm̃ in hoc eſt ultimata perfectio ſua, ſed principium hoīs inquantum eſt naturæ intellectualis,eſt ipſa prima ſubā ſeparata.i.Deus,cui nõ põt hõ unıri,niſi p̱ intellectualẽ cognitionẽ,cũ ſit penitus immaterialis.ergo naturalr̃ deſiderat intelligere &ſcire Deũ,unde in hmõi reponitur humana felicitas,ex 10. ethicoꝝ.

Sed aduerte ꝙ Anto. And. in 1.lib. q. 2. impugnat b. Tho.non de falſo,ſed de pluralitate haꝝ rõnum.Dicit.n. ꝙ tres coincidunt in unam tm̃, & arguit ſic, oẽ appetens primam perfectionem.i.ſcientiam, appetit p̱p̱ ſecundã.i. p̱p̱ ſcire, & ſecundam appetit p̱p̱ tertiam .i. p̱p̱ unionem ad oƀm ſuum, ſiue principium, ubi aũt unum p̱p̱ alteꝝ, eſt tm̃ unum,ſi ergo prima perfectio,à qua ſumitur p̄ma ratio,eſt p̱p̱ ſecundam perfectionẽ, à qua ſumitur ſecũda ratio,& ſecunda perfectio eſt p̱p̱ tertiam perfectionem, à qua ſumitur tertia ratio,uñr realiter eſſe tm̃ una ratio.

Ad hoc dr̃ ꝙ b.Tho. plurificat has rõnes, non ea rõne qua una perfectio ordinatur ad alteram, ſed prout diſtinctę perfectiones hñt diſtinctas appetibilitates,ſcientia.n. cũ ſit habitus perfectiuus,eſt ex ſe appetibilis,idẽ dico de ſcire,& unione ad oƀm. Ant.And. aũt opinatur haꝝ triũ perfectionum eſſe tm̃ unam appetibilẽ,ita ꝙ non ſint appetibiles,niſi in ordine unius ad alterã,iõ credidit tres rõnes ad unã reduci.Dicemus ergo, ꝙ ſ̄m appetibilitatẽ ſũt tres, & in hoc ſenſu formauit eas b.Tho.& plurificauit.

Quantã ad quartũ aduerte tria dubia,primũ eſt de appetitu naturali,& eſt tale, ſi appetitus naturalis nõ diſtinguitur ab ipſa eſsẽtia rei, ergo intellr̃s ut inclinatur ad ſciẽtiã,ut ad ſui p̱fectionẽ,eſt appetitus naturalis.Sed hoc eſt falſum,qm̃ cũ oƀm appetitus ſit bonũ, eſſet ẽt oƀm ĩtellr̃s. qđ patet eſſe falſum,qm̃ eius oƀm eſt ueꝝ, & non bonũ.

Rñdeo intellr̃s duplr̃ cõſideratur. primo ut nã q̃dam perfectibilis,ſecundo ut intellr̃s eſt,primo modo ſuũ oƀm eſt bonũ,& ip̃m uerũ, ſiue ſciã ut perficiunt intellr̃m ſunt

bonum ſuum,ſecundo modo ſuum obm eſt ue℞,ut decla rauimus in trac.de trāſcendentib.patet igitur non eſſe inconueniens,ꝙ intellʼs ſit appetitus nālis,inquantum incli natur in ſciam,ut in ſuam ꝑfectionem, & ut ſic ſuū obm eſſe bonum,idē dico de ſenſu,ut inclinatur in obm ſuum, ſilr de uolūtate.ut ex ui nāæ ſuę tendit in obm ſuū,uñ uolūtas ut nā,ē appetitꝰ nālis.ut uolūtas, ē appetitꝰ rōnalis.

Scdm dubium eſt, cū hō nāliter appetet ſciētiā ut ꝑmā ꝑfectionem,& ꝯſiderare ſiue ſpeculari ut ſecundā ꝑfectionē,dubitatur,ſi eodē aut diuerſo appetitu deſiderat utranque ꝑfectionē.& uř ꝙ diuerſo.Nā anteꝗ hēat ꝑmā perfectionē,eſt in potētia eſſentiali, qua habita, eſt in potentia accñtali reſpectu ſcdæ. Sed non uř eſſe eadem potentia eſſentialis &accñtalis.cū nō dicat de eis potētia uniuoce,ergo nō uř eē idē appetitꝰ,quo appetimꝰ ſciam & ſpeculari.

Rñdeo ſm doctrinā b.Tho.dico,ꝙ eodē appetitu reali.nā ſicut una mā numero appetit formā ſubalem ꝑmo, deinde formas accñtales,qm̄ accñtalis ſupponit ſubalem. Sic idem intellʼs eadem inclinatione reali inclinatur ꝑmo ad ſciam,deinde ad ſpeculari, qm̄ hoc ꝑſupponit ſciam. Ad argm̄ dico,ꝙ diſtō potentiæ in eſſentialem & accñtalem.non eſt diſtō realis.ſed ſm rōnem. unde licet ꝯcedamus intellm̄ alia rōne inclinari ad ſcientiam, alia ad ſpeculari.tñ negatur hæc conſequentia, ergo alia & alia potentia, ſiue alio & alio appetitu. Nec obſtat, ꝙ potentia non dř uniuocæ de eſſentiali & accidentali. quoniam ad prædicationem non uniuocā, ſufficit diſtinctio rationis.

Tertium dubiū eſt.ſi oēs hoies nā ſcire deſiderant,unde eſt,ꝙ aliꝗ deſiderant ſcire nālia.& diffugiūt mathematica,& aliqui econuer,ſo& aliqui tm̄ phyſicalia,aliqui tm̄ rhetoricam,aliqui tm̄ poeticam, aliqui tm̄ hiſtoriam &c.

Reſpondeo.Hoc dubium diffuſæ reſoluimus in epitomi noſtra in 2.metaphy.in c.3.quære illic. ne pluries idē inutiliter repetatur. Hæc de 3.q. dicta ſint.

Qō 4.ſi uiſus eſt nobilior ſenſus.et ſi eſt magis cauſa ſciendi.& ſi ipſum magis diligimus.

Ipſum uidere præ omnibus eligimus. quia hic maxi-
me cognoſcere nos facit. In prohemio.

CIRCA hoc quæſitum ſic procedemus. Primo probabitur ꝙ uiſus eſt nobilior cæteris ſenſibus. Secũdo ꝙ per ſe magis facit ſcire. Tertio ꝙ ipſum magis diligimus. Quarto ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad primũ aduerte q̃truplicem uiam, q̃ notificatur nobilitas uiſus ſup̃ alios ſenſus. Prima ſumitur ex obõ. reſpicit.n.lucem & colorem. qui eſt quædam lux, licet nõ pura, ut declarauimus in li. de ſenſu & ſenſato. lux aũt nobilior eſt ĩter oẽs qualitates ſenſibiles. cuius ſignũ eſt, ꝙ in nobiliſſimo corpore inuenitur, & dr̃ qualitas primi alterantis. nam ex 2. lib. de cœlo. cœlum agit in hęc inferiora motu & lumine. & hanc rõnem tãgit pħs in 2. li. de gñatione tex. 7. ubi ꝓbat, uiſum eſſe priorẽ tactu, ex ꝓoritate uiſibilitatis ad tãgibile. Itẽ color ineſt oĩ corpori formalr̃, uel radicalr̃, ꝓut in oĩ corpore põt recipi lux. Itẽ uiſus cognoſcit magnitudinem & figurã cõius ſiue extẽſius q̃ cæteri ſenſus, cognoſcit.n.eas ut ſunt in cœlo & in his inferiorib. cęteri aũt ſenſus ut ſunt in his inferiorib. tm̃. Tunc ſic. ſenſus qui eſt uniuerſalioris obiecti, ur̃ eſſe nobilior. uiſus ex prædictis eſt uniuerſalioris obiecti. ergo etc.

Secunda uia ſumitur ex organo, cum.n. uiſus ſit potentia organica, ex nobilitate organi cñdi p̃t nobilitas eius, nobilitatem aũt organi, manifeſtãt nobis plura, ꝑmo facillima lęſio, quorũcunq; contingentiũ ip̃m, ẽt ꝙ ſint minima, ſecundo miꝶ artificium cõpõnis ſuæ, cõſtat.n. ex diuerſis humorib⁹ & pelliculis. de quaꝶ diuerſitate nõ eſt ad p̃ſens ꝯſiderãdum, id.n. ad phyſicum, & ꝓſpectiuũ ſpectat, tertio ex multiplici defenſiuo, qđ nã ei p̃parauit, ut ſunt palpebræ, & ſupercilia, & cõcauitates oſſium &c.

Tertia uia ſumitur ex excellentia medij, qđ eſt diaphanum, qđ nõ ſolum inuenitur in his inferioribus. ſicut media alioꝶ ſenſuum, ſed ẽt in cœleſtibus, quod quanto ſimplicius & purius eſt, tanto ꝑfectius p̃ ip̃m fit uiſio, ueꝶ q̃ diaphanũ eſt medium in auditu, & in odoratu, ſicut in ui

ſu, ideo ex hoc non poſſumus concludere nobilitatem ui ſus ſuper alios ſenſus, propterea ſequitur quarta uia.

Quarta uia ſumitur ex nobilitate uiſionis . q̃ eſt actus pure ſpiritualis, eo ꝙ ad ipſam non concurrit aliquis mo tus aut mutatio realis, nec ex parte obi, qm̄ obiectum nõ cauſat niſi ſpeciem intentionalem, nec ex ea parte medij nec organi, qm̄ illa ſpecies tm̄ intentionaliter immutat & medium & organum. In alijs aũt ſenſibus, ſemper inter- uenit aliqua mutatio realis, ſiue ex parte obiecti, ſiue ex parte medij, ſiue ex parte organi, ut declarauimus in li. 2. de anima. Item uiſio ſe extendit ad ſuperiora corpora & inferiora, actus aũt alioꝝ ſenſuum ſolum ad inferiora. Itẽ magis triſtatur hõ priuatione huius actus, & magis dele ctatur põne ſua circa obm proportionatũ. Patet ergo ex his oĩb. excellẽtia & nobilitas uiſus ſup oẽs alios ſenſus.

Quantum ad ſecũdum dico ꝙ facit magis ſcire per ſe. Dico per ſe, ad drĩam auditus, qui magis facit ſcire per ac- cidens, in ſcientia quæ hr̃ per doctrinã, ut diximus in lib. de ſenſu & ſenſato. Quòd quidem ſic intelligendum eſt. Auditus non confert doctrinæ niſi ex aliquo, quod eſt accñtale obo audibili ut audibile eſt, non. n. uox iſta hõ, uel lapis, hẽt ex ſe, ꝙ ſit repręſentatiua conceptuum, ſed ex inſtituto humano, quod quidẽ accidit uoci ut uox eſt. Quia igitur uoces audibiles, magisq̃ alia ſenſibilia, puta colores, aut odores, iudicate ſunt eſſe prõptiores & magis accõmodate ad manifeſtandũ conceptũ, ideo dr̃ auditus magis deſeruire ſcientiæ q̃ hr̃ per doctrinã, per accñs tñ, quia non ex ſuo obo, ſed ex inſtituto humano, quo ordi- natum eſt, obm auditus eſſe manifeſtatiuum conceptũ.

Hanc igitur ꝓpõnem. ſ. uiſus magis facit ſcire per ſe, ſic probo. Magis deſeruit priori ſcientiæ, quæ eſt illa q̃ hr̃ per inuentionem. Doctrina. n. ultimate ſupponit inuentionẽ & nõ ecõuerſo, ergo &c. Quòd aũt magis deſeruiat inuẽ tioni ꝓbatur ex Ariſt. in tex. cũ dicit cã aũt eſt, q̃a hic ma xime ſenſuũ nos cognoſcere facit, ſup quem tex. b. Tho. fundat duas ꝑeminentias uiſus. Prima eſt, ꝙ obm ſuum

certius cognoſcit,pp ſuam maiorē ſpūalitatem,ergo ma‑ gis deſeruit ſcientiæ,quæ importat certitudinē cognitio‑ nis,ſecunda eſt.quia p ipm plures rerū differentias cogno ſcimus,niſi.n.fuiſſet uiſus,de cœleſtibus & metaphyſicali bus nullā habuiſſemus notitiā,unde & Plato in thimeo inquit, rerū ſublimiū notitiam ij oculi nobis attulerunt.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ ſic diſtinguendū eſt. Hō duplr conſideratur, pmo ut aīal,ſecūdo ut hō,ut ani‑ mal, magis diligit tactū et guſtū, his.n.ſeruatur uita ex 2.de aīa,et animal eſt aīal pmo pp tactum,unde hō appe tens ſeruari in uita, præeligit excecari quā cōburi, cōbu ſto.n.tactū deſtruit.Vt hō aūt magis diligit uiſum, quo‑ niā ut hō intellectiuus eſt,& ſcire deſiderat,& quoniā ui‑ ſus magis deſeruit ſciæ,ut pbauimus,ideo hō ut hō ma‑ gis diligit ipm,& in hoc ppoſito phs adduxit illā ppōnē ipm uidere prę alijs eligimus.Prępoſuerat.n.ꝙ oēs hoīes ut hoīes,nā ſcire deſiderant,ex quo bene ſequitur,ꝙ hō ut appetens ſcire, magis diligit uiſum,eo ꝙ per ipm certius & plura q̄ per alios ſenſus cognoſcit ut declaratum eſt.

Quantū ad quartū aduerte duo dubia,primū eſt circa illud,ꝙ uiſus facit magis ſcire,nā uidetur aliquibus.ꝙ ta ctus faciat magis ſcire,eo ꝙ uidetur eſſe magis cogniſciti uus q̄ uiſus intēſiuæ & extenſiuæ,intēſiuæ quidē, qm̄ ſen ſus certiſſimus eſt pfectiſſimæ cognoſcitiuus.Sed ut dicit phs in 2.de aīa tex.34.hunc ſenſum tactus certiſſimū ha bemus,ergo &c. Prętetea ſenſus tactus in nobis maxime deſeruit intellectui,nā dicit phs i 2.de aīa text.34 In gñe hoīum ſm tactū,ingenioſos eſſe,& nō ingenioſos iudica mus.Duri.n.carne,inepti mēte.Molles aūt,bene apti, er‑ go vr eſſe magis cognoſcitiuus,extēſiuæ aūt, qm̄ p tactū plures cōtrarietates cognoſcimus.ſ.calidi et frigidi humi di & ſoci.duri & mollis &c.Viſus aūt eſt tm̄ unius pmæ ꝯtrarietatis ſub colore,ergo p tactū plura cognoſcimus.

Reſpōdeo,nego tactū eſſe magis cognoſcitiuū intenſi‑ uæ,qm̄ cōparando ipm ad alios ſenſus in hoīe,nō eſt cer tiſſimus,ſed uiſus eſt certiſſimus ex ſua maiori imāli‑

tate. Ad dictũ p̃bi, dico ꝙ nõ cõparat tactum ad alios ſenſus in hoĩe, ſed tactũ hoĩs ad tactũ aliorũ aĩaliũ ſicut ĩ eo⸗dẽ tex. cõparauit odoratũ hoĩs, ad odoratũ alioꝝ aĩaliũ. Itẽ nego, ꝙ tactus magis deſeruiat actui intellectus ex actu tangẽdi, uel ex o͞bo tangibilia. Ad dictum p̃bi dico, ꝙ non debet intelligi hõ ingenioſus, uel non ingenioſus ex tactu, niſi ꝓ quanto bonitas tactus, arguit nobiliorem cõplexionem, & nobiliorem aĩm ſenſitiuã, quæ ꝑfecti⁹ cõfert aĩæ intellectiuę, ꝓ hoc ſtatu in quo ſine phãtaſmatæ nihil intelligit, uiſus aũt dr̃ eſſe deſeruiens magis intelle⸗ctui, ꝓ quãto cognitio nr̃a ĩtellectiua pẽdet à cognitione ſenſitiua, & maxime ab eo, quæ eſt ꝑ uiſũ. Silr̃ nego ꝙ tactus ſit magis cognoſcitiu⁹ extenſiuæ, nã licet ꝑ tactũ cognoſcam⁹ plures ꝯtrarietates ſui o͞bi. Suum tñ o͞bm eſt min⁹ uľe, qm̃ qualitas tãgibilis inuenitur ſolũ in gñabili⸗bus. o͞bm aut uiſus ĩuenitur ẽt in ingñabilibus, ꝑꝑ quod cõſtat uiſum eſſe vľiorem & cõiorem ſenſum ex obiecto.

Scd̃m dubiũ eſt ꝯtra illud, ꝙ uiſũ magis diligimus, & ꝓbatur ꝙ magis diligimus tactũ. Magis odimus oppoſi⸗tũ tactus. i. deſtructionem tactus, quã oppoſitũ uiſus, er⸗go magis diligimus tactũ, q̃ uiſũ, ꝯſequẽtia, ꝓbatur, ꝑ regulã Ariſt. in 2. lib. ꝥorũ, ubi dr̃, magis eligendo, magis fugiendũ opponitur. Antecedens uero patet, quoniã cũ oppoſito uiſus ſtat uita, non aũt cum oppoſito tactus.

Rñdeo dupľr. Primo ꝙ argm̃ concludit conſiderando hoĩem ut aĩal eſt, nõ aũt conſiderando hoĩem ut hõ eſt. i. ut cognoſcitiu⁹ eſt, ut diximus in corpe qõnis. ƒm dico regulã illã non eſſe uerã, niſi qñ unũ bonũ eligẽdũ nõ includit alterũ. v. g. quia famã nõ includit diuitias, ſi ꝓpona⸗tur, quid eſt magis eligẽdũ, & quid magis diligim⁹ nãľr, an famã, an diuitias. Rñ detur, ꝙ famã, qm̃ magis odimus oppoſitũ famę, q̃ oppoſitũ diuitiarũ, ſi aũt unũ includit alterũ, regula nõ ualet. v. g. ſi ꝓponatur. Quid eſt magis eligendum, an ſane uiuere, an abſolutæ uiuere. Rñdetur ꝙ ſane uiuere, qm̃ uiuere cõe, eſt ſane uiuere, & infirmiter uiuere, & tñ non eſt uerũ, ꝙ magis odiam⁹ oppoſitũ bene

uiuere,q̃ oppſitũ uiuere,qm̃ cum oppoſito benè uiuere.i. cũ male,aut infirmiter uiuere, ſtat uiuere.non aũt cũ oppoſito uiuere,qđ eſt mori,ſtat cũ uiuere,et qm̃ in ꝓpoſito uiſus includit tactũ,ubi.n.eſt uiſus,ibi eſt tactus, & non ecõuerſo,nõ ſequitur, qđ & ſi magis diligim⁹ uiſum q̃ tactũ,ꝙ magis odiamus oppoſitũ uiſus,q̃ oppoſitũ tactus, qm̃ cũ oppoſito uiſus ſtat tactus,& uita,nõ autẽ cũ oppoſito tactus ſtat uiſus & uita.Hęc de pñti q̃ſito dicta ſint.

Quęſtio.5.ſi in brutis eſt prudentia.

Et propter hoc alia quidem prudentia ſunt,alia uero diſciplinabiliora. In prologo.

CIRCA hanc qõnem duo inuenio,in uno oẽs ꝯcordant,in alio diſcordare vr̃ Ant.And.a.b.Tho.Illud in quo oẽs concordãt eſt,quod in brutis datur prudentia,non quidẽ proprie dicta,quoniã illa ex 6.lib. ethico.eſt cum diſcurſu,& eſt bene conſiliatiua,conſiliũ autẽ eſt quædã inquiſitio de contingentibus agendis.Hęc aũt nõ pñt eſſe in bruto,qm̃ caret rõne,eſt autẽ in bruto prudẽtia metaphoricæ dicta,q̃ dr̃ eſſe nãlis extimatio,de ꝯuenientib⁹ ꝓſequendis,& nociuis uitãdis. Illud autẽ in quo diſcordare uidẽtur b.Tho.& Ant.And.eſt,an talis prudẽtia ſit circa ea,ad q̃ bruta nãl̃r & determinatę inclinãtur, puta,an dicatur formica prudẽs,quia in eſtate congregat grana ꝓ hieme,& apes mellificãt,& ouis fugit lupũ,& lactat agnũ.Ad hmõi.n.nãl̃r iclinãtur,& agũt ſine errore. Vel an ſit circa ea reſpectu quorũ bruta pñt al̃r ſe hr̃e. Puta,licet formica nãl̃r inclinetur ad cõgregadũ grana, põt tñ ea aſportare ex paruo uel ex magno cumulo, & licet irũdo nãl̃r inclinetur ad formandũ nidũ,põt tñ eũ locare in loco ubi ſit facilis uel difficilis acceſſus. Quòd ſi locat ipm̃ in loco difficilis acceſſus, dicim⁹ ipſam eſſe prudentẽ ꝑꝑ maiorẽ natorũ tutellã,& primã quidem uiã vr̃ tenere b.Tho.in expõne tex. ubi exẽplificat tm̃ de his ad q̃ nãl̃r & determinãtę inclinatur brutũ,ut agnus ſequitur matrẽ & fugit lupum,ſcđam autẽ uiã tenet Ant.And.in q.3.pri

mi lib. ubi inquit prudentia metaphorica non dr̃ eſſe in brutis reſpectu illoꝝ,ad quæ naturalr̃ inclinantur,ſed reſpectu contingentium,ad quæ ſic ſe poſſunt hr̃e, uel alr̃. Puta ꝙ formica reponat grana in hoc,uel in illo loco. ꝙ aſſumat ex hoc uel illo cumulo,ꝙ aranea faciat tellã, ubi eſt maior copia muſcarũ. Hæc eſt opinio. Anto.and.quã tamẽ alr̃ non ꝓbat. Sed contra ſniam b.Tho.arguit dupliciť,uerum anteq̃ ſoluã argumenta ſua,aduerte duo.

Primũ eſt.ſi Ant.andr.cõſideraſſet, ꝙ ſicut bruta nãlr̃ & determinatæ in fines ſuos inclinantur & tendunt in illos,ſic naturalr̃ inclinantur ad media, q̃bus ꝯſequuntur tales fines,nec reſpectu medioꝝ,ſicut nec reſpectu finium eſt in brutis alr̃ & alr̃ ſe hr̃e, (nam irundo ſemꝑ facit nidũ,ubi nãli inſtinctu cognoſcit eſſe maiorem natorũ tutellã,& aranea ſemp facit tellã,ubi extimat crebiorẽ & faciliorẽ capturã muſcarũ. & tales prudẽtias ponimus nãles.eo ꝙ ꝯſequuntur nãm,prudẽtiam uero ꝓprie dictam ponimus ex lib.6.ethico.eſſe habitũ acquiſitũ circa agibilia bene diſponẽda) nõ laboraſſet arguere cõtra b.Tho. nam licet b.Tho.hic exponẽs non exẽplificet,niſi de finibus.tamẽ intelligit ẽt de medijs, ut põt hr̃i ex ſcd̃a ſcd̃æ. q.47.ar.15.ad tertiũ,qd̃ erat tale,prudẽtia magis conuenit nãæ humanę q̃ nãæ brutoꝝ. Sed bruta aĩalia habent quaſdã prudentias nãles,ut patet p pħm in 8.de hiſtorijs aĩalium,ergo prudẽtia eſt nãlis,ſequitur reſpõſio. Ad tertium dicẽdum,ꝙ ẽt in brutis ſunt determinatæ uiæ ꝑueniendi ad finẽ,unde uidemus,ꝙ oĩa aĩalia eiuſdẽ ſpẽi,ſilr̃ operãtur,ſed hoc non põt eſſe in hoĩe ꝑp rõnem, quæ cũ ſit cognoſcitiua vlium, ad infinita ſingularia ſe extendit. Hęc b.Tho.ex quibus elicitur ꝙ in brutis ponit prudẽtiã reſpectu uiarũ determinatarum,q̃ nõ poſſunt intelligi,niſi ut media, patet igitur, ꝙ ſm̃ mentem b.Tho.ponitur prudẽtia in brutis,& circa finem,& circa media ad finẽ.

Secundũ eſt ꝙ in prudẽtia metaphorica. non eſt neceſſe iſtas ꝯditiones realr̃ & formalr̃ ſeruari.ſ.memorari p̃terita,ꝓuidere de futuro,& ex his ꝓcedere ad operandũ.

Hęc.n.ſunt propria ratiocinantis.ſed ſufficit,ꝙ ſaluentur imitatiue in hoc ſenſu,ꝙ quędam animalia ita procedunt in operationibus ſuis,ac ſi memorarentur de præteritis,et præuiderent futura, & quoniam operantur ſicut homo prudens,dicitur eſſe prudentia.

His præmiſſis intendo ſoluere argumenta Ant. And.

Primũ eſt.Prudentia eſt prouidentia de futuris ex memoria præteritorum.Sed formica generata in eſtate non recordatur hiemis.quia nunquam uidit hiemẽ.& tamen colligit grana,ergo prudentia non eſt in brutto, reſpectu eorum, ad quæ habet naturalem inſtinctum.

Reſpondeo.Maior nõ uerificatur de prudẽtia metaphorica,niſi imitatiue,ut expoſui,& id cõſonat b.Tho.qui in 3.de aĩa exponẽs tex.156.dicit formice cõgregãtes i futurũ prouidẽtes,nõ prȩuident futurũ.ſed imaginãtur actus præſentes,qui ordinantur ad ſuſtentationẽ ſuam magis ex naturali inclinatione,q̃ appræhẽſione futuri.Prȩterea, dico ꝙ ſi argumentum aliquid ualet,cõcludit ꝙ prudentia in bruto eſt reſpecto mediorum,quod uos non negamus. ſed negamus, ꝙ ſit tantum reſpectu mediorum.

Secundum eſt,prudentia ex 6.ethicorũ eſt habitus ꝯſiliatiuus.ꝯſilium autẽ non eſt de fine,ſed de his quæ ſunt ad finem.quæ poſſunt aliter et aliter ſe habere.ergo prudẽtia in brutis ponenda eſt,circa talia,quæ poſſunt ſic & alr̃ agere, et nõ circa ea ad quæ naturaliter inclinantur,quia hmõi non ſunt ꝯtingentia,ſed neceſſario ſe habẽt ad illa.

Reſpondeo.Antecedens nõ ſeruatur,niſi in prudentia proprie dicta.In metaphorica autẽ nõ ſeruatur,niſi imitatiue in hoc ſenſu.Sicut prudẽs ſe habet itelligẽdis medijs optimis ad ꝯſequẽdũ finẽ,quæ tñ poſſunt aliter ſe habere, ſic formica ſe hẽt circa media,ſibi tamen determinata à natura , quib⁹ conſequitur finem ſuum.& ſic concedo ꝙ prudentia in bruto eſt circa media ad finem . quæ tamen nõ ſunt eiuſdem rõnis cum medijs humanis ut diximus. Sed ex hoc non ſequitur quin etiã ſit circa ea ad quæ nr̃ali ter inclinatur brutũ,unde negatur hæc cõſequẽtia ea ad

quæ brutum naturaliter inclinatur, non ſunt contingentia. ſed neceſſario ſe habet ad illa. ergo circa illa non eſt prudentia, hæc inquam ꝯſequentia non ualet, niſi in prudentia ꝓprie dicta. qm̄ eſt habitus conſiliatiuus, & aduerte ꝙ Ant. And. reſpondens ad tertium in oppoſitum, ponit prudentiā in bruto, circa ea ad quę naturaliter inclinatur, unde vr̄ ſibimet contrarius. ſic. n. inquit, ouis uidens lupum ſtatim appræhendit inimicitiam lupi. & hoc modo poteſt hr̄e actum prudentię circa talia. ſ. fugiendo, uel proſequendo hęc ille. Hæc pro pręſenti quęſito dicta ſint.

Quæſtio. 6. ſi & q̄uo experimento fit ars & ſcientia. Hominibus autem ars & ſcientia per experimentum euenit. In prologo.

CIRCA hanc. q. quinq; agēda ſunt. Primo ponentur aliquæ diſtinctiones. Scd̄o aliquæ concluſiones. Tertio declarabitur ī quo diſcordāt Thomiſte & Scotiſte. Quarto declarabitur ad mentē pħi, quo modo ex experimento ḡnatur ars & ſcia. 5. ſoluā quædā dubia.

Quantum ad primum aduerte tres diſtinctiones.

Prima cum in arte & ſcientia ꝯſiderentur principia & ꝯcl'ones. quæ deducuntur ex principijs, ꝓpō pħi pōt uerſari circa utrunque. ut quęratur, an experimento ḡnetur notitia principioꝝ & concluſionis. an alterius tantum.

Secunda cum in principijs & concluſionibus ſeruetur notitia terminorum incomplexa. & notitia propoſitionum complexa, poteſt quæri, an dictum philoſophi ueri fi etur de utraque notitia.

Tertia cauſa cognitionis eſt duplex quędā principalis, in qua fundatur notitia ſcientifica. quædā diſpoſitiua & iuuatiua, quā quidam dicunt occaſionalē uel inſtr̄alem.

Quantum ad ſcd̄m ponuntur et probantur. 4. concluſiones Prima. Oīs cognitio ſenſitiua interior, et oīs intellectiua, ortum habet à ſenſu exteriori. Prima pars manifeſta ita eſt à nobis in 3. de anima. ubi declaratū eſt ſenſum interiorē non īmutari niſi prius īmutato ſenſu exteriori,

nā ſenſus cōis eſt terminus ſenſationū exteriorū & phāta ſia ſeruat ſpecies ſenſatas.& cogitatiua uel extimatiua eli cit ex ſenſato,non ſenſatū.& memoria ſeruat ſpeciem nō ſenſatā.& propterea dicūtur ſenſus interiores, quia ſuppo nunt exteriores in actibus ſuis. Secunda aūt pars ſic declaratur. Oīs cognitio intellectiua uel eſt per inuentionē, uel per doctrinā. Si ꝑ inuentionē, neceſſe eſt rem intelligi bilē mouere intellectū, nō pōt mouere, niſi per ſuā ſpeciē, aut alterius. nō poteſt eſſe hmōi ſpecies ſine phātaſmate. qm̄ ab eo abſtrahitur per intellectū agētem. ut declarauimus in 3. de anima, non poteſt eſſe phantaſma ſine ſenſatione exteriori, &.n. ſm Ariſtot. phantaſia eſt motus factus à ſenſu exteriori ſm actū, ergo nō poteſt eſſe notitiaītellectiua ꝑ inuētionē. ſine ſenſu exteriori. Et de hac proprie uerificatur illud. Nihil eſt ī intellectu quin ꝓus fuerit in ſenſu. Quod quidē multā habet latitudinē. qm̄ ſufficit, ꝙ fuerit in ſenſu uel per ſe, ut color per ſuā propriā ſpeciē, uel per partes, ut mons aureus, uel in quo ſimili, ut antichriſtus, uel in ſuo effectu, ut intelligentia, quæ cognoſcitur per motū, uel in ſuo oppoſito, ut priuatio quæ cognoſcitur per habitū, ut qn̄ per rectū cognoſco obliquū, & ꝑ lucē tenebrā, & ꝑ bonū malū, & per cōpoſitū ſimplicia, ſi per doctrinā probatur idem. Nam impoſſe eſt adiſcentem doceri niſi per aliquem ſenſum, & præcipue per auditum appræhendat ſibi ꝓpoſita ſigna à docente, quæ inſtituta ſunt ad docendum, & ad res ſignificandas, unde cæcus nō poteſt doceri de coloribus, nec ſurdus de ſono, propterea dicit phs in prologo. Adiſcunt autem quæcunq; cum memoria habet ſenſum. ſ. auditum.

Secunda. Tam in ſciētia quam in arte, neceſſaria eſt notitia, ſenſitiua, ad habendam notitiam incomplexā de terminis ex quibus cōponuntur principia et ꝯcl'ones, utrum autem hæc notitia ſenſitiua ſit experimētalis, dicemus infra. Veritas huius ꝯcl'onis pendet ex præcedenti, ſi. n. oīs cognitio intellectiua pendent à ſenſitiua, ergo & iſta. Præterea, ſi intellectus debet concipere ꝑ notitiā incōplexam

quid totũ quid pars.quid homo,quid riſibile, eſt neceſſe ipm actuari & moueri ab aliqua ſpecie intelligibili,quæ nõ poteſt fieri ſine phãtaſmate,& hoc nõ poteſt fieri,ſine ſenſu exteriori,ergo etc.Prǣterea phs i.1.poſte.cap.3. doces qũo nõ oĩa ſunt demonſtrabilia,ponit ſtatũ in primis principijs,de quibus dicit.Ipſa quidẽ cognoſcimus inquã tũ terminos cognoſcimus &c. Sed prima terminorũ cognitio,non eſt ab intellecto,qm̃ ſi nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu,ergo hæc cognitio terminorũ incõplexa, prius fuit in ſenſu ꝗ in intellectu.

Tertiã ut,habeatur notitia complexa,tã de principijs ꝗ de concluſionibus utilis, & coadiuuans, eſt frequentata cognitio ſenſitiua & experimẽtalis de eodem complexo. Hanc ↄclõnem ut ſonat oẽs communiter concedunt, qm̃ experimur, ꝙ qñ cognoſcimus in ſingularib⁹ extra aĩam terminos coniungi uel diſiungi,ſicut ſepe uidemus,citius & firmius intellectus illi complexo aſſentit,uerbi gratia, qa ſenſu experimur totalitatẽ et maioritatẽ reſpectu partium ſemper coniũgi ſtatim aſſentimus huic complexo. Oẽ totũ eſt maius ſua parte.& quia experimur lapidẽ & motum deorſum coniungi,ideo intellectus huic concluſioni aſsẽtit lapis naturaliter mouetur deorſum.Inde prouenit,ꝙ intellectus cũ difficultate aſſentit his,quę parum ſenſibilia ſunt, eo ꝙ nõ adiuuatur nec ſolidatur ſuo naturali principio,quod eſt experimentalis cognitio.

Quarta,cognitio experimẽtalis nõ eſt principalis cauſa ſcientiæ & artis,ſed deductio ↄclõnis ex principijs ſuis per demõſtrationem.Prima pars ſic manifeſtatur.qm̃ cõcluſio ſcibilis ex.1.poſte eſt uñis & demonſtrabilis,nõ habetur ſcia de ea,niſi deducatur per demonſtrationem. Demonſtratio autem non eſt ex ſingularibus ſenſatis,ſed ex ꝑmis ueris &c. unde ſequitur ꝙ de hac ↄclõne.Reubarbarum purgat cholerã,nõ habetur ſcientia,niſi deducatur à principis intrinſecis & cognoſcatur uirtus,à qua talis effectus procedit,& ſic patet primo & ſecunda pars huius cõclõnis.Inde prouenit,ꝙ neſcientes deducere ↄclõnes, &

reducere ad ſua principia, ſed ſolo ſenſui inſiſtunt, non ſcientes, ſed experimentatores dñdi ſunt. Dicemus ergo experimentum non eſſe generatiuum ſcientiæ, ſed inductiuum & confirmatiuum, & in hoc ſenſu accipiendum eſt dictum p̄hi cum dicit. Hominibus aũt ſcientia & ars p̄ experimentum euenit. ſ. inductiue & confirmatiue, ſed nõ principal̃r, qm̃ ſcientia non à ſenſu, ſed ab intellectu eſt principal̃r, unde aliqui ſic exponunt dictum p̄hi, hominibus fit ſcientia per experimentum. i. poſt experimentum. qm̃ prius habitum experimentum confirmat intell̃m in aſſenſu, & tu aduerte ꝙ in his concluſionibus cõiter concordant commentiſtæ & Scotiſte & Thomiſte.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ in ſecunda & tertia concluſione Scotiſte & Thomiſte concordant in eo ſenſu, in quo poſite ſunt. Mouent tamen dubia contra eas, & primo, contra ſecundam. Quæritur, ſi illa cognitio ſenſitiua neceſſaria pro habenda cognitione intellectiua incomplexa terminorum, debeat appellari experimentalis.

Quantum ad hoc, Scotiſte ut patet in q. 4. Ant. And. in ſua prima cõcluſione, ponunt indifferenter talẽ cognitionem neceſſariam, eſſe ſenſitiuam, ſeu experimentalem, ita ꝙ ſuper hoc non faciunt uim. Thomiſte aũt non admittunt illic ꝓprie ſeruari experimentũ, qm̃ ut dicemus in dubio ſequenti, experimentũ ꝓprie dicit cognitionem cõplexam. ſ. conferendo unum alteri, puta reubarbaꝝ cholere. Terminus uero incomplexus, ut incomplexus, cognoſcitur cognitione incõplexa, ſicut complexus cõplexa, ergo ibi non cadit experimentum proprie dictũ. & propterea dñt Thomiſte, ꝙ illic requiritur multiplicata appræhenſio termini incomplexi in parte ſenſitiua, & illa ur̃ ſufficere, qm̃ cognitio incõplexa terminorum, requiſita ad cognoſcendum principia complexa, non eſt notitia pfecta quid rei terminoꝝ, ſed eſt notitia cõfuſa parum excedens cognitionem quid nominis. Ad talem aũt notitiam hñdã, oportet frequentem cognitionem ſenſitiuam p̃cedere. Quia uero hm̃oi cognitio eſt confuſa, ideo non eſt neceſ

ſe concurrere experimentum,q̄d complexionem termino rum includit,ut declarabitur. Hæc eſt mens Thomiſtaꝝ, circa ſuprapoſitam ꝯcl'onem ſecundam. Contra tertiā con cluſionē mouent dubium. utrum illa cognitio experimē- talis, reqratur ſolū, ut utilis & adiuuās, an ēt ut neceſſaria.

Anto. And. in q. 4. In concluſione 2. & 4. dicit ꝙ licet ſit utilis, non tamen neceſſaria. Thomiſte autem tenent, ꝙ eſt utilis & neceſſaria, ſic ergo procedam. Prius firma- bo uiam noſtram deinde ſoluam rationem Ant. And.

Quantum ſpectat ad uiam nr̄am, aduerte primo, ꝙ ex perimentum eſt cognitio ſenſitiua complexa, eo ꝙ eſt col latio multoꝝ particularium. Nā dicit pħs in textu, ꝙ ex- perimentum eſt cognoſcere hanc herbā curaſſe Socratem & Caliā, & multos ſingulares, ergo manifeſte patet, ꝙ ex perimentum eſt notitia ſenſitiua complexa. & per ꝯñs de ſeruit notitiæ intellectiue complexe, tam principioꝝ q̄ cō cluſionum. Quòd autem hm̄oi notitia non ſolum ſit uti lis, ſed & neceſſaria ꝓbatur. Nam oportet aſſignare aliqd' motiuum & determinatiuum intell's, ad formandā hanc uľem ꝓpōnem. Reubarbarum purgat choleram, uel hāc, ſi ab equalibus equalia demas, quæ remanent ſunt eq̄lia. Hoc autem motiuum & determinatiuum non poteſt eſſe ſola notitia terminoꝝ incomplexa, qm̄ ut incomplexa nō magis determinat intellectum ad hanc complexionem quam ad illam. Nam experimur ꝙ habentes notitiā ter- minoꝝ, niſi cognoſcamus ſenſu tales terminos coniungi in re, neſcimus formare principium complexum, nā ſtat ꝙ ſciam quid equale, quid demere, quid remanere. & ta- men niſi per experientiam cognoſcam, ꝙ ſi ab his lineis bicubitis demo cubitum, remanet cubitum, & ſimiliter ab alijs equalibus, neſciam formare hoc principium, ſi ab e- qualibus equalia demas etc. Patet ergo hanc notitiam ex perimentalem, non ſolum utilem eſſe, ſed & neceſſariam.

Præterea. Cum particularia extra aīam incomplexa & uľe intellectu complexum ſint duo extrema, & ad alteꝝ non perueniatur, niſi ꝑ medium, ut declarat Cōmen. in li.

de ſenſu & ſenſato, hoc medium non põt inueniri, niſi ipſa cognitio ſenſitiua complexa, q̃ frequentata, dr̃ experimentalis, nam incomplexa cognitio ſenſitiua terminoꝝ, nimis diſtat ab uli complexo, eo ꝙ non determinat intellectum, magis ad hoc complexum, q̃ ad illud. Igitur neceſſaria eſt, & non ſolum utilis cognitio experimentalis, ut intellectus habeat notitiã de principijs & ꝯcluſionib⁹.

Nunc ſupereſt ſoluere rõnem Ant. And. Arguit. n. ſic. Intell's conceptis modo p̄expoſito terminis ſimplicib. p̄t uirtute ꝓpria ipſos componere, uel diuidere, ita ꝙ conceptus tales complexi ſi ſint primoꝝ principioꝝ cognoſcuntur eſſe ueri, lumine naturali intellectus. quia principia cognoſcimus, inquantum terminos cognoſcimus ex 1. poſter. ergo cognitio ſenſitiua experimentalis, non eſt neceſſaria ſimpl'r, ꝓ tali notitia complexa principioꝝ habẽda.

Reſpõdeo & nego, ꝙ intellectus ſit ſufficiens ſua ꝓpria ṽtute ꝯceptis terminis ſimplicib⁹ ad componendum uel diuidendum hoc uel illud determinatum cõplexum, licet. n. ſit ueꝝ, ꝙ p̄t abſolute componere, uel diuidere, non tñ determinate hoc, ita ꝙ ꝯſtet ſibi de ṽitate eius. niſi fuerit adiut⁹ & determinat⁹ cognitione ſenſitiua complexa frequentata, q̃ dr̃ experimentum, dcm̃ autem p̃hi in 1. poſte. ſic debet intelligi. Principia cognoſcimus, inquãtum terminos ſic ꝯiunctos in re, uel diuiſos ſenſu cognoſcimus. Vnde aduerte ꝙ p̃hs non intendit excludere ſenſitiuã cõplexionem terminoꝝ. ſed reſolutionẽ ad aliud p̄ncipium uniuerſale, ut in hoc diſtinguãtur principia demr̃ationis & econuerſo demr̃abilis. qm̃ ꝯcluſio per medium pri⁹ cognoſcitur, hæc autem per ſolam cognitionem ſenſitiuam experimentalem & lumine naturali intellectus agentis.

Quãtum ad q̃rtum aduerte ꝙ p̃hs arbitratur ex ſenſatione alicuius, fieri memoriã. ex multis memorijs eiuſdẽ rei fieri exp̄imentum. ex multis exp̄imentis fieri ul'e, nã ſe h̃et uniuerſalis ꝓpoſitio ad multa exp̄imẽta, ſicut ꝯcluſio inductionis ad inductionẽ, ṽbi grã prius uideo hoc reubarbaꝝ purgare choleram. 2. uideo ꝙ in multis infirmis

idem operatur. Tertio ex his concludo, ꝙ eſt cholere pur gatiuum. 4. ex mulis experimentis facio in intellectu hāc uſem, omne reubarbarum purgat choleram, & hic incipit ſcientia & ars, uerum quia non contentatur intellſs, deducere ꝯclonem ſolum ex ſingularibus. ſed conatur reducere eam in cauſam intrinſecam, ex qua prouenit talis effectus (purgat. n. cholerā ex ſua naturali proprietate) ideo ars & ſcientia proprie & principalr acquiritur ex tali reductione in cauſam, & ſic patet, ꝙ inchoatiue & inquiſitiue ars & ſcientia fiunt experimento, eſſentialiter aūt ex reſolutione in cauſam rei ſcite. Confirmatiue iterum per editionem ad ſenſum. Experimur. n. ꝙ poſtquam ꝯclo ex cauſis proprijs deducta fuerit, confirmamus eam exēplo ſenſibili, ut ſuffragante ſenſu, intellſs facilius & firmius ꝯcloni deductæ aſſentiat patet ergo, ꝙ initium artis & ſcientiæ eſt ſenſus, principale uero productiuū eſt intellſs inquirens cauſas rei ſcite. Confirmatiuum aūt, iterum eſt ſenſus. Vnde uidemus quoſdam qui pp ueras & ſubtiles rōnes, non inclinantur ad aſſenſum ꝯclonis, & tñ ſenſibili exemplo adducto, facile illi acquieſcunt. Quod tñ in eis prouenit, propter debilitatem ingenij. De quibus inquit phs in 2. lib. metaphyſicę textu 15. Alij uero, ſi non exemplariter eis proponatur non acquieſcunt.

Quantum ad quintum aduerte, ꝙ contra determinationem factam tria inſurgunt dubia.

Primum eſt. quia non uidetur uerum artem & ſcientiā generari ab experimento, qm̄ incertum & fallax non poteſt generare id, de cuius ratione eſt certitudo, ſed experimentum eſt incertum & fallax, propter uariationem & diuerſitatem ſingularium. Ars autem & ſcientia dn̄t certitudinem, qm̄ in hoc diſtinguuntur ab opinione ergo etc.

Rn̄deo licet incertum non generet eſſentialiter certū, qm̄ cauſa eſſet ignobilior ſuo effectu, tamen poteſt gn̄are inchoatiue & inquiſitiue, ut declarauimus. Dat. n. experimentum uiam intellectui inquirendi cauſam & principium neceſſarium, à quo principalr generatur ars & ſcientia.

tia. & aduerte ꝙ oĩa argumenta, q̃bus ſolet ꝓbari, experimentum non gñare artem & ſciam, ex eo ꝙ expimẽtum dicit q̃a, & ars dicit ꝓp quid, ſed quia, non manifeſtat q̃d, alr̃ minor cognitio cáret perfectiorẽ, & ex eo, ꝙ cã ꝓducti ua, eſſet impfectior ſuo effectu, & ex eo ꝙ ex multis, nõ p̃t iferri oẽ, alr̃ cõmitteretur fallacia ꝯñtis. Oĩa inq̃ hæc argumenta ꝯcludunt, ꝙ experimẽtũ non eſt cã eſſentialis & ꝑncipalis artis & ſciæ, non aũt quin ſit cã initiatiua & occaſionalis. Vnde nego q̃n ip̃m, q̃a manifeſtet initiatiuę ip ſum q̃d, & eodem mõ cauſa imperfectior occaſionalr̃ & inſtrãlr̃, poteſt ꝓducere effectum ꝑfectum. & ex multis ꝓ babilr̃ p̃t inferri oẽ, q̃ñ non datur manifeſta inſtãtia, non aũt p̃t iferri neceſſario, & eſſentialr̃. unde q̃ñ ex multis experiẽtijs ifertur uľis ꝯcľo, ẽ illatio ꝓbabilis, & occaſiõalis.

Scdm eſt. Dubitatur ſi ꝓpõ pħi, q̃ dicit, hoibus aũt ſcia & ars per experientiã, intelligenda eſt uľr, an indifinitę, et uř ꝙ non debeat intelligi uľr. Nã ſi non poſſet acq̃ri aliq̃ ars & ſcia, ſine experimento, ſeq̃tur ꝙ oĩs artifex & ſciens eſſet expertus, q̃d' eſt ꝯtra pħum in lr̃a, qui dicit, expertos magis ꝓficere uidemus, ſine experientia rationem haben tibus, ꝯſequentia aũt patet, q̃m in quocunq; p̃cedit experientia, ille eſt expert⁹, ſed per te in quolibet artifice & ſciẽ te p̃cedit expientia generatiua uľr, artis & ſcię. ergo etc.

Reſpõdeo, ſolet diſtingui de arte & ſcia, q̃a aut hñr per inuentionẽ aut ꝑ doctrinã, ſi per inuentionẽ, ꝯceditur, ꝙ uľr generãtur expimento, cuius fundamentũ poſitum eſt in corpore q̃ſiti i ꝯcľone 2. & 3. ſi per doctrinã, ſolet diſtin gui, q̃m in habitu acquiſito per doctrinã poſſunt eſſe aliq̃ ꝯcľones, q̃ poſſunt eſſe adiſcenti certę per ſolam doctrinã, qua adiſcit reducere tales ꝯcluſiones in ſua ꝓpria principia, etiã remota expientia. v. g. In ſcia medicinę. Iſtæ ꝯcluſiones poſſunt eſſe certæ adiſcenti, per ſolũ doctorem aſſignãtem cãm, ęſtas calida & ſicca ꝓficit flegmaticis. Hiems frigida & humida ꝓficit cholericis, & cã q̃dem ꝑmæ eſt, q̃m caliditas & ſiccitas ętatis temperat humidũ frigidum flegmatici. Cũ ãt ſcđæ eſt, q̃m frigiditas & humiditas hie

mis temperat calidum ſiccum in cholerico. Quædam aũt ſunt ꝯclones in ꝑdicto habitu, quæ ꝑ ſolum doctorẽ aſſi≠gnantem cãm, non pñt fieri certæ adiſcenti, niſi firmẽtur experientia. v. g. In ſcia medicinæ hr. 9. piper nigrũ ſum≠ptum in magna quantitate conſtipat, in parua quantitate laxat uentrem. De hac qdem ꝯclone, & multis alijs ſitib⁹, nunq̃ certus eſt adiſcens, quantũcunq; audiat, uel legat in lib. cãm huius, niſi accedat experientia. Dico igr̃ ad du bium ꝙ ꝓpõ pħi intelligitur ulr̃, quo ad ſciam & artẽ ha bitam per inuentionem, non aũt quo ad acquiſitam ꝑ do ctrinam, niſi reſpectu ꝯclonum, quę non poſſunt certifica ri adiſcenti, niſi ſuperueniente experientia. Ad argm̃ autẽ fundatum ſuper dictum illud pħi, expertos magis ꝓfice≠re uidemus &c. dico ꝙ uerificatur illud dictum de arte & ſcientia per doctrinam, & reſpectu ꝯcluſionum, quarum certitudo non habetur niſi accedente experientia.

Tertium eſt, ſi quando ars & ſcientia acquiruntur per inuentionem, neceſſe eſt ut ſemper acquirantur per experi mentum, & ur̃ ꝙ non, nam ſi quis ſemel tm̃ uiderit, qũo triangulus habet tres equales duobus rectis, ũel qũo con tingit ſuper lineam datam. triangulum conſtituere equi≠lateꝝ, per certitudinem cognoſcet. ſemper ſic eſſe, ex ꝯñti de hac concluſione triangulus habet tres &c. habebit ſciẽ tiam. & non per experimentum, qm̃ non fit experimen≠tum, per unam ſenſationem, uel per unam memoriam tã≠tum ſed per multas, ut dicit pħs in textu. ergo &c.

Rñdeo, dico ꝙ ſemper requiritur experimentum. Sed aduerte ꝙ eſt duplex. ſ. formale & uirtuale, formale eſt qđ fit ex pluribus ſenſationib. eiuſdẽ rei, & multis memorijs eiuſdem. uirtuale aũt eſt, qđ fit unica ſenſatione & unica memoria, q̃ licet in ſe ſit una tm̃, equiualet tamen multis, nam ſunt quædam res adeo ſtabiles, ꝙ ſemel uidiſſe qũo ſe habent, eſt ſemper uidiſſe, ſicut & motus diurnus com≠pletur. 24. horis. ꝙ dies ęſtatis ſunt lõgiores. ꝙ hiemis bre uiores. Quædã aũt ſunt adeo uariabiles, ꝙ niſi multiplicẽ tur eaꝝ ſenſationes, reſpectu eiuſdem effectus, parua aut

nulla, pôt hrī de eis certitudo. & tales ſunt rerū inferioꝝ näæ. In primis ſufficit experimentum uirtuale. In ſecūdis aūt requiritur formale, & qm̄ in gradu primo reponūtur mathematica, ideo in eis ſufficit experimentum uirtuale. In nãlibus aūt requiritur formale. & per hoc patet quid dicendum ſit ad argm̄. Tu igitur tene, ꝙ in oī arte & ſcīa per inuentionem, neceſſarium eſt experimentum, aut uirtuale aut formale. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō 7. ſi omnis actio eſt circa ſingulare.

Actus autem & generationes omnes circa ſingularia ſunt. In prologo.

CIRCA hanc qōnem tria agenda ſunt. Primo ponuntur aliquæ diſtinctiones. Secundo aliquæ concluſiones. Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad primum aduerte duas diſtōnes, ꝓma eſt, actio pōt duplr̄ ꝯſiderari. Primo ut reſpicit agens, à quo egreditur. Secundo ut reſpicit obm̄, circa qd' eſt, & quidē ꝓpō pn̄i uentillanda eſt de actione ut reſpicit obm̄, nam quo ad agens ſine diſtōne & abſolutæ, ꝯſtat ꝙ oīs actio eſt ab agente ſingulari, unūquodqꝫ.n.agens eſt agens, in quantum eſt actu. In tm̄ eſt actu inquantum habet eſſe, eſſe aūt eſt primo & per ſe rei ſingularis, nã uniuerſale ut declaratur in li. 7. cōtra Platonē, nō exiſtit niſi in ſingulari. 2. diſtō eſt hæc, actio eſt duplex. ſ. īmanens, ut actio itellectus & uolūtatis, & actio ſenſus, & appetitus ſenſitiui. et actio trāſiens & de hac diſtinctione acturi ſumus in li. 9.

Quantum ad ſecundum, conſiderando actionē reſpectu obiecti, pono tres concluſiones.

Prima ꝯclo. Actio ꝓma & directa intellectus, nō eſt circa ſingulare, nã obm̄ intellect⁹ eſt ipſa nã uñis, abſtracta à ꝯdōnibus indiuidualib⁹, ſiue ip̄m qd' qd eſt, ut manifeſtauimus in 3. de aīa, & nō eſt circa ſingulare, niſi ſecūdario & reflexe, ut manifeſtabimus in 7. lib. huius ſcīæ, qñ q̄remus utrū ſingulare ſit intelligibile. De actione aūt uoluntatis, patet ꝙ cum ſequatur app̄henſionem intellectus, eſt circa bonum ſimpliciter. ut declarauimus in tractatu de

potentia appetitiua in 3.de anima.& quoniam de hac cõ cluſione non eſt dubium apud Thomiſtas, ideo ꝑtráſeo.

Secunda ꝯclo. Actio ſenſus non eſt circa hoc uel illud ſingulare, ut circa ſuũ ꝑmum & ꝑ ſe obm, nã obm uiſus eſt color ulr ſumptus,& ſonus eſt obm audit⁹, ut declara bitur in q.ſequenti, in q̃ manifeſtabitur, quõ nã cõis, eſt obm tam in ſenſu,q̃ in intellectu,licet alia & alia rõne.& alio mõ ſenſus attingat ule,q̃ intellectus. Hãc igr̃ ꝯcluſio nem uidebis reſolutam in q.ſequẽti,ideo ſuſtine.De actio ne appetitus ſenſitiui eſt idem iudici um,qm̃ ſequitur app̃ henſionem ſenſus. Determinatio igr̃ q̃ fiet in q. ſequenti, de actione ſenſus.extẽdetur ad actionẽ appetit⁹ ſenſitiui.

Tertia ꝯcluſio. Actio trãſiens de q̃ ꝓpriæ intendit hic pħs,eſt ꝑ ſe circa ſingulare,nec uerificatur de uli,niſi me diãte ſingulari,in quo hẽt eſſe nã ulis.& hęc ꝯcluſio ſic,ꝓ batur nullũ ſingulare exiſtit ut in ſubo, niſi in aliquo ſin gulari.nullũ.n.ule eſt ſubm accñtis,niſi rõne alicuius ſin gularis.ſed ois rõ trãſiens eſt ſingularis,ut hęc ędificatio. hæc ſanatio.ergo ut in ſubo,non exiſtit nec recipitur,niſi ĩ aliquo ſingulari,recipitur aũt in eo circa qđ eſt. ut ſana tio in ſanabili,motus ĩ mobili.3.phy. ergo eſt ſemꝑ circa ſingulare,ſumẽdo,ly circa ſubiuæ. & non tm̃ obiectiuæ, qđ ideo dico.qm̃ licet intellectio ſit circa ulę obiectiuæ, eſt tñ in intellectu ſubiectiuæ, ꝓut intells ſingularis eſt. Quantũ ad tertiũ aduerte ꝙ ꝯtra hãc 3. ꝯcluſionem ſunt q̃dam argumenta ſatis apparentia,quę ſoluere debemus.

Primum eſt. Ariſt.in 2.phy.c.de cauſis, docet reducere effectũ ſingularem in cãm ſingularem.& effectũ ulem in cãm ulem.& exemplificat in actionib⁹ tranſeuntib⁹.ergo eſt aliq̃ actio ſingularis,& aliq̃ ulis,puta gñatio ſortis.& gñatio hois.Sed ſicut actio ſingularis eſt circa ſingulare, ſic actio ulis circa ule,nõ ergo ois actio ẽ circa ſingulare.

Reſpõdeo.& dico ꝙ pħs ꝑ cãs ules ꝑt itelligere ules in cauſando.ſicut eſt Deus,& intelligentiæ,&cœlũ.& ꝑ effe ctũ ulem,ipm eẽ.qđ ſuppõit cuilibet ſupadditę ꝑfectiõi.

Item põt intelligere ules in ꝑ̃do,ſilr effectũ. &.i.ma-

gis ad mentẽ ſuã.Sicut.n.hic edificator agit hoc edificiũ. ſic edificator agit edificiũ.Sed aduerte, ꝙ hæc uñitas non eſt realis,ſed rõnis,attributa ꝑ ītellectũ edificatori & edificio in cõi.unde nõ datur actio illius cãę vñis,niſi reſpectu cãæ particularis,& effectus particularis. nõ.n.hęc eſt uera,edificator edificat, niſi quia hic edificator hoc edificiũ edificat. Dico ergo ꝙ phs docuit reducere effectum uñem ſm ꝑdicationẽ,in cãm uñem ſm ꝑdicationẽ,et nõ effectũ uñem ſm rẽ,ĩ cãm uñem ſm rẽ,& ĩ hoc ſenſu determinatũ ẽ,actiões oẽs trãſeũtes,nõ eſſe circa uñe,ſed circa ſingñre.

Secundum eſt dicit Auic.in 1.lib. ſufficientiæ ꝙ natura intendit producere ſpeciem, ergo productio terminatur ad uniuerſale, ſpecies enim dicit naturam.

Reſpõdeo.Dictũ Auic.ſic debet intelligi,nã intẽdit producere ſpẽm,non quidem ꝑ ſe ſubſiſtentẽ,ſic.n.argm̃ cõcluderet.ſed intendit,mediante indiuiduo producto. ita tamẽ ꝙ nõ producitur indiuiduum,niſi ut ſaluetur ſpẽs, unde ſi ſpẽs rei corruptibilis,poſſet ꝑpetuo ſaluari in uno indiuiduo,nõ ꝓducerentur plura indiuidua.In ꝓductione ergo indiuidui,nã pro tanto intẽdi ſpẽm,quia rõ ꝓducendi indiuiduum,nõ eſt ĩpm indiuiduũ,ſed nã ſpecifica in indiuiduo,patet aũt ꝙ hęc ꝯñtia non ualet, nã in ꝓductione indiuidui intẽdit ſpẽm,ergo ſpẽs eſt ꝑmus & ꝑ ſe terminus ꝓductionis,licet.n.ſit primum intẽtum in productione,non tamẽ eſt neceſſe, ꝙ ſit primo productum.

Tertium eſt logicum ſic,ſortes ꝑ ſe ſanatur,ſortes ꝑ ſe ẽ hõ,ergo hõ ꝑ ſe ſanatur,ergo nõ ꝑ accñs,qđ ẽ ꝯtra phm in tex.qui dicit ꝙ medic⁹ nõ ſanat hoĩem, niſi ꝑ accidẽs.

Rñdeo.Ant.and dat plures rñſiones,quæ an ualeãt nõ curo,ego aũt ad mentẽ b.Tho. rñdeo dupř, ꝑmo ꝙ argumentũ non ualet,eo ꝙ ly ꝑ ſe nõ tenetur uniformiter in maiori & in minori,nã in ma.tenetur ſubiectæ, ſortes .n.ꝑ ſe ſanatur,quia ꝑ ſe,inquantũ hoc ſanabile recipit ſanitatẽ,in minori aũt ſtat ꝑdicatiuę et eſsẽtiaľr,qm̃ hęc eſt in ꝑmo mõ ꝑ ſe,ſortes eſt hõ,et in ꝯclõne fit trãſitus à per ſe ꝑdicatiuæ,ad ꝑ ſe ſubiectiuæ,Iõ argumentũ nõ ualet.

Dico ſcđo ꝙ admiſſo argõ. Minor eſt falſa, nã licet ſortes ut ſortes ꝑ ſe ſit hõ, tñ ut ſanatur, nõ ꝑ ſe eſt hõ. Accidit. n. ſanato eſſe hoiem, & id uř eſſe ad mẽtẽ pħi, nã dicit i tex. Sed Caliã, aut Socratem, aut aliquem dictorum, cui accidit eſſet hoiem, cui. ſ. ut ſanatur accidit. cui eſſe hoiem. nã ut inquit b. Tho. exponens, licet hæc ſit ꝑ ſe, Socrates eſt hõ. hæc tamen eſt ꝑ accidens, curatus uel ſanatus eſt hõ. Quartum eſt ſi duo ſunt eadẽ realiter, quæcũq; paſſio realis conuenit uni ꝑ ſe, cõuenit & alteri, quia paſſio fluit ex ꝓprijs ꝓncipijs ſubi, ex. 1. poſte. & quorũcunq; ſunt eadẽ ꝓncipia, ꝑ ꝯñs ſunt eędem paſſiones. Sed uľe & ſingulare ſunt eadẽ realř ut ꝯceditur ab oib⁹. & corruptio ac gñatio ꝑ ſe cõpetit ſingulari ſm Ariſto. hic ergo & uniuerſali. ergo gñatio ita eſt per ſe circa uľe, ſicut circa ſingulare.

Rñdeo, dico ad maiorẽ ly ꝑ ſe, põt ſumi dupľr, ꝓmo ꝑ ſcđo modo ꝑ ſe, ſcđo ut diſtinguitur ꝯtra ꝑ aliud, ſi ſumitur ly ꝑ ſe, in maiori ꝑ ſcđo modo ꝑ ſe, ꝯcedo eã, nã i hoc ſenſu, utraq; iſtarum eſt ꝑ ſe, ſortes eſt riſibilis, hõ eſt riſibilis. & cõcedo totũ argumentũ, nec eſt cõtra nos. Concedimus. n. ꝙ utraq; iſtarum eſt ꝑ ſe, ſortes eſt generabilis. Hõ eſt generabilis, ſi ſumitur ly ꝑ ſe in ma. ut diſtiguitur ꝯtra ꝑ aliud. nego maiorẽ & ꝑcipue in his quæ non ſunt idẽ cõuertibiliter, ſicut ꝯtingit i ꝓpoſito. licet. n. ſingulare & vľe ſint idẽ realiter, nõ tñ ꝯuertibiliter, ut patet, & ideo nõ incõuenit, ꝙ eadẽ paſſio ꝯueniat uni ꝑ ſe. i. non ꝑ aliud et alteri nõ per ſe, ſed per aliud, ſicut hõ per ſe. i. nõ ꝑ aliud ẽ riſibilis. Sortes aũt nõ ꝑ ſe, ſed quia participat hoiem, ẽ riſibilis, ſic eſt in ꝓpoſito, nã ſortes per ſe. i. non mediãte alio gñatur, quia ſingulari ꝓprie cõpetit eſſe. Hõ aũt non per ſe, ſed per aliud. i. mediãte idiuiduo gñatur, quia hoi non ꝯuenit exiſtere, niſi in idiuiduis, & ꝓpea dicit Ariſ. i tex. ꝙ medicus ſanat hoiem per accidẽs. i. ꝑ aliud, quia mediãte Calia aut Socra. qui ſanatur ꝑ ſeipm. Patet ergo ꝙ argm̃ nõ ꝯcludit, qm̃ ly per ſe, ut diſtinguitur ꝯtra ꝑ aliud. in eo ꝙ eſt generari ita ꝯuenit ſingulari ꝙ non conuenit uľi.

Et aduerte ꝙ Io. Iandu. i. 1. metaph. in q. 16. adeo exti

mat hoc argm̃, q̀ concedit uniuerſale eſſe primo & ꝑ ſe gñabile,& corruptibile. Ad qđ non fuiſſet aſtrictus. ſi ꝯſideraſſet diſtinctionem de ly per ſe,ſicut nos expoſuimus.

Iterum aduerte ꝙ Iandu. ad id deductus eſt, quia non ꝯſiderauit,qũo ſtat ꝙ aliquid ſit per ſe intentum, & tamẽ non per ſe gñatur,& aliquid ꝑ ſe generatur,quod tñ non eſt per ſe intentum,nam primum uerificatur de ſpecie, & ſm̃ de indiuiduis Iandu. aũt exiſtimauit, oẽ per ſe intentũ,per ſe gñari,& oẽ non per ſe intentũ non ꝑ ſe gñari,qđ tñ eſt falſum,ut declarauimus,nam nã in generatione intẽdit ſpẽm.& tamen nõ ꝑ ſe, ſed mediante indiuiduo genito,generat ſpeciem. Hęc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 8. ſi ob̃m ſenſus eſt vl'e,an ſingulare.

Amplius autem ſenſuum,neque unum ſapientiam ponimus. cum his ſingulorum. i. ſingularium cognitiones maxime proprie ſint. In prologo.

CIRCA hanc qõnem tria agenda ſunt. Primo ꝓbabitur ꝙ obiectum primũ,tam in ſenſu,q̃ in intellectu,eſt ul'e. Sc̃do declarabitur in quo ſtat diſtinctio inter ob̃m intellectus,& ob̃m ſenſus,licet utriuſque obiectum ſit ul'e. Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad ꝑmum ꝓbatur multiplicit̃, uniuerſale eſſe ob̃m ſenſus, nã quo ad intellectum cõiter conceditur. Arguo igr̃ primo auctoritate philoſophi,deinde rõne. Dicit ph̃s in 2. poſte. ſenſus eſt uniuerſalis. ſentire aũt ſingulare,& in 2. de aĩa text. 63. uiſus non decipitur circa colorem,qm̃ color,neque auditus circa ſonum,qm̃ ſonus, ſed circa coloratum,ex quo vr̃ intẽdere, ꝙ ſenſus uiſus uerſatur non ſolũ circa hunc uel illum colorem. ſed circa colorem cõiter & ul'r ſumptum,ſil'r auditus circa ſonum.

Rõne aũt ſic,ſi ſingulare eſt ꝑmũ ob̃m ſenſus, cũ ꝑma ob̃a diuerſificent potentias,& idẽ ſenſus feratur in multa ſingularia,puta uiſus in hũc & illũ colorẽ. ergo uel erunt multæ potẽtię uiſiuę. ſicut ſunt multa ſingularia uiſa,uel uidebit tm̃ unũ ſingulare. quorũ utrũq; ẽ falſũ ut patet.

Præterea ſi ſingulare eſt obiectũ ſenſus. ergo uel ſingulare inquãtum hoc ſingulare,& hoc non . qm̃ tantum hoc ſingulare ſentiretur . uel ſingulare inquantum abſtrahit ab hoc.& ab illo ſingulari, ſi ſic, cum illa ſingularitas ſit quædam cõitas,habetur intentum,ex hoc.n.ſequitur, ꝙ ſingulare ut ſingulare,non eſt obiectum ſenſus .

Quantum ad ſm declarandum eſt,in quo ſenſu uniuerſale eſt obiectũ intellectus.& ĩ quo eſt obm ſenſus. ut ſeruetur diſtinctio inter obm formale ĩtellectus.& obm formale ſenſus.Aduerte igr̃,ꝙ ſtat diſtinctio in duobus. Primo in duplici acceptione ipſius nãæ uľis.Scd̃o in diuerſo modo attingendi & ferrendi in ipſam nãm uniuerſalem.

Pro euidẽtia primi aduerte ꝙ b.Tho.in pma ſecundę. q.29.art.6.format hãc diſtinctionẽ.De uľi cõtingit loqui dupliciť uno modo ſm ꝙ ſubeſt intẽtioni uniuerſalitatis. alio modo dr̃ de nã,cui talis intẽtio attribuitur, alia ẽ.n. ꝯſideratio hoĩs uľis.& alia hoĩs in eo ꝙ hõ. Si igr̃ uľe ſumatur primo modo, ſic nulla potẽtia ſenſitiuę partis,nec apphẽſiua,nec appetitiua pt in uľe.qa hoc uľe fit p abſtractionẽ à mã indiuiduali, ĩ qua radicatur oĩs potẽtia ſenſitiua,põt tñ aliqua potẽtia ſenſitiua,tã apphẽſiua ꝗ appetitiua,ferri in aliqd̃ uľiter ſicut dicimus obm uiſus eſt color.ſm genus, nõ qa uiſus cognoſcat colorẽ uniuerſalẽ. ſed qa ꝙ color ſit cognoſcibilis à uiſu, non ꝯuenit colori inquãtũ eſt hic color,ſed inquãtũ eſt color ſimplr̃.Hęc b. Tho.ex qbus elicitur,ꝙ licet tã ſenſus ꝗ ĩtellectus,p obo hẽant uľe,diuerſa tñ rõne,qm̃ obm intellectus eſt uľe formale.obm aũt ſenſus eſt uľe.i.nã cõis,cõiter & uľiter ꝯſiderata.& non ſingulariť.ꝗ nãm cõem, ut ſic.nõ dicimus uľe actu,hoc.n.fit p ĩtellectũ.ſed pxima aptitudine, ẽ.n. talis nãm, cui põt ĩtellectus intẽtionẽ uľitatis attribuere.

Pro euidẽtia ſcdi, adurete ꝙ licet uniuerſale ſit obm in ſenſu &in intellectu.tñ alia rõne attingitur ab ĩtellectu et alia à ſenſu,ĩtellectus.n.attingit uľe.ſub rõne uľitatis, ſenſus aũt non.ſed rõne ſingularitatis. ita ꝙ ſingularitas eſt rõ ſine qua nõ. & hęc diuerſitas attingẽtię puenit ex di-

uerſitate ſpẽi itelligibilis,& ſpẽi ſenſibilis. Nã qa ſpẽs intelligibilis eſt abſtracta à phãtaſmatibus. & rẽpſentat rẽ ſine ꝯditionibꝰ indiuiduãtibꝰ. iõ intellectus actuatꝰ tali ſpẽ fertur ſup nãm uniuerſalẽ. ut uľis eſt. i. ut abſtracta à ſingularibꝰ. & qm̃ ſpẽs ſenſibilis remanet coniũcta ꝯditionibus idiuiduãtibꝰ, iõ nõ rẽpſentat uľe, niſi ꝯtractũ ad hoc uel illud ſingulare, & qa ſenſus nõ fertur i obm̃, niſi actuatus ſpẽ ſenſibili, inde eſt ꝙ ſenſus nõ cognoſcit nãm uľem niſi mediãte ſingularitate. Hic patet ꝙ licet ſonꝰ ſm̃ genꝰ ſit obm̃ auditꝰ, tñ nõ audit ſonũ, niſi mediãte hoc uel illo ſono, & gr̃a hꝰ dixit pħs in 2. poſte. ſenſus eſt uľis. ſ. obi, ſẽtire aũt eſt ſingulare. q. d. Tã itellectus q̃ intelligere eſt circa uľe, ut uľe eſt, ſenſus aũt licet habeat uľe, pro obo, tñ ꝑ actũ ſentiendi nõ attingit uľe, niſi mediãte ſingularitate.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ ꝯtra hanc determinationẽ ſic declaratã, non inuenies argumẽta difficilia, qm̃ licet apud pħm & b. Tho. et Cõmenta. inuenias ꝙ ſenſus eſt tãtum ſingularium. uel ꝙ tantũ ſingularia cognoſcit, uel ꝙ cognitiones ſingulariũ ſunt maxime, ꝓprie ſenſuũ ex his non ꝯcluditur aliud, niſi ꝙ nõ fertur in uniuerſale, ut uľe, ſed mediãte ſingularitate, uel potes dicere, ꝙ obm̃ quidẽ ſenſus. eſt uniuerſale, quãtum aũt ad attingentiam eſt ſingulare, eo ꝙ uniuerſale non attingitur à ſenſu, niſi qa aliqd̃ ſingulare ſub uniuerſali cõtentũ attingitur, non .n. color vr̃, niſi quia hic uel ille color vr̃. & tñ color ut color itelligitur, dato ꝙ nullus ſingularis color itelligatur.

Tu tamen aduerte ꝙ illud argm̃ ſolitum fundari ſuper dictũ philoſophi in libro de ſomno & uigilia, cuius eſt actus eius eſt potentia. Sed ſentire eſt ſingulare ex. 1. poſter. ergo ſenſus eſt ſingularis. ſ. quo ad obiectũ. Hoc iquã argumẽtũ nõ eſt difficile. Nã dictum pħi in de ſomno & ui. intelligitur quo ad ſubiectũ, ut ſit ſenſus. In eodẽ, ſubiecto eſt actus. & potẽtia, à qua eſt actus, uerbi gratia ſicut intellectus eſt tm̃ in anima. & non in coniuncto. quia eſt potentia non organica. ſic intelligere eſt ſubiectiuę tm̃ in anima. & ecõuerſo. In propoſito nõ põt cõcludi aliud, ni-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſi quòd in quo recipitur ſentire, in eodem recipitur ſenſus .ſ.in coniuncto.& non in ſola anima.

Aduerte etiā ꝙ ſi dictum philoſophi exponeretur, quo ad obiectū.ut ſit ſenſus. actus & potētia à qua eſt actus, ſunt eiuſdē obiecti, nullum ſequitur inconueniens. Tenemus.n.ꝙ obiectum ſenſus & ſenſationis eſt uſe, nec intēdit phs cū dicit, ſentire eſt ſingulare.ꝙ obiectum ſenſationis ſit ſingulare, ſed ꝙ ſenſus cuius obiectum eſt uſe. non exit in actū ſentiendi niſi mediante aliquo ſingulari, contento ſub illo uſi.ut in hoc diſtinguatur actus ſentiēdi ab actu intelligendi. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.9.ſi metaphyſicus conſiderat omnes quidditates tantum in uniuerſali, uel etiam in particulari.

Sapientem ſcire omnia ut decet accipimus &c. In prologo.

CIRCA hanc quæſtionem intendo declarare qd ſenſerit Cōment.& b.Tho.& Scotus dimiſſis friuolis, quorundam modernorum. Sic ergo procedendum eſt. Primo præponentur aliqua, pro declaratione tituli. Secundo ponentur concluſiones deciſiue. Tertio declarabitur differentia, inter metaphyſicam & aliàs particulares ſcientias, in conſiderando eaſdem quidditates. Quarto ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad primū pro notitia tituli.aduerte quinqȝ. Primo aduerte ꝙ duplex eſt quidditas, quædā in mā. ut entia corporea, tā ſimplicia, qualia ſunt elnta & ꝯpoſita. Quædam ſeparata à materia. ut Deus & intelligētię.

Scđo aduerte ꝙ de quidditate ſeparata à mā ſm eſſe, pōt hri quattruplex conceptus. Primus eſt tranſcendens. ut Deus eſt ens, unū, uerum, bonum, etc. Secūdus eſt generaliſſim⁹, ut Deus eſt ſuba, & intelligētia eſt ſuba. Tertius eſt ſubalternus.ut Deus eſt ſuba īcorporea. Quart⁹ eſt ueluti ſpecificus in quo nā abſtracta ſub propria & formali ſua dria concipitur, puta ſi concipiatur Deus ſub ratione deitatis, ſicut quādo cōcipitur homo, ſub ſua ſpecifica dif

ferentia. Sed aduerte, ꝙ pro nunc non eſt diſcutiendum. an Deus contineatur ſub generaliſsimo & ſubalterno. nã mihi ſufficit pro nunc, ꝙ ea quæ prædicantur de Deo, ut ſubſtãtia incorporea, uel ſunt genera. uel ſe habẽt ad modũ generũ, ex his ꝯceptib⁹ tres poſſunt à nobis haberi naturaliter & ex ſenſatis, ut manifeſtabim⁹ in lib. 2. quartus aũt pro hac uita eſt nobis impoſſibilis. Tunc. n. cognoſceremus pro præſenti ſtatu abſtracta quidditatiue, quod manifeſtabimus eſſe impoſſibile in 2. libro.

Tertio aduerte ꝙ quattuor genera cauſarum per tractã tur à metaphyſico & à phyſic. ut patet i 5. metaph. & i 2. phyſi. ſed diuerſa ratione, nam per tractãtur à phyſico, ut concernunt motũ, unde nõ conſiderat de efficiente, niſi ut agit per motum, nec de mã niſi ut eſt ſubiectũ tranſmutationis, & ut eſt receptiua formæ introducendę per motũ, nec de forma, niſi ut eſt terminus tranſmutationis. uel ut eſt ꝑncipiũ formale actionis phyſicæ, nec de fine ꝯſiderat, niſi ut eſt acquiſitus per motũ, metaphyſicus aũt ꝯſiderat efficiens, ut producens. & non ut tranſmutãs phyſicæ. Datur. n. actio ſine motu unde inquit Commenta. in libr. 9. commen. 1. potentia & actus dñr in pluribus, q̃ in reb⁹ tranſmutabilib⁹. mãm uero ꝯſiderat inquãtũ eſt ens & potẽtia, & pars quidditatis, formã uero, inquãtum eſt ens, & actus & quidditas, uel pars quidditatis, finẽ aũt inquantũ eſt bonũ. & perfectio naturæ, ad quod rei natura ordinatur unde. dato ꝙ nulla res attingeret finẽ ſuũ, niſi per motum, prior tamen eſt ratio ordinis in re, ſ m eſſe, q̃ ſecundũ operationem, ſed dices ſi metaphyſicus quattuor cauſas pertractat. quare dicit Commenta. in 1. phyſi. commen. 1. Metaphyſicum tantum tres cauſas conſiderare? excludit enim materiam.

Reſpondeo pro tanto excidit mãm. quia magis cõcernit motum & tranſmutationem, q̃ alię cauſæ. unde per motum & tranſmutationẽ cognita eſt, ut patet in 1. phyſi. & in 8. metaph. cum hoc tamen ſtat, ꝙ poteſt conſiderari, ut ens, ut potentia, ut pars quidditatis.

Quarto aduerte ꝙ ly cõſiderare quidditates in vñi uel in particulari intelligitur,quo ad prædicata uñia,uel ſpecifica pura conſiderare lapidem,ut eſt ſuba,ut corpus,ut unus,ut cõpoſitus ex materia,& forma,eſt cõſiderare quidditaẽ lapidis in uñi,eo ꝙ in illis prædicatis plura alia conueniũt.Conſiderare uero lapidem,ut ſic mixtum,ut grauem,ut aptum deſcendere ad centrũ,eſt conſiderare quidditatem eius in particulari,eo ꝙ talia prædicata ducunt nos in cognitionem diſtinctam de lapide.

Quinto aduerte,ꝙ ly conſiderare quidditates rerũ in particulari,poteſt ĩtelligi dupliciter. ꝑmo abſolute.ſ. ultimate ſiſtendo in tali ↄſideratione,ut ſi ↄſiderarẽ quidditatẽ hominis,ut eſt quidditas hominis,ſecũdo reſolutiue.i. reducendo talem conſiderationem ad ens, & ad principia entis,uel proprietates entis,ut ſi conſidero quidditatẽ hominis.ut ens,ut actus,ut res &c.His prænotatis deueniendum eſt ad concluſiones.

Quantum igitur ad ſecundum ponuntur tres concluſiones reſponſiue.

Prima concluſio. Metaphyſicus cõſiderat oẽs rerum quidditates in uñi,probatur ſic.ſcientia ↄſiderans ſubiectũ cõmuniſſimũ & paſſiones ↄmuniſſimas,quæ ſaltim diſiũctim conueniunt omnibus rerum quidditatibus,cõſiderat omnes quidditates ſm illas rationes cõmunes.Hęc patet ex ratione ſubiecti adequati,& cõmuniſſimi, nam de rõne eius,eſt,ut oĩa de quib⁹ ipſum,et paſſiones ſuæ prędicãtur,ↄſiderentur in ſcientia,aliter non eſſet adequatio inter ſubiectũ & ſcientiam.Sed ens & paſſiones entis,cõueniunt ſaltem diſiũctim omnibus quidditatib⁹. Omnis.n. quidditas eſt ens,& unum uel multa ẽ ſimplex uel ↄpoſita,eſt neceſſaria uel contingens,eſt finita uel infinita &c. ergo omnes quidditates ſub hac conſideratione uñi,ↄſiderantur à metaphyſico.

Secunda concluſio.Metaphyſicus nõ cõſiderat omnes rerũ quidditates in particula.i.quo ad prædicata propria & ſpecifica,probatur in particularem,& diſtinctam noti

tiam oim quidditatũ,non põt nos deducere rõ entis, nec rõ ꝓprietatum entis,eo ꝙ oibus entibus ꝯneniunt ſaltem diſiunctim, ergo per habitũ metaphyſicum non põt hr̃i de oibus quidditatibus, particularis & diſtincta notitia. Antecedens patet,ꝯſequentia uero probatur, quia formalis rõ obiecti eſt illa,per quam attingitur quicquid eſt attingibile per potentiã, ſiue per ſciam. ut patet in obiecto uiſus,nam unũquodq; intantum eſt uiſibile, inquantum participat nãm & rõnem coloris, aut locis, cum ergo per rationem entis & proprietatũ eius,nihil ſit cognoſcibile, niſi inquantum ei conuenit ens,& proprietates eius & nõ ultra,manifeſtum eſt, ꝙ per habitum metaphy. non poteſt haberi particularis notitia omnium quidditatum.

Tertia ꝯcluſio,licet metaphyſicus conſideret oẽs quidditates in uniuerſali,& nõ oẽs in particulari,tamen quidditates ſeparatas ꝯſiderat in uniuerſali &in particulari,ſaltem ſm ꝯceptus aggregatos illis,tm̃ conuenientes. Quòd ꝯſideret in uniuerſali,patet per primam ꝯcluſionem. Qđ autem in particulari per cõceptus aggregatos probatur, nam ſuba ſeparata cognoſcitur ſub hoc conceptu, ꝙ eſt ſuba eterna ĩmaterialis,actus, intellectualis, ſine magnitudine,ĩmutabilis,inalterabilis infinite uirtutis, & iſte cõceptus quo ad omnes partes ſimul iũctas,ꝯuenit ſoli Deo, & ſi remoueatur illud infinite uirtutis, competit alijs intelligentijs & nulli alteri.Sed hunc conceptũ non format alius,niſi metaphyſicus,ut manifeſtũ erit in lib. 12. eo ꝙ trahitur ex conceptu entis,& ſbe,& neceſſarij, & ſimplicitatis,& independentie,& actus q̃ oia ſunt de conſideratione metaphyſici, ergo quidditates ſeparate conſiderãtur à metaphyſico,non ſolũ in uniuerſali,ſed etiã in particulari,ſignãter aũt dixi,quo ad conceptũ aggregatum.qm̃ cõceptũ ſimplicem quidditatiuum à priori de ſeparatis hr̃e non poſſumus. & ideo licet ad metaphyſicã,ſm ſe dictã id pertineret, non tamen ad metaphyſicã quam hẽt pñs, nec ut uiator,poteſt hr̃e.ſed id relinquitur alteri ſtatui.

Quãtum ad tertium declarandum eſt reſolute, qũo dif

ferant metaphyſica & alię ſciæ in ꝯſideratione quidditatum. Aduerte igr̃, ꝙ metaphyſicus ꝯſiderat hoiem ut eſt ens, ut ſub̃a, ut compoſitus ex mã & forma, phyſicus aũt ꝯſiderat. ut eſt ens mobile, ſm gñationem & corruptionẽ ꝑꝑ principia ſua intrinſeca. ſ. ꝑꝑ mãm annexam priuationi, ꝑꝑ qualitates actiuas, & paſſiuas, ꝑꝑ formam non perficientem totaliter, potentialitatem mãæ, & ꝙ eſt mobile motu uegetationis, inquantum eſt corpus aïatum. Item metaphyſicus ꝯſiderat lineam, ꝙ eſt accñs, ꝙ eſt quantitas. ꝙ eſt totum compoſitum omogenum. Geometra aũt ꝯſiderat, ꝙ cauſatur à puncto, ꝙ eſt ſola longitudo, ꝙ eſt recta, uel obliqua. ꝙ eſt principium oĩs figuræ. Et qm̃ impoſſibile eſt concipere rem, quo ad ꝑdicata ꝓpria, niſi ꝑus concipiatur quo ad ꝑdicata uniuerſalia. eo ꝙ illa prius cadunt in noſtro intellectu. ideo metaphyſica fundat & firmat oẽs ſpecificos conceptus. ita ꝙ meretur dici. ipſam ſolam conſiderare qđ quid eſt. ut dicet pħs in 6. li. ueꝝ quõ ſit uerum dictum philoſophi, declarabimus in lib. 6.

Totã determinationẽ huius quæſiti reputamus de mẽte Cõment. qui dicit in 6. lib. Cõmen. 1. Iſta ſcia habet cõſiderare de oĩbus ſpeciebus entium, inquãtum ſunt entia & de mente b. Tho. qui dicit in 4. lib. exponẽs textũ ſecundum, in quo dicit pħs. Quaꝑꝑ & entis inquãtum ens eſt. quaſcunq; ſpeculari ſpẽs unius ſcientię eſt. Super quẽ inq̃ textum inquit b. Tho. Hoc autem dicit. quia nõ oportet, ꝙ una ſcia cõſideret de oĩbus ſpeciebus unius generis ſm ꝓprias rationes ſingulaꝝ ſpecieꝝ. ſed ſm ꝙ conueniunt in genere. Secundum autem proprias rõnes pertinent ad ſcientias ſpeciales, ſicut eſt in propoſito, nam omnes ſub̃ę inquantum ſunt entia, uel ſub̃æ pertinent ad conſiderationem huius ſcientię, inquantũ aũt ſunt talis aut talis ſub̃a, ut leo, uel bos, pertinent ad ſcientias ſpeciales etc. Et etiam eſt de mente Scoti. qui in 1. ſent. in q. 1. prologi in 3. argumento cõtra pħos inquit. Hoc eſt quod dicit pħs in 1. metaphy. ꝙ oportet ſapiẽtem omnia cognoſcere aliqualiter .i. in uniuerſali, & non in particulari. & ſubdit qui. n. no

uit uniuerſalia, nouit aliqualiter omnia ſubiecta &c. ecce ꝙ per ly in uniuerſali, & non in particulari. patet quod concordat cum determinatione facta.

Quantum ad quartum aduerte. ꝙ contra determinationem factam, plura inſurgunt dubia.

Primum eſt, propter quid eſt, ꝙ metaphyſicus conſiderat ſubãs abſtractas in uniuerſali, & in particulari quantum poteſt. materiales autem tantum in uniuerſali. cum uideatur eadem ratio, nam quidditas materialis ut quidditas, ita abſtrahit à motu, ſicut quidditas immaterialis.

Rñdeo non eſt eadem rõ, qm̃ cũ ſit ꝓprium metaphyſici conſiderare abſtracta à motu & à mã, maxime debet cõſiderare ea, q̃ ſunt abſtracta ſm eſſe & ſm rõnem, talia aũt ſunt entia ſeparata, q̃ dñr entia diuina, entia uero mãlia, licet ut ſunt quidditates abſtrahant à motu ſm conſiderationem. tamen ut ſunt in rerum nã & in particulari ut leo, lapis, &c. concernunt motum, & etiam mãm, ut eſt ſubiectum tranſmutationis, & ideo non eſt eadem ratio.

Poteſt ẽt dici ꝙ metaphyſicá eſt duplex. ſ. cõis & applicata. Cõis eſt illa quæ traditur in libris præcedentibus, li. 12. Qm̃ in illis agitur de ente, de cõibus diuiſionib. entis, & proprietatibus eius. Applicata eſt in lib. 12. in quo agitur de ente ſeparato à mã ſm eſſe. Dico igitur ꝙ licet non pertineat ad metaphyſicam cõem, conſiderare de quidditate abſtracta in particulari, ſicut nec de quidditate mãli, tamen id pertinet ad applicatam, quo proprie uerſatur circa abſttacta, ut manifeſtabitur in lib. 12.

Secundum eſt ſtante determinatione facta, uř metaphyſica eſſe imperfectior phyſica. nam cognoſcere in uniuerſali, eſt cognoſcere confuſe. & ut ſic imperfecte, cognoſcere autem in particulari, eſt cognoſcere diſtincte, & ut ſic perfecte. Sed ſm determinationem factam. metaph. cognoſcit qdditates in uľi, & phyſica in particulari. ergo etc.

Rñdeo, dignitas metaphyſicæ debet attendi penes modum ꝯſiderandi ens, & quæ enti per ſe inſunt & cognoſcẽdi ſubãs ſeparatas, & qm̃ iſta ſunt difficillima cognitu, &

maxime perficiunt intellectum, ideo eſt perfectior alijs ſcientijs, nam & aliæ ſcientiæ pſupponunt cognitionem entis, & eorum quæ enti per ſe inſunt. cum autem comparatur metaphyſica phyſicæ, quo ad cognitionem qdditatũ in particulari, illa comparatio eſt per accidens, & ideo nõ inconuenit ut ſic, ꝙ ſit imperfectior phyſica, ſed hoc eſt ſm quid, nam cognitio entis. & proprietatum eius. & cognitio ſubarum ſeparatarum pponderat huic imperfectioni. Quare concedimus ꝙ metaphyſica reſpectu phyſicæ eſt perfectior, ſimpliciter. & imperfectior ſecundum quid.

Tertium eſt. Quia uĩ ꝙ metaphyſica habeat ꝯſiderare hoĩem, non ſolum in uniuerſali, ſed inquãtum homo eſt, & ſimiliter alia nãlia, nam ut quidditates ſunt, pcedunt motum & oẽm mutationem, comparantur. n. ad motum & mobilitatem, ſicut comparatur ſuba ad accidens. Conſtat aũt ex 7. li. ꝙ ſuba eſt prior accidente, & tpe, & cognitione, in illo ergo priori cognoſcibilis eſt. & non à phyſico. qa ĩ illo priori abſtrahit à motu, ergo à metaphyſico. Reſpondeo. Hoc argm̃ eſt tante efficacie apud Scotum, ut negauerit ens mobile eſſe ſubm in phyſica, eo ꝙ credidit. ly mobile eſſe paſſionem, & ſic ꝯſtituti unum per accidẽs, cum dr̃ ens mobile. Sed apud Thomiſtas eſt facilis ſolutionis. nã ly mobile, uel mobilitas dupliciter accipitur, pmo ut eſt formalis & qdditatiua ratio entis mobilis, ſicut rationale uel rationalitas in hoie, & ut ſic pcedit omnem demrõnem nãlem, & præſupponitur ei, ſicut in ſcientia q̃ hr̃ de hoie, præſupponitur aial rationale, ut principiũ demonſtrandi paſſionem de hoie, alio modo ſumitur mobilitas, prout eſt paſſio entis mobilis, quæ non eſt niſi aptitudo ad motum, ſicut riſibilitas eſt aptitudo ad riſum, & in hoc ſenſu non præſupponitur, ſed demonſtratur, de ente mobili, ſicut paſſio de ſubiecto. Cognitio ergo humanitatis, & aliarum quidditatum nãlium, in illo priori, pertinet ad phyſicum, qm̃ licet abſtrahat à mobilitate. ut eſt paſſio, non tamen ut eſt ratio formalis ſui proprij & adequati ſubiecti. Hæc pro præſenti quæſito ſufficiant.

Queſtio 10.

Quæſtio 10.ſi maxime uniuerſalia ſunt difficillima ad cognoſcendum.

Fere autem. & difficillima ſunt ad cognoſcendum quæ maxime ſunt uniuerſalia. In ꝓlogo.

CIRCA hanc q.aduerte ꝙ ſua difficultas ſtat in diuerſis dictis Ariſt.in quibus uĩ ſibi ꝯtrarius, nã in 1.phy.tex.2.dicit,ꝙ magis uniuerſalia ſunt nobis prius nota.ergo facillima cognitu,nõ.n.à difficiliorib.inchoãdũ eſt ut patet. Hic aũt dicit,ea difficillima cognitu. Pro reſolutione igitur huius apparentis ꝯtrarietatis, tria agenda ſunt,primo ponentur quædam diſtõnes.ſecundo concluſiones reſolutiue,tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad primũ aduerte,ꝙ aliqua poſſunt dici maximæ uniuerſalia,dupliciter.ſ.ſm cãlitatem,& ſm ꝑdicationem,iuxta ꝑmum membrum,Deus & intelligẽtiæ ſunt maximæ uĩa, qm̃ ſunt prima & uĩſſima principia entiũ, ut manifeſtabitur in lib.12.iuxta ſcd̃m membrũ,ens & reliqua tranſcẽdentia,& actus & potentia &c.ſunt maxime uĩa,qm̃ de oĩbus prędicantur ſimpliciter,uel diſiunctim.

Iterum aduerte ꝙ maximæ uniuerſalia ſm prædicationem dupliciter conſiderari poſſunt.Primo quo ad cognitionem confuſam. Secundo quo ad cognitionem diſtinctam,quarum utraꝙ quid ſit,conſiderando uniuerſale in quantum totum diffinibile, & inquantum totum contentiuum ſuoꝝ inferioꝝ, uidebis in trac.noſtro de tranſcendentibus in 1.cap.ubi inueſtigamus primum cognitum.

Quantum ad ſecundum ponuntur tres ꝯcluſiones reſponſiuæ.Prima.Maximę uniuerſalia ſm cauſalitatẽ ſunt difficillima ad cognoſcendum, probatur, cum oĩs noſtra cognitio ortum habeat à ſenſu,quę maximæ ſunt remota à ſenſu,difficillima ſunt cognitu.Sed maximę uniuerſalia in cauſando ut declarabitur in lib.12.cum ſint immãlia, nullam habentia magnitudinem,ſunt maximæ remota à ſenſu. ergo &c. Confirmatur dicto pħi in 2.metaph. ubi comparat intellectũ nr̃m in intellectione hmõi uĩum, ad oculũ noctuæ in uiſione luminis ſolaris, & aduerte ꝙ de

talibus uſibus intẽdit ꝓprie pħs in ꝓlogo.cũ dicit.Sed fe re aũt & difficillima ea ſunt hoïbus ad cognoſcẽdũ, q̃ ma xime ſunt uſia.Nã à ſenſibus ſunt remotiſſima.ueꝶ qa & de maxime uſibus in p̃ndo,põt dictum pħi intelligi, qm̃ cũ ſenſus ſit tm̃ ſingularium, & licet eius obm ſit uſe, ut declarauimus ſupra,tñ nõ attingit uſe,niſi mediãte ſingu lari,maxïe uſia uñr eẽ remotiſſima à cognitiõe ſenſuũ. ex ꝯñti uñr eẽ difficillima cognitu.iõ ponũť ꝯclones ſeq̃ntes

Secunda.Maxime uſia in p̃ndo.quo ad cognitionẽ ꝯfu ſam,non ſunt difficillima nobis ad cognoſcendum, imo faciliora ꝓbatur A maxime uſibus innata eſt nobis uia ꝓ cedendi.nã de unoquoq; ꝑmo apphendimus ꝙ eſt ens. ꝙ eſt unũ uel multa,ꝙ eſt ſuba uel accñs,ꝙ eſt in potẽtia uel in actu.ꝙ eſt ſimplex uel cõpoſitũ &c. Sed uia hmõi ꝓceſſus neceſſe eſt ut ſit à notioribus nobis ex ꝯñti, à faci liorib⁹ cognitu,aľr eſſet uia inutilis.qm̃ ex ignoto nõ no tificatur nobis alteꝶ ignotũ, neceſſe eſt ergo ut ꝑma app̃ henſione,q̃ eſt apphenſio ꝯfuſa, ut declarauimus in trac. de trãſcendẽtibus,maxime uſia nõ ſint nobis difficillima cognitu,&de hac cognitione ꝯfuſa intẽdit i 1.poſter.tex. 3.cũ dicit ſunt aũt primũ nobis manifeſta & certa ꝯfuſa magis.unde ex uſibus ad ſingularia oportet ꝓcedere &c. Quod aũt magis ꝯfuſa .i. magis uſia ſint ꝑmo manifeſta nobis,ꝓbat Ariſt.triplici ſigno, qđ nũc p̃termittim⁹, qm̃ id ſatis declarauimus,in epitome nr̃a ſup libros phyſico.

Tertia.Maxime uſia in p̃ndo quo ad cognitionẽ diſtin ctã,ut hñt rõnem totius,plura ſub ſe cõtinentis explicite, ſunt difficillima ad cognoſcendũ,ꝓbatur,ſi maxime uſia, quo ad explicitã continentiã ſuoꝶ inferioꝶ debent diſtin cte cognoſci,eſt neceſſe ut cognoſcãtur oẽs gradus entiũ & nãrum,quæ ſub ipſis cõtinentur.& quibus dr̃ijs ſingu la à ſeinuicem,differunt,p̃cipue aũt difficillima eſt conti nentia entis diſtincta ad intelligendũ, qm̃ inter puꝶ actũ &purã potentiã difficillimũ eſt,oẽs gradus medios diſtin ctæ apphendere.Quos ſi quis apphẽderit ſm Auic. in li. 9.ſuæ metaphy.reputabitur felix.& iuxta hanc diſtinctã

cognitionem, dixit Ariſt. in ꝓlogo metaphy. ꝙ maxime uñia ſunt difficillima ad cognoſcendũ. Tu igr̃ aduerte, ex his ꝯclonibus pħm nõ eſſe ſibi ꝯtrariũ, qm̃ in 1. phyſi. loquitur ſm ſecundam ꝯclonem, in ꝓlogo aũt huius ſciẽ loquitur iuxta 1. ꝯclonẽ, & p̃t iterp̃tari iuxta tertiã, q̃re &c.

Quantum ad tertium aduerte tria argumenta, quibus uidetur poſſe cõcludi, ꝙ maxime uniuerſale nulla cognitione ſit notius, aut prius notũ minus uniuerſali, ex ꝯñti ſiue ꝯfuſæ ſiue diſtinctæ cognoſcatur, nunq̃ erit facile ad cognoſcendum, ꝙ eſt contra ſecundam concluſionem.

Primo igitur arguitur ſic. Quæ ſunt priora ſm nãm, ſunt poſterius nobis nota, ſm pħm in 1. poſter. Sed maxime uñia ſunt ꝑora ſm nãm. Pri⁹ eſt. n. ſm nãm, à quo nõ ꝯuertitur ꝯñtia ſubſiſtendi. patet aũt ꝙ licet à minus uñi ad maxime uñe ualeat cõſequentia ſubſiſtẽdi. non tamen ecõuerſo, nam bene ſeqtur, hõ eſt. ergo ens eſt, nõ tamen ſequitur, ens eſt. ergo hõ eſt. Patet igitur ꝙ minus uñe eſt poſterius ſm nãm. ex conſequẽti prius notum. & facilius notum, ſiue confuſæ, ſiue diſtinctæ appræhendatur.

Reſpõdeo. Ad maiorẽ ly ſm nãm, põt hr̃e duplicẽ ſenſum. Primo ſm nãm. i. ſm ꝑfectionẽ nãæ. Scd̃o ſm nãm. i. ſm ꝓceſſum nãæ, q eſt ab iperfecto ad ꝑfectũ. ut patet i generatione uiuẽtiũ. ſi ſumatur ly ꝑora ſm nãm, in ꝑmo ſenſu, cõceditur maior, ſed negatur minor. Ad ꝓbõnẽ ei⁹, dico ꝙ illa ꝓpõ, prius eſt. n. etc. intelligenda eſt de ꝑoritate nãæ, ſm ꝓceſſum nãæ. & non de prioritate ſm ꝑfectionem nãæ. ſi aũt ſumatur in 2. ſenſu. nego maiorẽ. Ad ꝓbationẽ eius dico, ꝙ Ariſt. intẽdit de ꝑori ſm nãm, iuxta primũ ſenſum, in quo ꝯceſſa maiore, negauimus minorẽ. Et qm̃ in ꝓceſſu nãæ magis uñe eſt ꝑus, pri⁹. n. generatur aiatũ, q̃ ſenſitiuum, & ſenſitiuum, q̃ intellectiuũ. iõ prius cognoſcimus & facilius, magis uniuerſale q̃ minus uñe.

Secũdo. Cõpoſita prius & facilius cognoſcuntur, q̃ ſimplicia, qm̃ magis cadunt ſub ſenſu. Sed minus uñia. ſe habent ad maxime uñia, ſicut cõpoſita ad ſimplicia, addunt . n. ſuꝑ ea, ut sb̃a addit ſuper ens, & corpus ſuper ſubiectã

& ſic deſcendendo.ergo &c.

Reſpondeo. Maxime uniuerſale poteſt conſiderari inquantum diffinibile,& inquantum eſt contentiuum ſuoꝝ iferioꝝ.In tex.pbi,cum dicit. Difficillima ſunt homini ad cognoſcendum,quæ maximæ ſunt uniuerſalia. conſiderantur uniuerſalia. ut ſunt contentiua ſuoꝝ inferioꝝ. in quo ſenſu nego minorem,immo eſt oppoſitum. qm̃ magis uniuerſale eſt totũ.& minus uniuerſale ẽ pars ſubiua.

Probatio aũt minoris reſpicit maxime uniuerſale. ut ẽ quoddam diffinibile,de quo nunc non eſt ↄſiderandum. Qđ quidem an prius cognoſcatur cognitione confuſa in concipiendo ipſum,iam declarauimus in trac.de tranſcẽdentibus,in cap.1.ubi determinauimus contra Scotum.

Tertio cauſæ & principia ſunt poſteriora cognitione, quo ad nos. qm̃ per effectus deuenimus in cognitionem cauſarũ & principioꝝ.eo ꝙ ſunt manifeſtiora ſenſui.Sed maxime uniuerſalia ſunt cauſæ & principia. ergo &c.

Rñdeo.primo pt. negari minor,de maxime uniuerſali in pndo.& de facto eam negauit Ariſt. ↄtra Platonem in lib.x.in tex.6.ſcđo põt negari maior.licet.n.multoties cognoſcamus cauſas per effectus. nõ tamẽ eſt uniuerſaliter ueꝝ.ut patet in mathematicis in quibus ſunt demrõnes à priori.q̃ ꝓcedunt ex pmis,ueris notiorib.& cauſis concluſionis. & in propoſito à magis uniuerſali deuenimus in cognitionem minus uniuerſalis.ita ꝙ in tali ꝓceſſu. cognitio magis uniuerſalis eſt cauſa & principium cognitionis minus uniuerſalis. Hæc de pſenti q̃ſito dicta ſint.

Quia uero non actiua palàm ex primis pbantibus. In prologo.

SVPER hunc tex. quærendum eſſet, ſi hæc ſcia eſt practica an ſpeculatiua.ueꝝ quia in lib.6. quærem^9 de numero ſcientiaꝝ ſpeculatiuaꝝ inter quas Ariſt. numerat hanc ſcientiam ſub noĩe theologiæ, conſiderabimus etiam depraxi & ſpeculatione. & unde ſumatur ſcia. practica & ſpecu.an ex obo. an ex fine. Ideo ſuſtine uſq; ad librum ſextum ne fiat eiuſdem inutilis repetitio.

Et qm̃ in toto. 1. lib. immoratur circa ſnias antiquorũ, de principijs & cauſis ꝑmis entium, nec cadunt dubia circa hmõi alicuius momẽti. Ideo ſufficiat ꝑtractaſſe quæſtiones principaliores fundatas in ꝓhemio huius primi libri, nunc igitur ad q̃ſita ſecundi libri tranſeundum eſt.

Expliciũt quæſtiones ſuper prohemium primi libri metaph. Frat. Chryſoſtomi Iauelli Canapicij ord. præd. etc.

Incipiunt eiuſdem quæſtiones fundate ſuper ſecundum librum metaphyſicæ.

Super ſecundum librum ſeptem occurrunt reſoluenda.

1 *Si prima principia ſunt naturaliter cognita.*
2 *Si tota difficultas inueniendæ ueritatis. eſt ex parte intellectus noſtri.*
3 *Si poſſumus cognoſcere quidditatiuæ entia abſtracta.*
4 *Si ex tex. 4. poſſumus elicere eſſe plura prĩcipia ĩproducta.*
5 *Si eſt proceſſus in infinitum in cauſis efficientibus.*
6 *Si eſt proceſſus in infinitum in cauſis materialibus.*
7 *Si eſt proceſſus in infinitum in cauſis formalibus.*

QVAESTIO PRIMA.
SI PRIMA PRINCIPIA SVNT NATVRALITER COGNITA.

Quare ſic uidetur hr̃e. ut prouerbialiter dr̃. In ianuis quis delinquet, textu primo, ubi Commentator inquit. & iſta ſunt principia cognita naturaliter habita à nobis in quolibet genere entium. Et b. Tho. exponens inquit. Huiuſmodi autem ſunt prima principia naturaliter cognita, ut non eſt ſimul affirmare & negare de eodem &c.

CIRCA hanc qōnem ſic ꝓcedemus. Primo ponemꝰ diſtinctioné de nãlr cognito. Secundo recitabimus duas opiniones, ex quibus, ſecũda eſt peri patetica. & illã ſuſtinebimus. Tertio ſoluentur quædam dubia, quæ inſur gent contra determinationem.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ aliquid põt dici naturaliter cognitum, dupliciter. Primo ſm actum perfectum. & hoc eſſet quãdo ſemper et à prin cipio nr̃i eſſe & neceſſario, illud cognoſceremus. & hoc modo dñr intelligẽtię cognoſcere ſeipſas nãlr, eo ꝙ ſemꝑ ſibiipſis pręſentes ſunt, ſm eſſe intelligibile. Scdo non ſm actũ perfectũ, ſed ſm potentiam ꝓpinquam, et hoc eſt, qr̃ in nobis eſt ſufficiens principiũ talis cognitionis abſq; ex pectatione principij extrinſeci, dato ꝙ talis cognitio non ſemper actu & à ꝓncipio nr̃i eſſe, ſit in nobis. Nã ſicut di cimus motũ lapidis deorſũ eſſe nãlem lapidi. non qa ſem per actu mouetur deorſum. ſed qa in ſe hẽt ſufficiens prin cipiũ hꝰ motus. ſ. grauitaté, ſine expectatione alicuius im petus cãti ab extrinſeco. qualis reqritur in motu uioléto, aut in ꝓiectis. ſic dicimus illud nobis nãlr cognitũ reſpe ctu cuius hémus intrinſecũ principium & ſufficiens co gnitionis, ſine ꝑori cognitione ĩtellectiua. & ſine expecta tione alicuius diſcurſus. qđ quõ fiat declarabimꝰ ſtatim.

Quantum ad ſcdm aduerte ꝙ Plato in phedro tenet, primũ mẽbrum diſtinctionis poſitæ, non ſolũ quo ad ꝓn cipia prima. ſed ẽt quo ad habitus ſcientificos, eo ꝙ ſm ip ſum anima creatur cum habitibus ſcientificis, ſed qđ eoꝝ obliuiſcatur aut nõ poſſit uti, nõ eſt defectus ex parte aię, ſed ex eo ꝙ aĩa includitur in hoc corpore corruptibili, ſi cut in carcere. Sed cótra hanc opinio. nunc non eſt diſpu tandum, locus. n. eſt in fine 2. poſter. ubi inueſtigat Ariſt. unde prouenit nobis cognitio primorum principiorum.

Ariſt. aũt & oẽs ueri peripatetici tenent ſm membrum diſtõnis, reprobãtes primũ, cuius reprobatio ſtat in hoc.

Qđ eſt cognitū nār pmo modo,eſt ſemp & neceſſario cognitū,& q̄ primū cognoſcens exiſtit in rerum nā, ſicut exemplificauim' de intelligentia intelligente ſe nār. Sed prima principia,non ſunt ſic à nobis cognita,nā in ſui pn cipio, intellectus poſis eſt mere potētialis in gñe intelligi bilium,unde uidemus ꝙ infans non cognoſcit ea. Prete rea,cognitio pmorū pncipiorū eſt intellectiua,nā circa ea ponitur habitus intellectus in.6.ethico. Oīs aūt cognitio intellectiua p̄ceditus à ſenſitiua ex.1.poſt.ergo nō eſt no bis nālis primo modo. Quòd autē ſit nālis ſecundo mō, manifeſtatur ſic. Quādo obiectū mouet ſenſum,puta hęc magnitudo,& ſenſus phantaſiam,& phantaſma ꝯſeruatū i phantaſia,illuſtratū lumine intellectus agētis,mouet in tellectū poſem ad cognitionē incōplexi,puta totius dein de partis,idem intellectus facit hoc cōplexū,totū ē maius ſua parte,& huic complexo aſſentit ſtatim ꝑ pncipiū ſuffi ciens intrinſecū, qđ eſt lumen nāle intellectus agentis, quo fit ſibi euidentiſſimū p̄dictū cōplexū, ſine ſuppōne alicuius prioris noti apud intellectū,& expectatione ali cuius diſcurſus,& hoc eſt cognoſcere nār,ſecūdo mō, & ex hoc pōt tibi eſſe manifeſtū,quare cognitio ꝯclonū nō eſt nālis hoc mō,nā poſita tota uirtute intellectus agētis, non fiet ꝯclo euidens intellectui,niſi deducatur ex aliquo prius noto apud intellectū,& ſic cognitio ꝯclonis nō p̄t eſſe pma apud intellectū, ſed ſupponit aliā.ſ.cognitionē principij,à quo deducitur ex ꝯñti non pōt dici nāliter co gnita,ſed rōcinatiuæ,ex his igitur patet in quo ſenſu pma principia ſunt naturaliter cognita,& in quo non.

Quartum ad tertium aduerte ꝙ contra hanc determi nationem,quædam inſurgunt dubia.

Primum eſt. An eodem actu appræhendamus princi pium & aſſentiamus illi.

Rñdeo dico ꝙ nō,qm̄ aſſenſus ſupponit app̄henſionē. Sed idem non ſupponit ſeip̄m. Præterea. Stat ꝙ eodē actu intellectus app̄hendā duo ꝯtradictoria. & tñ eis non poſ ſum ſimul aſſentire,aliter reputarem utrunq; eſſe uerū, ꝙ

eſt impoſſe, ut declaratur in 4.lib. Quòd ſi iueneris Auic. ꝑ eodem accipientē ſcire & aſſentire, iterpretandus eſt, ꝙ ſunt idem ſubo. nam eiuſdem itellectus eſt ſcire & aſſentire, non tamen ex hoc ſequitur, ꝙ ſint unus actus realiť.

Scđm eſt. An aſſenſus principiorum ſit actus intellectus agentis, uel poſſibilis.

Rñdeo, hic eſt duplex opinio, q̃dam dñt ꝙ eſt act' itellectus agentis, nā arbitrantur ꝙ itellectus agens faciat ꝑma itellecta, quæ dñr ꝑma ꝑncipia, & ad eoꝝ cognitionē intellectus poſſibilis ſe hēt mere receptiuę, & ſm eos, appręhendere prima principia eſt actus intellectus agētis, ſed aſſentire illis, eſt actus itellectus poſſibilis, et fundāt ſe ſuꝑ dictū Cōment. in 3. de aīa Cōmen. 36. dicentis, neceſſe eſt ut itellecta habita à nobis nāľr, ſint ab aliquo, qđ eſt in ſe liberatum à mā, & eſt intellectus agēs. Hæc Cōmen.

Sed hæc opinio falſa eſt, eo ꝙ ēt de mēte Cōmen. in 3. de aīa cōmen. 19. Intelligentia agēs nihil intelligit eoꝝ q̃ ſunt hic, & ſm b. Tho. nō eſt ſubm alicuius habitus. Ad dictū Cōmen. rñdetur, ꝙ uerificatur in hoc ſenſu, ꝙ prima principia ſunt intellecta nō formaliter, ſed uirtualiter ab intellectu agēte, pro quanto ſola uirtute luminis eius, fiūt euidētia itellectui poſſibili & nō uirtute priorū ꝓpoſitionū, ex quibus deducātur, ſicut deducūtur ꝯcluſiones.

Alij ergo melius dñt quòd appħēſio & aſſenſus ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ, eſt illicitiuæ ab intellectu poſſibili, eo ꝙ ipſius actio ꝓpria eſt intelligere. Appħēdit aūt ea adiutus lumine intellectus agētis. quo ſibi manifeſtatur ueritas ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ, et eodē lumine adeo ꝑficitur, ꝙ ſtatim nō expectato alio diſcurſu, eis aſſentit & id ꝯfirmatur ꝑ D. Alber. in 1. de aīa dicentē, nihil eſt manifeſtius in nā, q̃ fons & origo oīs cognitionis, quod eſt lumen intellectus agētis, per illud enim lumen certificatur quicquid ſcitur, & tunc iudicatur ſciri. quando illi conueniens reperitur.

Tertium eſt, an idem ſit principium formale. i. ſit eadē euidentia, qua aſſentimus principijs & concluſioni.

Hic ſunt duo modi rñdendi, ꝑmus eſt Pauli Sōcinatis ī

4.metaph.q.ultima,qui arbitratur,ꝙ euidentia nec una nec plures eſt principiũ formale huius aſſenſus.& rõ ſua eſt,q̃a euidentia eſt relatio,dicitur.n.euidentia alicui euidẽtia,ſed nulla relatio eſt principium formale actionis,ſicut nec motus,ex.5.phyſicorum ergo etc.

Sed decipitur,qm̃ euidẽtia eſt qualitas originatiue producta ab intellectu agente,nec eſt uerũ,quod dicit eã eſſe relationem,quia dr̃ ad alterum,ſic.n.ſcientia eſſet relatio, erit igitur euidentia relatiuum ſecundum dici, quod non incõuenit eſſe principium actionis,ſicut ſciẽtia eſt principium conſiderandi.

Secundus eſt melior,quem ſequor & dico ꝙ poteſt teneri eſſe unã & eſſe plures,nã ſi loquamus de principio formali proximo,quo aſsẽtimus principio,& proximo, quo aſſentimus concluſioni,ſi ſunt plures,nam euidentia cauſata præciſe lumine intellectus agentis,aſſentimus principio,& euidentia cauſata ex diſcurſu fundato in principio per ſe noto,aſſentimus concluſioni,paret autem iſtas euidentias eſſe diſtinctas,quoniam unã ſupponit aliam, & quoniam ſunt à diſtinctis cauſis,quales ſint lumen intellectus agentis.et diſcurſus,ſi uero loquamur de principio formali remoto,quo aſsẽtimus ↄcluſioni,ſic eſt idẽ cũ eo, quo aſſentimus ꝑncipio ꝑ ſe noto,nã eadẽ euidẽtia qua aſſentimus principio, uirtualiter,aſſentimus ↄcluſioni, eo ꝙ euidentia cauſata lumine intellectus agentis, prout ſeruatur in principio,ex quo deducimus ↄc̃lonem.eſt cauſa ꝙ aſſentiamus concluſioni,& ſic poteſt dici,ꝙ eadẽ euidẽtia primo aſſentimus principio,ſecundario autem concluſioni,uerũ quia ibi loquimur de principio formali proximo,tenendum eſt ꝙ iſtę euidentię ſunt plures.

Quartum eſt ſi prima principia ſunt nãliter nobis cognita,unde eſt ꝙ non omnes aſſentiunt eis nã dicit Commẽ.in 2.lib.metaph.in cõmẽ.14.ꝙ aliqui hoĩes ſunt, qui non poſſunt recipere ꝑmas propõnes,propter tres cauſa .ſ.ꝑꝑ cõſuetudinem,quia ſunt nutriti à iuuẽtute in falſis, & ꝑꝑ malum diſpoſitionem indiuidualem,& ꝓpter pau

citatem exercitij in logica. Non ergo uidentur eſſe homini naturaliter cognita. Quod .n. naturaliter conuenit homini, conuenit omni homini ſicut eſſe riſibile.

Reſpondeo prima principia ſunt duplicia, quædã ſunt primo prima, qui dñr dignitates, quas Ariſt. defenſat i 4. li. contra proteruientes, ſuper quas omnis ſcientia fundatur. quædam ſunt ſecundaria, quæ innoteſcunt ex primo primis, ut ꝙ naturalr̃ ex nihilo nihil fit. Quòd oïs forma recipitur in ꝓpria materia &c. Quãtum ad primo prima, dico ꝙ omnes potentes uti ratione, ut excludantur pueri & inſenſati, eis aſſentiunt de neceſſitate. Quantum ad ſecũdaria dico, ꝙ ſi ſunt bene deſpoſiti & recti iudicij, eis aſſentiunt. uerũ quia multi ſunt mali iudicij. uel debiliſſimi ingenij. uel male aſſueti, ideo non eſt neceſſe, ꝙ omnes potẽtes uti ratione. eis aſſentiat, & de his principijs ſecundarijs intelligendum eſt dictũ Commen. Aduerte tñ ꝙ etiã ſi inueniretur aliqui, qui negarẽt principia ꝓmo ꝓma, ꝑ hoc nõ ſequitur, quin ſint nãliter cognita, nam ꝙ eſt nãliter cognitum, non eſt neceſſe ꝙ uerificetur, pro quolibet indiuiduo, niſi ſit nãliter cognitũ in primo ſenſu, ut diſtinxim⁹ ĩ queſtione. Hec de preſenti queſito dicta ſint.

Quæſtio. 2. ſi tota difficultas intelligendi. eſt ex parte noſtri intellectus uel ex parte rei.
Forſan autem & difficultate duobus modis exiſtente. Textu primo.

IN HAC qõne intendo primo pertractare opinionem b. Tho. & Commenta. qui in hoc concordant. Deinde opinionem Scoti & Anto. Andr.

Sententia b. Tho. & Commen. ſtat in duobus, ꝓmo qa intelligere ſtat in quadam habitudine, inter intellectũ & obiectum intelligibile, ſicut cõburere dicit habitudinẽ inter cõburens & combuſtibile, in talibus poteſt prouenire difficultas ex parte utriuſq;, nam ſi comburẽs ſit debile. & combuſtibile ſit ex ſe diſpoſitum ad cõbuſtionẽ, ut ſtipula ſicca. difficultas cõbuſtionis erit ex parte ꝯburentis, ſi

aũt comburens ſit potens.& combuſtibile ſit indiſpoſitũ puta lignum uiride, erit difficultas ex parte cõbuſtibilis. Quod ſi cõburens eſt debile & combuſtibile indiſpoſitũ, erit difficultas ex parte utriuſq; ſimul ſic impropoſito ap plicandũ eſt circa difficultatem cognoſcendę ueritatis.

Secũdo quia cognoſcibilitas non ꝯſequitur ens ut ens eſt.ſed ens in actu.ex.9.lib.huius ſcientiæ,tex.20.ubi inquit phs palã, quia potentia entia ad actũ reducta inueniuntur.i.cognoſcuntur, ſequitur ꝙ cũ ſint multa entia, quæ minimũ habent de actu.ut mã,motus.tempus, infinitũ,priuationes,negationes,etc. ꝙ ſint parũ cognoſcibilia,ꝙ ex ꝯſequenti difficultas cognoſcendi ſit ex parte rei. Cũ etiam ſint aliqua,entia,quæ ex nã ſua ſunt perfectiſſima,& maxime actu,ut entia diuina,& nobis ſint difficillima ad cognoſcendũ,manifeſtum eſt id prouenire ex debilitate noſtri intellectus, qui ſe hẽt ad illa,ut oculus noctue ad ſolẽ.& hæc eſt intentio Cõmenta. in hoc 2.lib.in cõmen. 1.ubi inquit. Cum difficultas cõpræhenſionis eſt duobus modis, rectum eſt ut difficultas in rebus. q̃ ſunt in fine ueritatis.ſ. in primo principio & in principijs abſtractis à mã ſit.ſ.ex defectu ex nobis,& non ex illis, qm̃ cũ ſint abſtracta,ſunt ex ſe intellecta naturalr.& nõ intellecta,qa nos facimus ea intellecta,ſicut formę materiales. Difficultas.n.in iſtis,magis eſt ex ſe,q̃ ex nobis, etc.

Sententia autẽ Scoti & Ant. And. oppoſita eſt b.Tho. & Comment.circa quam duo agenda ſunt. Primo ponẽtur eorum fundamenta. Secundo ſoluẽtur eorum rationes,quas formant contra b.Tho.& Commentato.

Quantum ad ꝑmũ aduerte,ꝙ ſententia Scoti & Anto. And.in hoc.2.li.q.2.ſtat in hoc,ꝙ tota difficultas cognoſcẽdi eſt ex parte noſtri intellectus, reſpectu cuiuſcunq; rei,tã mãlis q̃ immãlis,& quia,quo ad immãlia, cũ eo cõ uenimus,ideo idẽ manifeſtare conatur de re mãli,& facit hoc fundamentum,cognoſcibilitas ſequitur rei entitatẽ, eo ꝙ ut iquit phs i hoc 2.lib.res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci,ex hoc aũt fundamento deducit, ꝙ equæ ꝑ

fecte ꝓportionaliter res mãles potentiales, quantũ ſit ex parte eaꝶ,ſunt cognoſcibiles ab ĩtellectu noſtro, ſicut res immateriales,licet nõ equæ perfecte ſimplr,& probat ſic. Quia equæ ꝑfecte proportionaliter motiue ſunt noſtri intellectus,ſicut res immãles,unumquodq;.n.mouet intellectũ ſm gradũ entitatis ſuæ.Et ꝯfirmat exẽplo. Paruus ignis equæ ꝑfecte proportionaliter comburit parum cõbuſtibile,ſicut magnus ignis magnũ cõbuſtibile,et equæ faciliter ꝓportionaliter,licet non equæ perfecte ſimplr,eo ꝙ magnus ignis citius & intenſius aget.

Hæc eſt ſentẽtia Scoti,quæ peccat in duobus, primo in fundamẽto adducto,non.n.cognoſcibilitas ſequitur entitatẽ,ut entitas eſt,ſed ut eſt actu uel ordinabilis ad actũ, ut adduximus in 2.Metaph.& ideo dicit phs in hoc.2.li. tex.4.unũquodq; ſicut ſe hẽt ut ſit,ita & ad ueritatem,& tu aduerte ꝙ non dicit ad entitatẽ,ſed ut ſit, eſſe aũt dicit actum,& bene exponit Cõment.illic dicens,quanto magis fuerit ꝑfectum ineſſe, tanto magis erit perfectũ in eſſendo uerũ,ex quibus elicio ꝙ ſicut actus adiuuat cognoſcibilitatem, ſic potentialitas impedit & difficultat, ſicut in exẽplo Scoti,ſiccitas adiuuat cõbuſtionem, & humiditas impedit & difficultat,ita ꝙ difficultas eſt ex parte cõbuſtibilis humidi,& non ex parte ignis,ẽt parui,ſecundo peccat in deductione.Cũ.n.res materiales ſint ſub conditione oppoſita intelligibilitati,quæ conditio eſt ipſa materialitas ſiue potẽtialitas, nõ ſunt equæ perfectæ proportionalr motiue intellectus,ſicut ĩmateriales, nec ſuũ exẽplũ iuuat,non.n.exemplũ eſt uerũ,niſi in paruo cõbuſtibili inueniãtur diſpoſitiones faciẽtes ꝓ cõbuſtione, puta ſiccitas & caliditas,ſicut ſupponũtur eẽ in magno cõbuſtibili.Vñ ſi in paruo cõbuſtibili ſit itenſa humiditas adeo impediet paruũ ignẽ,ꝙ non aget in ipſum,exemplum ergo non ualet,niſi ſuppoſita uniformitate diſpõnum ex ꝑte utriuſq; cõbuſtibilis. Sic in ꝓpoſito,ſi res materiales nõ eſſent ſub oppoſito cognoſcibilitatis, equæ ꝑfecte proportionalr cognoſcerentur,ſicut res ĩmateriales, non ra-

men equæ perfecte ſimpliciter, q̄m cum in abſtractis den tur gradus actualitatum, quanto ſuperiora, tanto magis intelligibilia ſunt, unde Deus eſt in ſupremo intelligibili= tatis. Sic dico in rebus mālibus, cum ſint diuerſoꝝ gra= duum dato caſu ꝙ non eſſent ſub oppoſito intelligibilita tis, adhuc nō ſequitur, ꝙ eſſent equę pfecte intelligibiles.

Nunc igitur ſoluendæ ſunt rationes Scoti, pro quanto militant contra b. Tho. & Commentatorem.

Prima eſt talis, ſi res materiales ſunt ſ̄m ſe difficiles ad intelligendum, ergo ad quemcunq; intellectum compa= rentur erunt difficiles, quod eſt falſum, ut patet cōparate intellectui diuino, probatur conſequentia. Quod ſ̄m ſe eſt tale, cuicunq; comparetur eſt tale, ut patet de riſibili in homine, qui ad quodcunq; comparatus eſt riſibilis.

Hæc rō nihil ualet, nam admittatur primo, ꝙ ſi Deus acciperet ſcientiam à rebus, uel eas per ſuas proprias nãs cognoſceret, cōcedimus, ꝙ cum difficultate, res māles po tentiales cognoſceret. Sed quia ſcientia ſua eſt equiuoca ſcientiæ nr̄æ, ratio nihil concludit. Dico ſecundo ꝙ ꝯñtia non ualet. Ad ꝓbationem dico, ꝙ illa maxima ꝟificatur, ſolum in prædicatis abſolutis. In reſpectiuis autem non ualet, quale eſt eſſe cognoſcibile, eſſe uiſibile &c. Patet.n. ꝙ hæc eſt uera. Sol eſt ſ̄m ſe cum difficultate uiſibilis ꝑꝑ. abundantiam ſuæ lucis, & tamen non ſequitur, ꝙ compa ratus cuilibet oculo ſit talis, ut patet in oculo aquile.

Confirmat autem Scotus & Ant. And. opinionem ſuā per ipſummet Ariſt. qui loquitur dubitatiue, cum dicit, forſan autem & difficultate duobus modis exiſtente. De= inde determinando ſe ſubdit. Non in rebus ſed in nobis eſt eius cauſa, ergo &c.

Sed huic reſpondetur ꝙ licet tranſlatio nr̄a habeat ly forſan, tamen ea q̄ eſt ex arabico, eſt abſoluta. Sic.n. dicit. & cum difficultas eius ſit duobus modis &c. nec eſt ueꝝ ꝙ pħs determinet ſe ad nos tm̄ in oī genere reꝝ. Determi= nat autem ſe ad nos, quo ad immālia, cum .n. dixiſſet, non in rebus ſed in nobis eſt eius cauſa, ſtatim ſubdit. Si=

cut enim nicticoracum oculi ad lucem diei, ſic & animæ noſtræ intellectus, ad ea quæ ſunt omnium naturæ maniſeſtiſſima. Patet igitur ſententiam b. Tho. & Comm. eſſe magis conſonam menti Ariſt.

Aliá rationem in defenſionem Scoti, adducit quidem modernus Scotiſta, & eſt talis. Intellectus habet difficultatem in cognoſcendo, quando eſt improportionat obo. Sed hæc improportio eſt, aut pp excedentem & perfectã entitatem obiecti, ut in abſtractis, aut propter minimam entitatem, ut in rebus mãlibus. Sed utraq; har improportionum eſt ex defectu noſtri intellectus, & de prima quidem conceſſum eſt ab oíbus. De ſecunda autem ſic probatur. Dicit Ariſt. in lib. de ſenſu & ſenſato, ꝙ ſi uiſibile decreſcit in minus in infinitum, neceſſe eſt uiſum creſcere ĩ maius in infinitũ, ſi debet tale uiſibile uidere, ergo ad cognitionem minimi cognoſcibilis, neceſſe eſt potẽtiam cognoſcitiuam eſſe perfectiorem. Quod ergo intellectus noſter non poſſit cognoſcere minima intelligibilia, qualia ſunt mãlia potentialia, eſt ex imperfectione eius. Omnis ergo difficultas intelligendi eſt ex parte intellectus, & non ex parte rerum, ſiue materialium, ſiue immaterialium.

Reſpondetur. Hæc rõ peccat in duobus, primo non eſt eadem rõ de uiſu & de intellectu, nam cum uiſus ſit potẽtia organica, põt debilitari & cõfortari ex diuerſa diſpõne organi, & ſilr uiſio poteſt reddi facilis & difficilis ex tali diſpõne, & non ſolum ex parte uiſibilis ſic uel ſic diſtãtis, aut tante uel tante quantitatis, intellectus autem inorganicus eſt, & ideo nõ uariatur facilitas aut difficultas intelligẽdi rem mãlem ex parte intellectus, ſed ex parte rei potentialis par motiue intellectus nři. Dico. 2. ꝙ non cõcludit intentum, licet. n. paruum uiſibile cum difficultate uideatur pp defectum uiſus, non tamen ſolum pp hoc, ſed pp defectum parui uiſibilis, eo ꝙ non eſt ſufficiens motiuum uiſus. Idem dicendum eſſet ſm ſuum argm̃ de intellectu & re materiali. Propter quod uel nihil concludit, uel concludit, ꝙ difficultas non ſolum eſt ex defectu intel

lectus,ſed etiam ex defectu obiecti parum cognoſcibilis, ex conſequenti ex parte rei,quod eſt contra Scotum.

Alia dubia quæ ſint difficillia pro præſenti quæſito nõ occurrunt,niſi illud quod ſolet adduci ad probandum,ꝙ uř intellectui noſtro eſſe minus difficile intelligere immaterialia,q̃ materialia,eo ꝙcum ſit immaterialis,maiorem conformitatem habet cum ĩmaterialibus &c. Sed id non eſt difficile ad ſoluendum, qm̃ licet quo ad ſubſtãtiam ſit conformis immaterialibus,tamen quo ad modum intelligendi magis declinat pro hoc ſtatu ad mãlia, nihil.n.intelligit ſine phantaſmate, & ſua intellectio originatur à ſenſu,& ideo quo ad modum operandi elongatur à ſubſtantijs immãlibus &c.Hęc de præſenti q̃ſito dicta ſint.

Quęſtio 3.ſi poſſumus quidditatiue intelligere ſubſtantias ſeparatas.

Sicut enim nicticoracum oculi ad lucem diei ſeſe habent &c. Textu primo.

IN hac quæſtione tria agenda ſunt.Primo.Quę fuerit mens b.Tho.Secundo quæ fuerit mens Scoti. Tertio qaæ fuerit mens Commentatoris.

Quantum ad mentem b. Tho. aduerte, ꝙ ſtat in hac concluſione negatiua, non poſſumus pro hac uita intelligere ſeparata quidditatiue,& id claꝝ eſt in expõne ſua,ſupra præmiſſum tex.& in 1. parte.q.12.art.12. ueꝝ anteq̃ prędictam concluſionem deducam,declaro quę ſit quidditatiua cognitio in uia b.Tho. Aduerte igitur, ꝙ quidditatiua & perfecta idem ſunt.Perfecta autem habetur tribus modis.Primo quando res cognoſcibilis unitur per eſſentia cognoſcenti, ſicut quando intelligentia eſt intelligens ſeipſam per ſuam eſſentiam apud pħm. Secundo qñ in cognoſcente eſt ſpecies intelligibilis,ſufficienter repręſentatiua eſſentiæ rei cognoſcibilis, ut ſi per ſpeciem hominis intelligerem hominem. Tertio quãdo cognoſcitur effectus adequãs uirtutem ſuæ cauſæ,& per ipſum cognoſco cauſam.ut ſi cognoſcerem effectum adequantem uirtutem ſolis,perfecte cognoſcerem ſolem,& quidditatiue.

Ex his deduco ꝯcluſionem pręmiſſam. primo, quia nullum ſeparatoꝝ. poteſt nobis uniri per eſſentiam ſuam, qm̃ ſm doctrinam Ariſt. in 3. de aĩa, intellectus poſſibilis, qui eſt oĩa fieri, nullam formam recipit, niſi quam facit intellectus agens, qui eſt oĩa facere, conſtat aũt ꝙ non facit eſſentiam rei ſeparate actu intelligibilem, qm̃ cum ſit imaterialis, eſt ex ſe intelligibilis, ſecũdo intellectus poſſibilis nullam ſpeciem recipit, niſi abſtractam à phãtaſmate uirtute intellectus agentis, nulla autem talis eſt ſufficienter repræſentatiua ſubæ ſeparatę, qm̃ cum ſit ſufficienter repſentatiua obiecti m̃ilis, à quo eſt ſumpta, non poteſt exprimere nãm perfectionis ſubæ, qualis eſt ſubſtantia ſeparata, cum ſint diuerſorum ordinum, tertio nullus effectus ſenſibilis cognoſcitur à nobis, poſſe adequare uirtutem ſubæ ſeparatę, præcipue uirtutem primi principij, quam ĩ lib. 12. ſuſtinebimus de mente pħi eſſe infinitam, omnis autem effectus ſenſibilis limitatus eſt. ergo nõ poſſumus quidditatiue ſiue perfecte cognoſcere ſeparata.

Hoc eſt uniuerſale fundamentũ b. Tho. ubicũq; loqtur de hac materia, qđ & Scotus & Ant. And. neſcierunt. infringere. Vnde Ant. And. in 2. metaph. q. 3. ĩ ſolutione rõnum, quæ facte fuerant ꝓ opinione b. Tho. ſoluens illam de effectu inadequato ſic dicit, non plus ꝯcludit niſi ꝙ effectus ſubſtantiæ ſeparatę, nõ ducit nos in cognitionem perfectam ſuæ cauſæ, cum hoc tñ ſtat ꝙ ducit nos in aliq̃ cognitionem imperfectã. Hæc ille. Sed cum nos teneam' cognitionem quidditatiuam eſſe perfectã, & econuerſo. patet ꝙ Scotiſtæ non poſſunt ſuſtinere intentũ ſuum, contra b. Tho. loquendo de cognitione ueræ quidditatiua.

Quãtum ad opinionem Scoti, faciemus quattuor. Primo declaratur modus poſitionis ſuæ. Secũdo oſtendetur, ꝙ non diſſentit à b. Tho. niſi in terminis. Tertio declarabitur in quo fuit deceptus Scotus 4. oſtendetur ꝙ rationes ſuæ non tangunt ſenſum b. Tho.

Circa primum aduerte ꝙ Ant. And. in 2. metaphy. q. 3. per diſtinctionem ſeximembrem declarat mentem ſuam

& Scoti.

& Scoti. Quæ quidẽ diſtõ talis eſt. Cognitionis intellecti uæ ſex ſunt gradus. Prima eſt intuitiua, q̃ dr̃ notitia uiſionis, q̃ eſt de obo pñti, ut p̃ſens eſt in ſua exñtia, qualis eſt cognitio beatoꝝ in p̃ria, ſecunda eſt abſtractiua, quæ eſt obi p̃ſentis in ſua ſpẽ genita ab obo, qđ põt eſſe abſens in ſua exiſtẽtia, ut cũ intelligo roſam abſentem ꝑ ſpẽm roſę, tertia eſt cognitio obi oppoſiti obo primi modi, ut cũ intelligo aliquod oppoſitum contrariæ uel priuatiuæ obo intuitiuæ uiſo, ut cum intelligo iniuſtitiam exiſtentem in tirãno, ut opponitur iuſtitiæ exiſtenti in rege uero, quarta eſt cognitio obi oppoſiti obo ſecundi modi, ut cum intelligo obliquũ ꝑ ſpẽm recti, quinta eſt cognitio alicuius ex cõceptibus aggregatis, ut cum intelligo aliqđ eſſe ens infinitũ neceſſarium, ſempiternũ, ſexta eſt ꝑ accñs, qñ aliqd cognoſcitur per ſpẽm illius, qđ ſibi accidit, ut qñ cognoſcitur ſuba ꝑ ſpẽm accñtis. Poſita hac diſtõne dicit Ant. and. ꝙ quidditas ſubaꝝ ſeparataꝝ, non intelligitur primo nec ſecundo mõ, nec tertio, nec quarto. ſed quinto & aliqualr ſexto. ſ. per effectus ſuos. cognoſcũtur. n. per hoc, ꝙ multa app̃henſa ſil ꝯcipiuntur, q̃ oĩa ſil nulli alij ꝯueniũt, & iſte eſt ꝯceptus aggregatꝰ, puta de Deo, ꝙ eſt ens ſfinitũ neceſſariũ ꝓmũ &c. q̃ oĩa ſil accepta nulli ꝯueniũt niſi Deo, & ſic de alijs intelligentijs. Hæc eſt mens Scoti & Ant. And.

Circa ſecundum aduerte, ꝙ cum Scotus & Ant. And. teneant ſubam ſeparatam non cognoſci, niſi 5. & 6. mõ, & in doctrina b. Tho. concedatur idem. & primo de conceptu aggregato, ut declarauimus in 1. lib. in q. 9. ſecundo de effectibus inadequatis. ut manifeſtabitur in lib. 12. ubi ex motu æterno inueſtigatur ſuba, mouens ęterna, cõſtat ꝙ non eſt diſſenſio niſi in terminis. eo ꝙ Scotus uult cognitionem quinti & ſexti modi eſſe quidditatiuam. b. aũt Tho. non uult niſi ſit primo aut ſecundo modo.

Circa tertiũ aduerte ꝙ Scotus fuit deceptus, in eo ꝙ nõ diſtinguit inter cognoſcere q̃dditatiuæ. & cognoſcere q̃dditates. & tamẽ multũ refert. Nã cognoſcere q̃dditates eſt per aliquẽ conceptũ. uel effectum attingere quidditates

quod ꝯtingit per quintum &ſextum modum aſſignatum ab Ant.And.cognoſcere aũt quidditatiuæ,eſt tm̃ illis tribus modis,quos aſſignauimus i ꝓncipio qõnis.Vnde bene ꝯcludit Scotus.ꝙ cognoſcimus quidditates ſubaꝝ ſeparataꝝ. nõ tñ quidditatiuæ. uel quantũ ad qđ quid eſt. Propterea bene ꝯcludit b.Tho.exponens p̃ſentem tex. dicit.n.Impoſſe eſt ut anima humana unita huic corpori apprehendat ſubas ſeparatas,cognoſcendo de eis qđ qđ eſt; hæc illæ.Quòd ſi inueneris b.Tho.dicentem,ꝙ aĩa unita corpori per hæc mãlia non põt tm̃ eleuari, ꝙ cognoſcat quidditates ſubſtantiaꝝ immãlium, intelliges per cognitionem quidditatum,cognitionem quidditatiuam.

Circa quartum aduerte ꝙ Ant.And. in 2.metaph. q.3. arguit multipl̃r nitens probare, ꝙ cognoſcimus ſeparata quidditatiuæ,quæ nolo hic recitare,nec ſoluere,qm̃ ſi bene aduertes, cognoſces ꝙ ꝯcludunt, nos cognoſcere eoꝝ quidditates.non aũt quidditatiuę.nec quantum ad quod quid eſt. Si tñ uis ſigillatim eoꝝ ſolutiones uidere claras & thomiſticas,q̃re cap.in 1.di.2.q.1. contra ſextã ꝯcluſionem.Illic recitat oĩa ſub nomine Scoti in 2.metaphyſicę.

Quantum ad mentem Cõm.claꝝ eſt ex 3.de aĩa Cõm. 36.ꝙ arbitratus eſt,nos poſſe intelligere ea quidditatiuæ, & per ſe ipſa,& modum imaginatum ab ipſo habes in dicto cõm.quem nolo hic replicare,qm̃ ſpectat ad qõnes 3. libri de anima.& nos id pertractauimus in lec.noſtra ſup tractatum de anima in 1.parte b.Tho. in q.88. art.1. ubi declarauimus imaginationem Cõm. & ſuſtinuimus rationes b.Tho.contra Iandu.defenſantem Cõment. & ſoluimus rationes factas in fauorem Commentatoris.

Nunc intẽdimus pro negotio metaphyſico reprobare Cõm.quo ad expõnem p̃ntis tex.Aduerte igr̃ ꝙ in hoc 2. lib. in tex. 1. ubi dicit Ariſt.ſicut nicticoracum oculi &c. cõmentãs Auer.inquit. & quia diſpõ intellectꝰ de re ĩtelligibili,ẽ ſicut diſpõ ſenſus de re ſenſibili,aſſimilauit uirtutẽ intellꝭ incomꝓhendendo intellecta abſtracta à mã,mõ debiliſſimo uiſus in ſentiẽdo.ſ. ueſpertilionis in non com

præhendendo maximum ſenſibiliũ.ſ.ſolem.Sed hoc non demrat res abſtractas intelligere,eſſe impoſſibile nobis, ſicut inſpicere ſolem eſt impoſſibile ueſpertilioni, qm̃ ſi ita eſſet,tunc ocioſę egiſſet.quia fecit illud qd' eſt in ſe nãliter intellectum,non intellm̃ ab alio, ſicut ſi feciſſet ſolem nõ cõpræhenſum ab aliquo uiſu hæc Cõmenta:Cõtra quẽ duplr̃ arguit b.Tho.exponens,ut uidere potes. Primo qa cognitio noſtri intellectus non eſt finis ſubaꝝ ſeparataꝝ. aliter finis eſſet ignobilior his quæ ſunt ad finem, non ergo ſequitur ꝙ ſint fruſtra, ſi non cognoſcantur à nobis. Secundo quia & ſi non cognoſcuntur à nobis, cognoſcũtur tamen ab alijs intellectibus ſeparatis, ſicut licet ſol nõ uideatur à ueſptilione,ur̃ tamẽ ab alio oculo. Quare &c. & aduerte ꝙ eandẽ improbationẽ approbat Ant.And. in 2.metaph.q.3.in reſponſione ad primum argumentum.

Auerroiſte uero & p̃cipue Iandu.in 2.metaph.q.4.nitẽtes defendere Cõmenta.dicũt nec b.Tho.nec Scotũ intellexiſſe uirtutẽ rõnis Cõment.laborans aũt Iandu.declarare & deducere eam inquit Cõmenta.non intendit intellm̃ nr̃m eſſe finem ſubaꝝ ſeparataꝝ.ſed ſupponit duo, primo ꝙ potentia actiua reſpicit paſſiuã, eo ꝙ non põt eſſe ſine paſſiua ex 5. metaph. ſcd̃o ꝙ intelligentiæ nãlr̃ ſunt apte intelligi ab intellectu nr̃o. eo ꝙ ꝯtinẽtur ſub obo intellˀs, qd' eſt ens, ex quo trahitur ꝙ intelligentiæ comparantur ad intellm̃ nr̃m,ſicut motiuum ad paſſiuum,&per ꝯñs ut potentia actiua ad paſſiuã, & niſi potentia paſſiua intellˀs nr̃i reduceretur ad actum, recipiens cognitionem ſubaꝝ ſeparataꝝ eſſet fruſtra. Ex his ſic deducit rõnem Cõmen. ſubæ ſeparatæ ſunt de ſe intelligibiles ab intellectu nr̃o. Intellˀs nr̃ debet hr̃e potentiam receptiuam huius cognitionis,q̃ potentia eſſet fruſtra, ſi non reciperet dictam cognitionẽ ex ꝑus ſuppoſitis. ergo põt itelligere & de facto intelligit ſbas ſeparatas.Sic deducit,&dicit ꝙ cũ Cõmen. dicit tunc ocioſæ egiſſet &c.ly ocioſæ,nõ debet exponi ex parte intelligentiaꝝ, quaſi ꝙ fuiſſent factæ ocioſæ ſi non intelligũtur à nobis.ſed debet exponi ex parte nr̃i intelle

ctus,q̄ſi ꝙ potētia nr̄i intell's receptiua cognitiōis ſub̄aꝝ ſeparatarum eſſet ocioſa,ſi non poſſet reduci ad actum.

Sed hæc defenſio nulla eſt, primo quia falſum eſt, ꝙ ſub̄æ ſeparatæ ſint aptæ mouere intellectum noſtrū coniunctum,nec eſt uerum,ꝙ contineantur ſub obiecto proportionato. Illud.n.non eſt ens.ſed quidditas rei mālis, & ſic patet,ꝙ omnia ſequentia ſunt falſa, non.n.ſeparata comparantur ad intellectum noſtrum ut motiuū ad paſſiuum,nec econuerſo,nec intellectus nr̄ coniūctus, eſt aptus recipere cognitionē quidditatiuā ſub̄æ ſeparatæ. De hac.n.nunc loquimur.Dico 2.ad deductionem,ꝙ ꝑmum an̄s eſt falſum,aſſumit.n. quod debet probare loquendo de intellectu coniuncto.Dico 3.ꝙ non ſequitur ſi potētia paſſiua nr̄i intellectus non poteſt recipere cognitionem quidditatiuam ſeparatoꝝ pro iſto ſtatu, ꝙ ſit fruſtra, qm̄ ſufficit ꝙ poſſit actuari pro iſto ſtatu, modo cognitionis ſibi proportionatæ.ſ.imperfectæ,&quantum ad quia eſt. In alio autem ſtatu,quantum ad quid eſt.Dico 4.ꝙ extorquet ſenſum Comm.exponendo ly ocioſę. Patet.n.ex uerbis eius,ꝙ ly ocioſæ,ſe tenet ex parte intellecti, & non ex parte intelligētis. Dicit.n.ſic,qm̄ feciſſet illud quod eſt in ſe naturaliter intellectum,non intellectum ab alio &c.

Et aduerte ꝙ Iand.in eadem q. format plurima argumenta,q̄ uanum eſſet adducere & ſoluere,qm̄ & ſi concludāt,aliq̄lem cognitionem ſeparatoꝝ eſſe nobis poſſibilem pro hoc ſtatu,non tamen q̄dditatiuā & ꝑfectam,ut intendebat Commentator.Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō 4.ſi ex textu pħi, poſſumus habere eſſe plura principia improducta.

Quapropter ſemper exiſtentium principia eſſe uerisſima neceſſe eſt,non.n.quādoq; uera,quādoq; non uera nec illis cauſa aliqua eſt ut ſint. Sed illa alijs. Textu 4.

CIRCA hoc quæſitum aduerte ꝙ hic non intēdimus abſolutæ quærere, utrū oīa pendeant à ꝑmo nō ſolū in genere cāæ finalis,ſed ēt in gn̄e cāę effi-

cientis & ueræ ꝓductiuæ. De hoc.n.formabimus particulare quæſitũ, in lib. 12. Sed quia tenentes uiam oppoſitã, ut cõiter Cõmen. qualis eſt Iand. i 2. metaph. 45. & Greg. de Ari. in 2. ſen. di. 1. q. inter cætera dicta pħi, fundant ſe ſuꝑ pñtem tex. ideo intẽdo declarare. ꝙ ex hoc tex. non pñt ꝯcludere intentũ ſuum. Tria igr̃ agenda ſunt. Primo argumentandũ eſt, ꝙ hic tex. nõ fauet illis. Secũdo exponẽdus eſt tex. uera expõne. ne ſit alicui cã erroris. Tertio ſoluetur dubium quod põt oriri ex expoſitione b. Tho.

Quantũ ad primum ſic arguitur, ſi apud Ariſt. dantur plura principia, q̃ non hñt cãm efficientem, neq; ꝓductiuam ſ͠m eſſe, ſequitur ꝯtradictio in eodem contextu pħi, nã immediate p̃miſerat dicẽs. unũquodq; uero maxime ipm dr̃ alioꝝ etc. ꝙ exponens Cõment. de prima cauſa inquit. Oĩa. n. entia nõ acquirunt eſſe & ueritatẽ, niſi ab iſta cauſa. eſt igr̃ ens ꝑ ſe. & uerũ ꝑ ſe, & oĩa alia ſunt entia & uera ꝑ eſſe, & ueritatem eius. nec ualet gloſa Gregorij de Arimino in 2. ſent. di. 1. q. 1. qui dicit ꝙ Cõment. intelligit acquirere eſſe in gñe cauſæ finalis, non. n. pħs fecerat illic mentionẽ de cã finali. ſed de efficiẽte, alioquin exemplũ de primo calido non fuiſſet ꝯuenienter introductum ab Ariſt. Tunc ſic. Hæc duo repugnant, ꝙ oĩa capiant eſſe ab uno primo, & ꝙ ſint aliqua plura, quibus nõ ſit aliqua cã ut ſint, ſed illa alijs. Cum ergo non ſit admittendũ pħm in eodẽ contextu ſibijpſi ꝯtradicere, debemus exponere textum tali modo, ꝙ contradictio non ſequatur.

Quantum ad ſ͠m, aduerte ꝗ, tripl'r põt exponi. Primo ſic. Principia ſemꝑ exiſtentium, cum ſint ſemper, nõ hñt aliq̃ cãm ut ſint aliquo tp̃e, & aliquo non. ſed illa ſunt cã alijs. i. his inferioribus ꝑ motũ cœli, quę cũ ſint gñabilia, aliqñ ſunt, aliqñ nõ ſunt. Cum hoc tñ ſtat, ꝙ recipiũt eſſe ſempiternũ à primo. Secũdo ſic. Principia ſemper exiſtentiũ. i. intelligẽtiæ q̃ ſunt principia motiua corporũ cœleſtiũ, non hñt cãm ut ſint. ſ. mobilia. uel ꝙ moueãtur. ſed ſunt cã alijs. ſ. corpori cœleſti & his nãlib⁹, ꝗ moueãtur. Tertio ſic, licet pħs loq̃tur ĩ plurali, tñ ĩtelligit ꝓ ſingula

ri.q.d.cum principium primũ ſemper exiſtẽtium, quales ſunt intelligentiæ & corpora cœleſtia, ſit primũ & maximũ ens, non habet cãm ut ſit. i. à nullo pendet, ſed eſt cauſa alijs, qm̃ dicet in lib. 12. ꝙ ab hoc principio pendet cælũ & nã. & hæc tertia expõ vr̃ magis conſona, ꝯſuetudini Ariſt. Conſueuit. n. dũ loquitur de ſeparatis, ſepe trãsferre ſe à plurali ad ſingulare, & econuerſo, ut patet in lib. 12. in text. 39. & 30. ubi loquitur de ſubã ſeparata in ſingulari, ꝓbans ꝙ datur ſubã æterna ſemper mouẽs, in text. uero eodem transfert ſe ad plurale, probans oẽs tales ſubãs eſſe ſine mã. Deinde in tex. 35. reuertitur ad ſingulare, & hoc ideo agebat, qm̃ ſm̃ Dñm Herueum in 2. ſen. diſt. 15. loquebatur pħs de oibus ſeparatis, tanq̃ de uno gñe, parũ diſtinguẽs inter ea, ꝓp maximã elongationem à ſenſatis.

Quantum ad tertium aduerte, quòd contra hanc tertiam expoſitionem, quàm reputamus meliorem, uidetur eſſe expoſitio b. Tho. Nam ſi philoſophus ſumit plurale pro ſingulari, quare b. Tho. exponit in plurale.

Rñ. b. Tho. ut literalis expoſitor, noluit immutare textum pħi, ꝓcipue aduertens quòd plurale põt ſaluari non repugnanter, nõ. n. repugnat in genere ſeparatorum, inueniri aliquod. qđ ſit cã ut ſint alia, ipm̃ tamẽ non habet cãm ut ſit. Repugnat autẽ id inueniri in genere mãlium, unde patet ꝙ aliqua ꝓpõ formata ex terminis ĩ numero plurali eſt uera ſimpl'r, ut aĩalia ſunt ſenſitiua. eſt. n. uera ꝓ oib⁹, aliqua autẽ eſt uera nõ repugnãter, ut aĩalia ſunt uolãtia, nã ſub genere aĩalium nõ repugnat ĩueniri aliqđ uolatile. Sic eſt in ꝓpoſito. Quare &c. Hęc pro p̃ſenti quęſito dicta ſint. Abundãtius autem dicturi ſumus in li. 12.

Qõ. 5. ſi eſt proceſſus in infinitum in cauſis efficientibus.
At uero, quòd ſit principium quoddam, et non infinitæ cauſæ exiſtentium. Textu 5.

CIRCA hãc quęſtionẽ tria agẽda ſunt. Primo p̃ponentur quædã diſtinctiones. Scđo reſpondebitur per concluſiones. Tertio ſoluentur quædã dubia.

Quantũ ad primum aduerte duas diſtõnes. Prima eſt. Multitudo cauſarũ efficientiũ eſt duplex, quædam eſt, in qua una cã eſſentialr̃ dependet ab alia in rõne cauſandi, quædã aũt eſt, in qua una nõ pendet ab alia in cauſando, ꝑme dicũtur eſſentialr̃ ſubordinatę, ſcdæ aũt accidentalr̃. Inter quas triplex aſſignatur dr̃ia. Prima eſt, ꝙ in eſſentialiter ordinatis, inferior ſupponit ſuperiorẽ ineſſe, à qua ut cauſat recipit uirtutẽ cauſandi, ita ꝙ niſi ſuperior influeret in ea, nullo mõ cauſare poſſet, hoc mõ ſe hẽt baliuus ad regẽ in politicis, & in nãlibus, Deus, intelligẽtia, cœlũ, hõ generãs. In accidẽtalr̃ aũt ordinatis, non eſt neceſſaria talis ſuppoſitio. Nã licet una poſſit depẽdere ab alia, quo ad eſſe, qa. ſ. una eſt ꝓducta ab alia, puta Sortes à Platone tñ non eſt neceſſe ꝙ pẽdeat, quo ad cãlitatẽ, põt. n. ſortes gñare remoto Platone. ſcda eſt, ꝙ oẽs cãæ ſubordinatę eſſentialr̃ ſunt diuerſarũ nãrum, qm̃ una eſt eſſentialr̃ perfectior altera, ut intelligẽtia, cœlũ, hõ. Quæ aũt ſunt accidẽtalr̃ ordinatę, põt eſſe eiuſdẽ nãę & ꝑfectionis ſpecifice, ut oẽs hoĩes generãtes. Oẽs malei inquantũ percutiẽtes, tertia eſt. Oẽs cãæ ſubordinatæ, ſimul concurrũt & cooperãtur ad effectũ, alr̃ nõ ſeruaretur cõnexus cãlitatis iter eas. Cãæ aũt accidentalr̃ ſubordinatę, nõ neceſſario ſimul concurrũt, nã una remota, alia p̃t cauſare, ut artifex deſtructo uno maleo, p̃t opari cũ alio. Hęc ẽ cõis ſnĩa oĩm ſapiẽtũ.

Tu tñ aduerte, ꝙ Iãdu. in 2. metaph. q. 6. arbitratur nõ eſſe neceſſe in cauſis eſſentialr̃ ſubordinatis, ꝙ oẽs ſimul cooperẽtur ad effectũ, ſed ſufficit ꝙ una p̃ſupponat aliã ſimul operantẽ, uel iam operatam fuiſſe. & exemplificat de ſenſu & intellectu. Intellectus. n. neceſſario ſupponit ſenſum, qm̃ ſua cognitio ortum hẽt à ſenſu, non tamen eſt neceſſe ꝙ quoties intellectus intelligit, ſenſus operetur, ſed ſufficit ꝙ iam in actu fuerit, ſicut patet, ꝙ poſſum intelligere roſam in hieme, quam tunc nullus ſenſus ſentit.

Sed decipitur Iãdu. qm̃ aliud eſt unam cãm ſupponere aliam in opere, uel in p̃ſenti, uel in p̃terito, et unam eſſentialit̃ ſubordinari alteri, nã reſpectu primi ſtat, ꝙ cã prior

ſine quæ ſupponitur, ſit imꝑfectior, nec dat uirtutē poſte riori, ſed mām ſubminiſtrat, ut patet de nutritiua et gñatiua, de arte ſubſeruiēte & architectonica. De ſenſu ꝑparā te o͞bm itellectui. Reſpectu aūt ſecūdi, ſemper cā prior, eſt ꝑfectior, & præſtat uirtutē poſteriori, ita ꝙ ē uelut iſtr͞m ꝑoris. Inſtr͞m aūt nō mouet nec operatur, niſi ut mouetur à principali agente, & ꝑꝑea neceſſe eſt in cauſis eſſentialr̄ ſub ordinatis hæc duo eſſe uera, cā prior influit i poſterio rē. & cā prior cooperatur poſteriori. Nec ualet exēplū de ſenſu intellectu, qm̄ non ſubordinantur eſſentialr̄, cū ſenſus ſit imperfectior, nec influit uirtutem intelligendi, imo eſt inſtr͞m intellectus. Relinquatur igitur imaginatio Ianduni, q̄ nec ratione probat.

Secunda diſtō, cāæ accidētalr̄ ordinatæ, poſſunt eē duobus modis. Primo ꝙ oēs ſint ſimul in rerum nā. Secundo ꝙ non exiſtant niſi continua & ſucceſſiua generatione, quæ tamen tendit in infinitum.

Quantum ad ſecundum aduerte tres concluſiones.

Prima ē. In cauſis eſsētialr̄ ordinatis neceſſario ē ſtatꝰ. Huic oēs adhęrent, & licet multiplices adducant rōnes, tamen euidentior eſt talis, ſi non eſt ſtatus oēs cauſæ ſunt mediæ, q͞a unaquæq; hēt cauſam ante ſe, à qua accipit uirtutē cauſandi. Si oēs ſunt mediæ. tollitur oīs cauſa & cauſalitas, q͞a media non cauſata ſe. ſed ut recipit à prima, uel immediate, uel tandē reductiuæ. Oīs ergo cauſalitas pendet à ꝑma. Sed ſi oēs ſunt medię nō datur prima. ergo re mouetur oīs cauſalitas, qđ eſt manifeſtę falſum. Et aduerte ꝙ Auic. in lib. 8. ſuę metaph. cap. 1. tenet eandē ꝯclōnē, quā ꝓbat ſicut & Ariſt. hic. Huic rōni potes addere aliam ſic. In cauſis eſſentialiter ſubordinatis una eſt prior alia & ꝑfectior alia. ſ. quæ dat uirtutem cauſandi. ſed in nulla multitudiue datur prius & perfectius, niſi in ordine ad unū primū & perfectiſſimū, ergo ſi debet ſeruari multitudo cauſarum eſſentialr̄ ſubordinatarum, neceſſe eſt inter eas aſſignari primam & perfectiſſimam. & ſic erit ſtatus.

Secunda ꝯcluſio. In cauſis accidentalit̄ ordinatis ſimul

exiſtentibus,non eſt proceſſus in infinitum,probatur. cũ ex.3.phyſic.impoſſibile ſit dari infinitum in actu,neceſſe eſt omnem multitudinem cauſarum ſimul exiſtentium eſſe finitam,ex conſequenti in ea dari duo extrema, inter quæ repugnat poſſe dari proceſſus in infinitum.

Tertia concluſio.In cauſis accidẽtaliter ordinatis,quarum una ſuccedit alteri.Si generatio eſt ęterna, eſt proceſſus in infinitum,probatur.Si generatio eſt ęterna infiniti hoies geniti ſunt,ergo & infiniti generantes fuerunt. ergo nõ tot quin plures. ergo nõ eſt deuenire ad primum. ergo nõ eſt in illis ſtatus.ꝑterea ſi generatio eſt ęterna, infinitę reuolutiones cœli fuerũt,quæ ſunt cauſæ hoꝝ generabiliũ, ex ꝯſequenti non eſt aſſignabilis prima ergo &c.

Quantum ad tertium aduerte,ꝙ oĩa argumenta, quæ uidentur hr̃e aliquam apparentiam contra determinata, nihil cõcludunt contra primam ꝯcluſionem,& præcipue diuiſio continui,quę tendit in infinitum,& multiplicatio in numeris.Nam neceſſe eſt oẽs cauſas eſſentialiter ſubordinatas eſſe actu ſimul. & poſteriorem accipere uirtutem à priori.Iſtę autem conditiones non ſeruantur in diuiſione continui,& in multiplicatione numerorum. ut patet. Et propterea,hæc ꝯſequentia,nõ ualet. Eſt proceſſus in infinitũ in diuiſione cõtinui. & in multiplicatione numerorũ.ergo & in cauſis efficiẽtibus eſſentialiter ſubordinatis.

Tu inter omnia aduerte argm̃ quod ſolet fieri cõtra ſecundam cõcluſionem.Nam ſi generatio eſt ęterna, & anima humana eſt perpetua. & eſt forma hoĩs ſm eſſe. & plurificata ut plurificantur homines,uidetur impoſſibile euadere,quin ſit proceſſus in infinitum in cauſis accidentaliter ordinatis ſimul exiſtentibus, & ſi non ſecundũ totũ,tamen ſm nobiliorem partem,quæ eſt anima, & quæ fuit principium operandi in quolibet homine genito.

Rñ.Hoc argm̃ de infinitate animarum, pertractabitur à nobis in lib.12.quãdo inueſtigabitur ſi mundus eſt uel potuit eſſe ęternus.Pro nũc ꝯcedo ſtante generatione ęterna ꝙ ſm Ariſt. aĩæ ſunt infinitę ex parte unius extremi,

ex ꝯſequenti eſt proceſſus in infinitum in cauſis acciden‑taliter ordinatis, ſimul exiſtentibus in materialibus, & carentibus ſitu, nec id, eſt contra ſecundam concluſionem, qm̃ illa debet intelligi de cauſis corporeis habẽtibus ſitũ. Nec in 3. phy. probauit Ariſt. eſſe impoſſe dari infinitum actu, niſi in infinito quantitatiuo. ut ſuſtinebimus in lib. 12. Et aduerte quòd hic loquor de mente Ariſt. & non de mẽte b. Tho. qm̃ in 1. parte. q. 7. arti. 4. negat abſolute cõtra Auicen. poſſe dati. multitudinẽ infinitam actu. Quid autem reſponderet ad argm̃ de infinitate animarum, declarabitur in lib. 12. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ. 6. ſi eſt proceſſus infinitũ in cauſis mãlibus.

Vtroque aũt modo impoſſe eſt in infinitum ire. Tex. 7.

CIRCA hanc q. aduerte quòd cũ in generatione ſubſtãtiali, materia prima ſit ſubm̃, quæ ſm̃ ſe eſt una, & ſola, quantitate diuiditur, clarum eſt non eſſe proceſſum in infinitum in cauſa materiali prima, uerũ quia in omni generatione, ut manifeſtatur in lib. 9. ultra primam mãm aſſignatur materia ꝓxima, ex qua res fit, ut ignis ex aere, aer ex aqua, etc. & ſilr in mixtis, eo ꝙ ex. 2. de aĩa uniuſcuiuſq; actus fit in ꝓpria materia, ideo põt eſſe dubiũ, ſi eſt proceſſus in infinitum in cauſis materialibus ꝓximis. et quidẽ pħs in præſenti textu cito ſe expedit, ꝯcludens & probans pro parte negatiua. uerũ quia idem iudiciũ eſt eſſe proceſſum in infinitum in cauſis materialibus proximis, & generationẽ tendere in infinitum, ideo ut p̃ſens quæſitũ plene reſoluatur, uidendũ eſt ſi generationes rerũ corruptibiliũ tendunt in infinitũ, uel nõ.

Pro cuius reſolutione tria agenda ſunt. Primo præponentur quædam diſtinctiones. Secundo concluſiones reſponſiue. Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quãtum ad primũ ſit hęc prima diſtinctio. Generatio põt dici tendere in infinitũ duplr. Primo ſm̃ ſpẽm, ut. ſ. poſt unã ſpẽm generetur alia. & poſt illã alia. & ſic in infinitũ. Scđo ſm̃ indiuidua eiuſdẽ ſpẽi, puta in ſpecie hu‑

mana poſt Sortem generatur Plat. & poſt illum alius, & ſic i ifinitũ. Scđa ſit hæc. Generatio ſiue ſm ſpeciẽ, ſiue ſm indiuiduum poteſt imaginari fieri duplr. Primo ſm rectũ .i. ꝙ poſt unũ generetur aliud in infinitũ. & nunquã fiat reuerſio ad prius genitũ iterũ generandũ. Secundo ſm circuitum .i. ꝙ poſt unũ generetur aliud in infinitum, ita tamen, ꝙ fiat reuerſio ad ſpẽm prius genitã iterum generãdam ꝑ conſimilia indiuidua, uel ad indiuiduum prius genitum & corruptum de nouo generandum.

Quantum ad ſecundum aduerte quattuor cõcluſiones reſponſiuas.

Prima ꝯcluſio. ſtante gñatione ęterna. In gñatione ſm ſpeciẽ nõ eſt ꝓceſſus i infinitum ſm rectum ſed ſm circulum. Prima pars ſic probatur. ſi eſſet proceſſus i infinitum ſm rectum, ſpecies rerũ generabilium nõ eſsẽt i numero certo, ex ꝯſequẽti nõ daretur ꝑma & ultima, qđ ẽ falsũ, ꝯſequentia patet, qm̃ ſi daretur prima & ultima, eſſet ſtatus in rectum, poſtquam genita eſset ultima, cum poſt ultimam non detur ulterior generanda. falſitas autem con ſequentis probatur, qm̃ ſi in hmõi naturis ſpecificis non datur prima & ultima, cum una ſit ꝑfectior altera eſſentialiter, quæcunq; aſſignetur puta formica, habet ſupra ſe infinitas ꝑfectiones ſpecificas, cum ſm te non ſit deuenire ad primam, hoc autem eſt impoſſibile, qm̃ cum tota multitudo ſpẽrum generabiliũ, ſub determinatis generibꝰ ꝯtineatur, neceſſe eſt, ut dicat limitatam ꝑfectionẽ ergo &c.

Secunda pars euidens eſt, ſuppoſito ꝙ ſic gñatio ęterna, nã datu caſu, quòd hodie ſit genita infinita ſpecies, puta in elementis ſit terra, ſi debet continuari generatio inter elementa, cum poſt terrã non ſit aliud inferius elementum, neceſſe eſt fieri regreſſum àd generationem alterius elementi, puta quòd ex terra generetur aer.

Scđa concluſio. In gñatione indiuiduorũ ſub eadẽ ſpecie, ſi gñatio eſt ęterna, non eſt proceſſus in infinitũ ſm circulum, ſed ſm rectum. Prima pars probatur, ſi eſſet ꝓceſſus ſm circulum, ergo idem numero prius corruptum, ite

rũ generaretur,quod eſt impoſſibile.ut habetur in 2. lib. de generatione,in textu ultimo.& id eſſe penitus impoſſibile agenti naturali,nos manifeſtauimus in eodem lib.in qõne ulti.2.pars euidẽs eſt,qm̃ hæc duo repugnant. Gñatio hominis eſt eterna. & generatur ultimum indiuiduũ ſub ſpecie humana,ultra quod non generatur aliud.

Tertia concluſio.In cauſis materialibus proximis, ſm generationem ęternam indiuiduorum,ſub eadem ſpecie in rectũ eſt proceſſus i infinitũ,probatur,ſi gñatio indiuiduorũ eiuſdem ſpẽi eſt ęterna,eſt ꝓceſſus in infinitũ iformis idiuidualibus.qm̃ q̃libet ſignata gñatio terminatur ad ſingularẽ formam,ſi eſt proceſſus i infinitũ informis idiuidualibus,eſt etiã ꝓceſſus i ꝓximis,& ꝓprijs materijs, qm̃ ex.2.de anĩma tex.27.uniuſcuiuſq; actus i ꝓpria materia aptus eſt fieri,ex hoc tñ nullum ſequitur inconueniens,ſicut nec ex proceſſu in infinitũ cãrum efficientium accidentaliter ordinatarum,non ſimul exiſtentiũ,Nam ſicut indiuidua eiuſdem ſpeciei tendentia in infinitũ,ſi mũdus eſt ęternus nõ ſunt omnia ſimul actu, ſic nec eoꝝ formæ,nec eorum proprię materiæ,ſed ſucceſſiue ponuntur. ſicut ſucceſſiue generantur indiuidua.

Quarta concluſio.In cauſis materialibus proprijs ſm generationẽ ſpeciei,nõ eſt proceſſus in infinitũ , probatur cũ ſpecies generabilium ut dictum eſt in prima concluſione,ſint in numero determinato,datur prima & ultima, ergo datur prima materia ꝓxima ꝓmæ ſpeciei , puta ignis. & ultima materia proxima ultimę ſpeciei,pura terræ.Sed prima & ultima repugnat proceſſu in infinitũ.ergo etc.et aduerte ꝙ intentio pħi negantis proceſſum in infinitum in cauſis materialibus,eſt loqui ad ſenſum huius quartę concluſionis,ſicut & manifeſtę innuit in text.7.ubi pro fundamento habet , ꝙ inter generabilia & corruptibilia fit reflexio,nam ex igne generatur aer,ex aere aqua,& ecõuerſo & hoc iuxta ſcđm modum,illic aſſignatum ab Ariſtotile,quo unum fit ex alio.ut declarauimus in noſtra epitomate in ſecundo lib.Metaphyſicæ.

Quantum ad tertium aduerte duo argumenta, q̃ uidentur habere aliqualem apparentiam contra determinata.

Primum eſt, non datur materia proxima alicuius ſpeciei, nec alicuius indiuidui, ſine quantitate continua, aliter eſſet indiſtincta à materia cuiuſcunq; alterius ſpeciei, ſiue indiuidui, ſed in quãtitate continua eſt proceſſus ſ̃m diuiſionem in infinitum, cum ſit diuiſibilis in infinitum. ergo & in mã eſt proceſſus ſ̃m diuiſionem in infinitum.

Reſpondeo. Hoc argm̃ primo peccat in minori, licet.n. quantitas continua ut continua ſit diuiſibilis in infinitũ, non tamen ut eſt in materia proxima naturali, qm̃ ut probauimus in 1. phyſi. datur maximum & minimum in naturalibus, ſecundo dico, ꝙ concludit pro tertia concluſione, ſi quid concludit, nec ex hoc ſequitur aliquod inconueniens. qm̃ huiuſmodi proceſſus in infinitum ſ̃m diuiſionem, non ponit omnes partes ſimul exiſtentes actu.

Secundum eſt. In quolibet infinito eſt proceſſus in infinitum. qm̃ infinitum eſt in quo eſt accipere partem poſt partem, in infinitum, ex 3. phyſi. Sed materia eſt infinita ſ̃m ph̃m in hoc 2. li. in tex. 12. ergo in materia, & per conſequens in cauſa materiali eſt proceſſus in infinitum.

Reſpondeo. Maior non eſt uera, niſi de infinito quantitatiuo, uel perfectionali. ut ſi eſſet corpus infinitũ. uel calor infinitus. & qm̃ materia non eſt infinita quantitatiue, nec perfectionaliter. ſed tantum negatiue ad hunc ſenſum, ꝙ ex ſe non habet aliquod eſſe determinatum, cum non habeat aliquam determinatam formam, ideo argm̃ nihil concludit. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio 7. ſi eſt proceſſus in infinitum in cauſis formalibus.

Sed nec quod quid erat eſſe, conuenit reduci ad aliquam diffinitionem multiplicantem rationem. Tex. 10.

CIRCA hanc quæſtionem aduerte ꝙ ſolet ſub duplici titulo tractari. Primo ſi eſt proceſſus in infinitum in cauſis formalib. i. in formis & naturis ſpeci

ficis,ita ꝙ ultra quamcunq; ſpeciem productam,produci poſſint aliæ ſine fine.& meo iudicio non eſt hic locus ta= lis quæſiti,ſed potius in 3.phy.ubi q̃rendum eſt,an detur infinitum ſecundum multitudinem. & apud theologum in 1.ſen.di.43.quęri ſolet,ſi Deus producere poteſt ſpecies reꝝ in infinitum,ſecũdo ſolet moueri ſub tali titulo, ſi eſt proceſſus in infinitum in cauſis formalibus, aſcendẽdo à minus communi ad magis commune,ſine fine,in linea p̃ dicamentali,quæ ſolẽt eſſe partes diffõnis.& hæc uidetur eſſe mens p̃hi in præſenti loco.ut patet in tex.11. qui iudi cat idem eſſe iudicium de proceſſu prædicaroꝝ eſſentialiũ. in infinitum,&de proceſſu cauſarum formalium.Ponens autem ſtatum in prædicatis eſſentialibus,ponit ſtatum in cauſis formalibus. unde Commenta. in commen.10.in= quit ſi apparuerit ꝙ natura diffinitionum ſit finita.i. ꝙ conſtet ex finitis prædicatis quidditatiuis. neceſſariũ erit ut ita ſit informis.Pro determinatione igitur pręſentis q̃= ſiti,duo agenda ſunt.Primo probandum eſt. ꝙ ſit ſtatus in prædicatis quidditatiuis in linea p̃ntali aſcendendo & deſcendendo,ex conſequenti in cauſis formalibus, unum quodq;.n.prædicatum eſſentiale, ab aliqua forma ſumi= tur.Secundo, ſoluentur quædam dubia.

Quantũ ad primũ aduerte ꝙ p̃hs in textu ꝓbat ꝓpoſi tum, quattuor rationibus,quas iam formauimus in nr̃a epito.in 2.metaph.&ne fiat inutilis repetitio,uide tu illic.

Quantum ad ſecundum,aduerte tria dubia,quę uiden tur pugnare contra determinationem præſentem.

Primum eſt,ſi idem eſt procedere in infinitum in præ= dicatis eſſentialibus.& in formis, ergo uidetur ꝙ in eodẽ multiplicantur formæ,ſicut multiplicantur prædicata eſ= ſentialia,ex conſequenti in homine tot ſunt formæ, quot prædicata generica,& differentię uerificantur de eo,quod tamen in uia noſtra non eſt concedendum. quoniam te= nemus tantum unam formam in uno compoſito.

Reſpõdeo.Iãdunus in 2.metaph.q.9. credit hoc argm̃ concludere.& dicit ꝙ ſi formæ genericæ,puta, corporeũ

animatum ſenſitiuum,& forma differentiæ,puta rationa le non different realiter, demonſtratio Ariſt. non ualeret probat.n.finitatem in diuerſis formis, per finitatem in di uerſis prædicatis diffinitiuis.Et confirmat propoſitũ ſuũ per Comment.& Linconien.Dicit.n.Commen.in 2.phy. Comm. 28. ꝙ genus dicit formam magis generalem. & dfia formam magis ſpecialem,& Linconienſis dicit in 1. poſt.ꝙgenus eſt forma mãlis.uel mã formalis.Sed ſi tex. pħi bene conſideretur non poteſt Iandunus ex eo conclu dere intentum ſuum. Vnde aduerte ꝙ dupliciter exponi tur primo à b.Tho.exponente. & intendit ꝙ eſt uerum, diuerſa prędicata quidditatiua ſumi à diuerſis formis,nõ quæ ſint in eodem diffinito cum una forma poſſit largiri multos gradus eſſendi eidem compoſito. ut patet de ani ma humana,quæ dat eſſe corporeum, uegetabile, ſenſiti uum,intellectuale,ſed quæ inueniuntur ſeparatim in re nature.eſt.n.aliqua forma, quæ non eſt forma corporis, ut intelligentia uel intellectus,& ab ea ſumitur hoc præ dicatum incorporeum, & eſt alia forma. quæ eſt forma corporis,ſed non animati.& ab ea ſumitur hoc prædica tum corporeum,& eſt alia forma,quę eſt forma corporis animati,ſed non ſenſitiui,& ab ea ſumitur animatum, ſi ue uegetatiuum,& ſic deſcende uſq; ad ſpecialiſſima.

Secũdo exponitur à Gregorio de Arimino in 2.ſent.di. 16.& 17.q.2.ad quartum,qui uult dictum pħi debere in telligi ſub hac cõditionali, ſi eſt ꝓcedere in infinitum in formis,eſt etiam ꝓcedere in infinitũ in prędicatis quiddi tatiuis & diffinitiuis, eo ꝙ à q̃libet forma ſumitur aliqđ p̃dicatum quidditatiuum.Sed non eſt ꝓceſſus in infinitũ in prædicatis quidditatiuis,aliter non complereretur diffõ, & oĩs ſciẽtia deſtrueretur,ut probat pħs in textu. Cũ hoc tamen ſtat,ꝙ non multiplicantur formę in eodẽ,ſ̃m mul tiplicationem prædicatorum quidditatiuoꝝ, eo ꝙ ab ea dẽ forma,poſſunt ſumi multa hmõi p̃dicata, prout dat di uerſos gradus eſſendi, ſicut patet de anima intellectiua, à q̃ ſumuntur,animatum ſenſitiuum,rationale, & hãc ex

poſitionem per conditionalem ut̄ inuere Cōm. in hoc 2. lib. Cōm. 10. cum dicit. Quòd ſi apparuerit, ꝙ nā diffōnū ſit finita, neceſſario erit ut ita ſit de formis. Ex his patet, ꝯſequentiam factam à Ianduno nihil ualere, ſtat. n. ꝙ per finitatem prædicatoꝝ quidditatiuoꝝ demonſtret p̄hs finitatem informis, & ꝙ diuerſa prædicata ſumantur à diuerſis formis, non tamen quodlibet prædicatum à diſtincta forma, præcipue quando una forma dat eidē multos gradus eſſendi. Ad dictum Cōment. in 2. phyſi. dico ꝙ ſic debet intelligi, genus dicit formam generalem .i. ſumitur à forma, ut dat gradum eſſendi magis cōem. Dr̄ia autem dicit formam magis ſpecialem .i. ſumitur ab illa forma. ut dat gradum eſſendi, minus cōem. Puta ab anima humana, ut dat eſſe ſenſitiuum, ſumitur animal, ut dat eſſe intellectiuum, ſumitur rationale. Ad dictum Linconien. dico ꝙ per formam materialem, intendit formam ut dat eſſe genericum, ut quoddam imperfectum & potentiale, ſicut enim materia perficitur per formam, ſic eſſe genericū perficitur & determinatur per eſſe ſpecificum, & tamen utrunque eſſe eſt ab eadem forma. Quare &c.

Secundum dubium eſt, quia ſtante finitate prædicatoꝝ diffinitiuoꝝ, adhuc poteſt probari proceſſus in infinitum informis, nam ſumpta ſpecie humana, & ſuppoſito ꝙ generatio ſit æterna, conſtat ꝙ indiuidua humana ꝓcedunt in infinitum, ergo & materia ſua propria, & forma ſua, q̄ eſt aīa humana, quæ ſm̄ uiam nr̄am eſt forma dans eſſe.

Reſpondeo. Non eſt intentio p̄hi in hoc loco, negare proceſſum in infinitum informis indiuidualib⁹, ſicut nec negare proceſſum in infinitum in cauſis efficientib⁹ eiuſdem ſpeciei, ſtante generatione ęterna, ſed intendit de formis, quaꝝ una eſt ſuperior ad alteram, ſicut forma corporis, anima uegetatiua, anima ſenſitiua &c. nam hmōi formæ uidentur eſſe per ſe ordinate ſm̄ magis cōmune, ex cōſequenti neceſſe eſt deuenire ad primam. Argumentum igitur nihil concludit contra determinationem factam.

Tertium dubiū eſt. Quia in numeris eſt ꝓceſſus in infinitum

finitum per appoſitionem, ſicut in continuo per diuiſio-nem, ſiue ſubtractionem ex 3. phyſi. tex. 34. ſed numeri ſunt formæ, ut communiter tenetur. ergo etc.

Reſpondeo. Iãdunus in 2. metaph. q. 9. ut ſolueret hoc argm̃, dixit omnes numeros eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſ-ſime, & diſtingui ſolo numero abinuicem, ſicut linea ma-ior & linea minor diſtinguuntur ſolo numero, & ſicut eſt proceſſus in infinitum in formis indiuidualibus eiuſdem ſpeciei, ſtante generatione æterna, ita non inconuenit, in numeris eſſe proceſſum in infinitũ. Quòd aũt oẽs numeri ſint eiuſdẽ ſpeciei. Iandunus declarat. per Cõm. in 8. lib. metaph. Cõm. 10. ubi Cõm. dicit. Quemãdmodũ quãdo alicui numero additur unum, aut ab eo diminuitur unũ, transfertur ad aliam naturã numeri &c. Sed ſi Iãdunus recte ꝯſideraſſet, hoc dictũ eſt contra ſeipſum, nam ſi nu-merus aliquo addito, puta duo, transfertur ad aliã nãm, puta ad tria, neceſſe eſt, duo & tria eſſe diſtincta ſpecie, nã quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſunt eiuſdem naturæ, & non al-terius, & alterius. Dñr. n. duo indiuidua diſtingui nã, cũ tamen ſint eiuſdem nãæ formaliter. & præterea in lib. 8. quando quæretur de forma numeri, manifeſtabitur diſtõ ſpecifica inter numeros. Reſpondeo ergo aliter & cõcedo numerus eſſe formas. & differre ſpecie. & in eis eſſe ꝓceſ-ſum in infinitum. Sed nego hanc conſequentiam. ergo in cauſis formalibus, quaꝝ una eſt ſuperior ad alterã. & à q-bus ſumuntur ꝑdicata quidditatiuą diffinitiua, eſt ꝓceſ-ſus in infinitum. Nam ut diximus in qõne, in hoc ſenſu ꝓ prie loquitur Ariſt. & ſi dicas, ꝙ in per ſe ordinatis nõ eſt proceſſus in infinitum, numeri autem uidentur per ſe or-dinati, qm̃ conſequenter ſe habent ergo &c. Dico ꝙ per ſe ordinata ſunt in triplici drĩa. Quædam ſunt per ſe ordina ta ſecundum cauſalitatem, de quibus pertractauimus in quinta qõne huius libri. Quædam ſunt per ſe ordinata, ſe cundum perfectionem, eo ꝙ non ſunt reperibilia duo æq̃ lis perfectionis formaliter, ſed ſequens excedit ꝑcedens in aliquo gradu ꝑfectiõis eſſentialis, quo modo ſe habẽt ſpe

cies uniuerſi. Quædam ſunt per ſe ordinata, ſecundum prius & poſterius.ut patet in numeris,& in figuris, & in partibus temporis.Modo dico ꝙ illa propoſitio. In per ſe ordinatis non eſt proceſſus in infinitum, non uerificatur uniuerſaliter,niſi in primo ſenſu, nam non eſt negandus omnibꝰ modis proceſſus in infinitum,in numeris, nec in figuris,nec in partibus temporis. In iſtis.n.non eſt ordo ſecundum magis & minus commune, in linea prædicamentali, ſecundum quem ſupra negauimus ad mentem philoſophi proceſſum in infinitum,in cauſis formalibus. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Non eſt autem neceſſe quærere. Si ſic proceſſus in infinitum in cauſis finalibus, quoniam cum finis habeat rationem ultimi. Quicunque concedunt cauſam finalem, coacti ſunt,ſtatim negare proceſſum in infinitum.Vltimũ enim repugnat infinito.

Expliciunt quæſtiones ſuper ſecundum librum metaphy. Frat.Chryſoſtomi Iauelli Canapicij ord.præd.

Incipiunt quæſtiones eiuſdem ſuper tertium librum metaphyſicæ.

QVONIAM tertius liber eſt,diſputauimus,& nos in noſtro epitomate formauimus dubia,illic mota ab Ariſt.& argumentati ſumus ad partes in quolibet dubio per rationes phi.& determinauimus quid tenẽdum in uia Ariſt.& ſoluimus rationes adductas,quæ ſoluende erant. Nunc tantum tria ſuperſunt dubia, quæ in præſenti diſcutienda ſunt.

1 *Si in mathematicis eſt cauſa efficiens & finalis.*
2 *Si genus prædicatur de ſua differentia prædicatione per ſe.*
3 *Si propoſitio per ſe,conuertitur in propoſitionem per ſe.*

QVAESTIO PRIMA.

SI IN MATHEMATICIS EST CAV SA EFFICIENS, ET FINALIS.

VNDE IN MATHEMATICIS PER HANC, nihil oſtenditur cauſam ſcilicet efficien- tem & finalem. Textu 3.

CIRCA hanc quæſtionem aduerte, ꝙ Ant.And.in 3.lib.metaph.q.1. pertra- ctans hoc quæſitum præponit plures diſtĩones, ex quibus multas elicit cõclu ſiones,ac ſi propoſitio p̃hi multis indi- geret limitationib. ut poſſit uerificari. Sed conſiderata intentione p̃hi,propo- ſitio ſua,unica diſtinctione,fiet euidẽs. ut igitur quæſitum reſoluatur, tria age mus. Primo ponitur unica diſtinctio. Secundo duæ con cluſiones. Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad primum aduerte ꝙ mathematica dupli- citer conſiderari poſſunt, primo ut res ſunt, ſiue ſeparate ſm̄ eſſe à materia ſenſibili, more pitagoricorum, ſiue po- nantur exiſtentes in rebus naturalibus,ut termini earum, ſecundo ut ſunt ſubiectum ſcientiæ mathematicæ, in qua conſiderantur ſm̄ ſuam rationem formalem. ut linea in- quantum eſt longitudo,ſine latitudine. & circulus eſt fi- gura,in qua principium & finis idem ſunt &c.

Quantum ad ſecundum aduerte duas ꝯcluſiones, ꝑma eſt.Mathematica iuxta primum membrum diſtõnis ha- bent efficiens,& bonum,& finem,efficiẽs quidem, qm̄ ꝓ- ducẽs lapidem,producit ꝯñr figuram,ſuperficiem,corpo- reitatem,ut unitatem quantitatiuam lapidis,bonum aũt, qm̄ ut ſic, ſunt entia realia actu perfectiua rei nãlis, ergo bona,finem uero,quoniam producuntur ut diſtinguant,

& terminent & compleant res nãles quibus inſunt. Sed aduerte, ꝙ in hoc ſenſu non conſiderantur hic à pħo. Talis.n.conſideratio eſt phyſici, unde Ariſt. dixit in 2. phyſ. ꝙ phyſicus conſiderat mathematica, ut terminos reꝝ naturalium. Secunda concluſio, in mathematicis conſideratis, iuxta ſecundum membrũ diſtõnis, non eſt efficiẽs, nec bonum, nec finis. Qm̃ cum abſtrahãt ut ſic à materia ſenſibili ſm rõnem. & per conſequẽs à motu phyſico, abſtrahunt etiam ab efficiente phyſico, quod eſt principium unde motus ex 2. phyſ. Dixi notanter à motu phyſico. ut nõ excludam motum diſcurſiuũ intellꝰ, à principijs ad concluſionem. Hoc.n. utuntur omnes ſcientiæ. & principium mathematicum eſt cauſa efficiens notitiæ concluſionis. Quòd aũt in eis ſic conſideratis, non ſit bonum, nec finis; patet ex hoc, ꝙ abſtrahũt à motu. Quodlibet.n. bonum phyſicum, ſimiliter & finis acquiruntur per motum, unde habent rõnẽ termini motus. ubi ergo non eſt motus, non eſt efficiens phyſicũ, nec bonum phyſicũ, nec finis phyſicus, ſed in mathematicis ut ꝯſiderantur à mathematico, non eſt motus, ergo &c. & aduerte ꝙ ſub hac intentione conſiderantur hic à pħo. Qđ patet ex eo ꝙ inquit. unde in mathematicis. per hãc nihil oſtenditur cãm. per ly oſtẽditur intendit, ꝓut conſiderantur à mathematico, non.n. conſiderat ſi triangulus eſt melior quadrato, nec in qua mã, nec à quo, nec ꝑꝑ quid ſit triangulus. ſed conſiderat ſolam rationem eius formalem, per quam demõſtrat paſſiones eius, ſm eſſe quidditatiuum & non alia ratione.

Quantum ad tertium, aduerte duo dubia, cõtra ꝑdictã determinationem. Primum eſt, quia dicit pħs in immobilibus nõ eſſe motũ, nec principium motus. i. mouens ſiue efficiens nec boni nãm, hæc autem uidentur eſſe falſa. qm̃ apud pħm in intelligentijs & in prima cauſa. quæ dicuntur entia immobilia eſt motus. qm̃ mouent corpora cœleſtia. & eſt finis. qm̃ non per accidens, ſed ex intẽtione moueat, aliter non eſſent prima mouentia, & per conſequens in eis eſt bonum. quoniam finis & appetibile & bo-

num idem eſſe uidentur. Quòd autem in eis ſit efficiẽs, patet quoniam ſunt prima agentia, & prima productiua rerum inferiorum, per motum cœli, ergo &c.

Reſpondeo dupl'r. Primo ꝙ pħs hic nõ loquitur abſolute & uniuerſaliter de immobilibus, ſed de immobilibus mathematicis, ut patet per Commenta. ibidem in cõmẽt. 3. ubi ſic inquit. In rebus immobilib⁹ non debet quis quærere cauſam mouentẽ, & intendebat mathematica, qm̃ licet ſint in re mota, tamen non mouentur niſi accidentaliter hæc ille. Dico ſecundo ꝙ etiam extẽdendo immobilia ad metaphyſicalia, propoſito pħi poteſt eſſe uera, i hoc ſenſu. ꝙ non eſt in eis motus ſubiectiuę, nec terminatiuę, ſed tantum cauſatiuę. Item nõ eſt in eis bonum, nec finis, qui. ſ. ſit productus per motũ, ſicut producitur ſanitas p ſanationẽ. Hmõi enim diuina entia ut declarabitur in libr. 12. intraſmutabilia, inalterabilia et impaſſibilia ſunt & de tali bona, ac fine intendit hic pħs. Dicit. n. finis aũt & cui⁹ cauſa. actus cuiuſdã eſt finis. Sed actus omnis cum motu etc, Cum hoc tamen ſtat. ꝙ intelligentiæ ſuo motu attingant finẽ iam præexiſtentem. i. primam cauſam, ut declarabitur in lib. 12. ſimiliter non poteſt dici, ꝙ intelligentię habeant ꝓprie efficiens, quoniam efficiens proprie eſt illud, quod extrahit aliquid de potentia ad actum, & id ꝓprie reperitur in naturalibus corruptibilib⁹ quæ ex eſſe in potentia prodeunt per tranſmutationem phyſicam ineſſe actu, cum hoc tamen ſtat, ut declarabitur in libro. 12. qđ habeant uerum agens & uerũ producens, à quo ſine motu acquirunt eſſe incorruptibile.

Secundum dubium eſt, qm̃ dicit pħs hic, ꝙ in immobilibus. ſ. mathematicis, ſicut non contingit eſſe principiũ motus, ſic nec aliquid eſſe autoagaton. i. ipſum bonũ. Hoc aũt uidetur falſum, qm̃ in eis ſunt proportiones, & cõmenſurationes, & ordo, & figuræ, & hæc omnia uidentur eſſe bona, unde & in lib. 12. Ariſto, conſtituet bonum intrinſecũ uniuerſi in ordine, ſicut in exercitu. ergo etc.

Rñdeo, ibi committitur fallacia accidentis, ſic arguen

do ſcientia mathematica conſiderat proportiones, commenſurationes,& ordines figurarum,ac numerorum, & hæc ſunt bona.ergo conſiderat bona. Hoc inquam,non ſequitur,quoniam licet in ſe ſint bona, non tamen conſiderantur in mathematica,ſub ratione boni,ſed ſub ratione entis, & inquantum ſunt proprietates quantitatis continue,aut diſcrete, unde Ariſtotiles in hoc 3.lib.in tex.3. inquit Mathematicas uero nullam de bonis aut malis rationem facere. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.2.ſi genus prædicatur de ſua differentia prædicatione per ſe.
Impoſſibile autem prædicari,aut ſpecies generis de proprijs differentijs, aut genus ſine ſuis ſpeciebus. Textu 10.

CIRCA hanc quæſtionem tria agenda ſunt.Primo ptractabitur opinio b.Tho.cui ꝯcordat Ant. Andr. Secundo pertractabitur opinio Ianduni, qui tenet oppoſitum.Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quãtum ad primũ aduerte ꝙ b.Tho. exponens textũ pſentem,tenet partem negatiuam,& adducit unicam rõnẽ, quæ ſtat in hoc.Genus non prædicatur de dña primo modo per ſe. nec ſecundo modo. ergo non prædicatur per ſe,Conſtat.n.ꝙ non tertio nec quarto modo.Antecedens probatur. Genus non ponitur in diffinitione dñæ. quoniam ex quarto topicorum, dña non participat genus. ergo non prædicatur de differentia in primo modo per ſe,nec dña ponitur in diffinitione generis,alr in quocũque reperiretur genus,inueniretur & dña, quod patet eſſe falſum. non.n.in quocunque eſt animal,in eo eſt rationale.ergo genus nõ prædicatur in ſecũdo modo per ſe de differentia.Eſt.n.ſecundus modus per ſe,quãdo ſubiectum eſt de ratione prædicati b.Tho. concordat Anton. And.in 3.metaph.q.2.ubi inquit. Genus non prędicatur per ſe de differentia, quod patet per Auicen.in 5.metaph. dicentẽ,ꝙ licet genus & differẽtia prædicentur de toto.i.

de ſpecie, non tamē ſignificat totum p̄ ſe,ſed genus ſignificat materiale,differentia autem formale,utrunq; autem ſignificat partem ſpeciei,per modum totius.& ſicut materiale eſt extra formale.ſic conceptus generis eſt extra conceptum differentiæ,patet ergo,ꝙ non prædicatur p̄ ſe primo modo de differentia.Quòd autem non prædicetur p̄ ſe ſecundo modo,uidetur omnibus clarum,conſtat.n.genus non eſſe proprietatem,nec habere nomen proprietatis,reſpectu differentiæ.

Tu tamen aduerte,ꝙ Ariſto.in.6.Topicorum, adducit aliam rōnem,& ſtat in hoc, ſi animal genus prædicatur per ſe de differentia,ergo unum animal,puta homo eſſet plura aīalia,quod eſt falſum,ꝯſequētia probatur. Animal quod ſm te includitnr in conceptu rationalis,aut eſt idē cum eo,quod includitur in cōceptu ſpeciei,aut nō eſt idē, ſi idem,ergo eſt nugatio dicendo homo eſt animal rōnale, nā ſi idem animal,quod prædicatur ut genus de homine,includitur diffinitiuę in rationalis.idē bis inutilit̄ repetitur,ſi non eſt idem,habetur intentum,nā homo eſt animal.& eſt illud animal,quod includitur in rōnali.& hoc nō eſt idem cū primo,ergo idem homo erit multa aialia.

Qnantum ad ſecundum aduerte ꝙ Iandunus in 3.metaph.q.12.tenet partem affirmatiuā & licet multipliciter arguat hæc tamen eſt principalis ratio ſua. Quod eſt aīal p̄ formā ſuā, eſt per ſe animal.Hæc eſt de mente p̄hi in li.5.cap.de per ſe,ubi ponit primum modum per ſe,eſſe quādo aliquid eſt tale per ſuam formam.Sed rationale eſt animal per formam ſuam.non.n.eſt animal per mām ſuam, ſed quia habet talem formā, puta aiam ſenſitiuā, ad quā ſequitur eſſe animal,ergo rationale per ſe eſt animal,& ſic genus per ſe prædicatur de differentia.

Sed quoniam p̄s in 3.metaph. & in 6.top. tenet oppoſitū,ideo ne uideatur negare p̄m,dicit ꝙ i 3.metaph. procedit mere diſputatiue,& non determinatiue,ideo rōnes ſuæ non ſunt cōcluſiue.et hoc innuit Comment. in 3. metaph.cōment.1. ubi inquit intēdit i hoc tractatu indu

cere ſermones diſputatiuos, qui affirmant, & deſtruunt idem, in omnibus quæſtionibus difficilibus huius ſcientiæ, hæc ille. Quod autem in topicis diſputatiue procedat patet, quoniam ex probabilibus, quæ non inferunt neceſſario alteram partem. Hæc eſt opinio Ianduni.

Sed ut rudis, laborat in equiuoco, de ly ꝑ ſe. Eſt.n. duplex. ſ. entitatiuũ, & prædicatiuum, alij dñt, logicum, & metaphyſicũ, eo ꝙ logicus prædicationes obſeruat, meta physicus aũt quidditates, per ſe quidem prædicatiuũ eſt, quando prædicatum eſt de ratione ſubiecti, uel ſubiectũ de ratione prædicati, per ſe autem entitatiuum eſt, quãdo res de ſe, & ſm ſuam naturam talis eſt, ſicut ſol per ſe eſt lucidus, luna autem nõ, ſed per alterum, & Deus per ſe bonus eſt, creata autem non per ſe, ſed per alterum, unde ly per ſe, uidetur coincidere cum ſm ſe, & per eſſentiam. Sed non inconuenit, aliquid eſſe per ſe tale entitatiue, & non prædicatiue, ut hic, Deus eſt per ſe pater, eo ꝙ paternitas diuina eſt eſſentia diuina, non tamen prædicatiue, uel formaliter eſt per ſe pater, qm̃ prædicatum non eſt de ratione ſubiecti, nec econuerſo, cum ſe habeant ut abſolutũ & reſpectiuum, ſic in propoſito. Hæc eſt per ſe entitatiue, rationale eſt animal non tamen prædicatiue propter rationem adductã a. b. Tho. Iandunus autem, non diſtinguit inter per ſe entitatiue, & per ſe prædicatiue, credit.n. oẽm prædicationem ſumptam à forma, eſſe per ſe prędicatiue. Quod non eſt uerum, niſi ly forma ſumatur, pro quod quid eſt, uel diffinitione, in quo ſenſu loquitur phs in lib. 5. in cap. de per ſe, inquit.n. uno quidem.n. modo, ſm ſe, quod quid erat eſſe unicuique, ut calias & quod quid erat eſſẽ caliam, id eſt calias, & diffinitio calię ſunt idẽ per ſe.

Tenemus ergo ꝙ licet hæc ſit identica, rõnale eſt aïal, tamẽ non eſt per ſe formaliter & ꝑdicatiue. & quãtum ad hoc dicimus, q; phs nõ diſputat in 3. metaph. ſed determinate ꝯcludit, nec obſtat dictũ Cõmenta. licet.n. ut in pluribus diſputet, tamen non inconuenit, quòd reſpectu alicuius ꝯcluſionis determinet, et aſſumat aliquas ꝓpoſitio

nes ſimpl'r ueras,ſicut in quęſtione præcedenti uiſum eſt. ꝙ in mathematicis nō eſt efficiẽs,nec bonū,nec finis,etc.

Pro ratione aūt adducta ex.6.topicoꝝ, quam conatur Iandunus declarare,ꝙ non ualeat, al'r per eandem rationem concluderetur,ꝙ animatum non prædicatur de homine,nam cum prædicetur de animali, ſi pdicatur de homine,homo erit unum animatū,& animal aliud animatum,ſi ratio phi concludit. Hoc aūt eſt falſum.ergo ratio philoſophi non ɔcludit.Pro hac inquam rōne,dicere poſſumus duo.Primo ꝙ ɔcluſio ſit de mēte philoſophi.ſ. Genus non pdicatur per ſe, de dria, & ad hanc quæſtionem aliqua ratio ſimpl'r uera adducitur.ſ. illa quā hic b.Tho. adduxit.Aliqua aūt tm̄ probabilis & apparens eſt.ut iſta, quæ adducta eſt ex.6.topicorum.Non.n.eſt neceſſe,oēm rōnem pro concluſione adductam,ſimpl'r concludere.Dico 2.ꝙ pōt ſuſtineri, rōnem illam ſimpl'r concludere. & quando inſtat Iandunus, ꝙ eadem rōne animatum non prædicaretur de homine,aliter hō eſſet multa animata dico,qđ quando prædicatur animal de hoīe, non prædicatur formaliter animatū de hoīe,uanū.n.eſt dicere, hō eſt animatum animal,uel animal animatum, eo ꝙ in ly animal,includitur aīatum. Inſtantia ergo Iāduni nulla eſt.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ quædam ſunt argumenta ſatis apparentia,contra determinationem factam.

Primū eſt. Rationale per ſe,eſt homo,homo per ſe eſt animal,ergo rationale per ſe eſt animal. Tenet argm̄ per regulam.Quando alterū de altero prædicatur &c. Quòd minor ſit uera patet,quoniam prædicatum eſt dę ratione ſubiecti. Quòd autem maior ſit per ſe,probatur. Hæc eſt per ſe,homo eſt rationalis,ut patet. ergo hæc eſt per ſe. Rationale eſt homo. Tenet conſequentia. quoniam ſicut propoſitio neceſſaria conuertitur in neceſſariam, pręcipue in terminis conuertibilibus ſic propoſitio per ſe, cōuertitur in propoſitionem per ſe.

Reſpōdeo,hic ſunt duo modi reſpōdendi,pmus eſt Anto.And.in 3.metaph.q.2.ad primum,ipſe negat hanc ſi

militudine. Sicut neceſſaria conuertitur in neceſſariam, ſic per ſe, in per ſe. & ratio eſt, qm̄ ad ꝓpoſitionem neceſſariā ſufficit neceſſario connexio terminorum, dato ꝙ unū ex tremū non ſit de ratione alterius. Ad per ſe autem prędica tiuum & in primo modo, de quo loquimur, quando quę rimus, ſi genus prædicatur per ſe de differentia, duo requi rūtur. ſ. neceſſaria connexio terminorū, & ꝙ prędicatū ſit de ratione ſubiecti. Conſtat aūt ꝙ dum hæc, homo eſt ra- tionalis, ꝯuertitur in iſtam, rationale eſt homo ſecunda non eſt per ſe, primo modo. & ideo per ſe non conuerti- tur in per ſe, ſaltem reſpectu eiuſdem modi. utrum autem reſpectu diuerſorum modorum dicemus in. q. ſequenti.

Secundus modus reſpondēdi clarior, eſt iſtę. Qua ratio ne rationale per ſe eſt homo, eadem ratione, rationale per ſe eſt aīal. Prima aūt eſt ꝑ ſe entitatiue, ſiue metaphyſicæ, ut declarauimus ſupra. & non eſt per ſe ꝑdicatiue, primo modo, de quo hic intēdimus, ſic iſta, rationale eſt aial, eſt ꝑ ſe eodem modo. Sed nihil ꝯcluditur, contra determina tionē, in qua intendimꝰ de per ſe primo modo ꝑdicatiue.

Secundum eſt tale. Homo per ſe eſt animal. Homo per ſe eſt rationalis. ergo rationale per ſe eſt animal.

Reſpondeo negatur argm̄. qm̄ ly per ſe in præmiſſis te netur prædicatiue, in ꝯclōne tenetur entitatiue, & quoniā non tenetur uniformiter in præmiſſis & in ꝯclōne, ideo negatur ſimilis modus arguendi, & ſi dicas. ꝙ in conclu ſione etiam tenetur prædicatiue. nego. quoniā non eſt ne ceſſe extrema comparata ad medium, hr̄e eandem habitu dinem, quam habent. quando comparantur adinuicē & econuerſo. ut patet hic. Homo neceſſario eſt aīal. Homo neceſſario eſt ſub̄a, ergo ſub̄a neceſſario eſt animal, non ſe qtur, qm̄ poteſt eſſe ſub̄a, remoto quocunqȝ animali.

Tertium eſt tale, ſi genus non prædicatur per ſe de dif- ferentia. ergo per accidens, qm̄ non datur medium, ſicut non datur mediū inter ens per ſe, & ens per accidens. Tūc ultra, ergo rationale & aīal faciunt unū per accidens, qđ eſt falſum, conſtituunt. n. ſpeciem, quæ eſt unum ꝑ ſe con

tra uero probatur.qm̃ ex.7.metaph. prædicatio per acci-dens ſit. quando accidens prædicatur de ſubiecto,aut ecõ uerſo, aut accidens de accidente. ſed in his omnibus fit unum per accidens. ergo &c.

Rñdeo,hic eſt duplex reſponſio. primo dr̃ ꝙ prædica-tio accidentalis fit duobus modis, primo qñ alterum eſt uerę accidens.& tunc ſemꝑ fit unũ per accñs,ſecundo qñ alterũ non eſt ueræ accidens,ſed eſt extra rõnem alterius, ut motus eſt actio,& tunc nõ fit unum per accñs. & talis ꝑdicatio eſt,qñ prędicatum licet ſit eiuſdem ꝑnti,cũ ſubo & ſit idem re,tñ non eſt diffinitiuum ſubiecti. & hic mo dus prædicationis ſeruatur inter genus, & dr̃iam. & ad-uerte ꝙ ibi ſemꝑ loquimur de primo modo ꝑ ſe.& de mõ accidentalis prædicationis,oppoſito primo modo per ſe.

Scđo dr̃ & breuius,qñ prædicatio eſt accidẽtalis, meta phyſica,q̃ requirit,ꝙ extrema ſint diuerſoꝝ ꝑntoꝝ, ſicut hõ & muſica fit unum per accñs,quando aũt ꝑdicatio eſt ꝑ ſe metaph.quæ eſt quãdo prædicatũ & ſubm ſunt eiuſ-dẽ ꝑnti,licet ſit ꝑdicatio accidẽtalis,logica,nõ fit unũ per accñs,ſic eſt in ꝓpoſito. qm̃ genus ꝑdicatur ꝑ ſe metaph. de drĩa, nõ ſeqtur ꝙ ex eis fiat unũ ꝑ accñs & aduerte ꝙ hęc rñſio eſt magis reſoluta.& ꝑ eã ſolues multa argumẽ ta.ſi tu noueris bñ applicare.Hęc de pñti q̃ſito dicta ſint.

Quæſtio.3.ſi propoſitio per ſe. conuertitur in propoſitionem per ſe.

CIRCA hanc qõnem aduerte ꝙ ꝓponitur ꝑꝑ re-ſpõſionẽ datam ꝑmo argõ.ꝑcedentis qõnis. Dixi mus.n.ꝙ licet hęc ſit ꝑ ſe entitatiue & ꝑdicatiue. hõ eſt rõnalis.hęc tñ nõ eſt ꝑ ſe ꝑdicatiue,rõnale eſt hõ. Hęc rñſio facit dubiũ,& vr̃ ꝙ tã ꝯuerſa q̃ ꝯuertẽs ſint ꝑ ſe ſm doctrinã ꝑhi in 1.poſter.Illic.n.uult pħs.ꝙ qñ ꝑdica tũ eſt de rõne ſubi.ſit ꝑmus modus ꝑ ſe.quãdo aũt ſubm eſt de rõne ꝑdicati,ſit ſcđs modus per ſe. Sed i iſta,hõ eſt rõnalis,ꝑdicatũ eſt de rõne ſubi, & in iſta,rõnale eſt hõ, ſubm ẽ de rõne ꝑdicati.ergo ꝑma eſt i ꝑmo mõ ꝑ ſe,& ſe

cunda in ſecundo,ex conſequēti per ſe cōuertitur in ꝑ ſe.

Hic inuenio duas opiniones.unam affirmatiuam, quorundā Thomiſtarum,Iſti dicunt.ꝙ licet cōuertens &cōuerſa,nō ſint per ſe,reſpectu eiuſdem modi.ne detur circulus in diffōnibus. tñ non inconuenit,reſpectu diuerſorū modoꝝ.ſ.primi et ſecundi. & ſuum principale fundamētū ſtat i rōne adducta,ex doctrina pħi in.1.poſte. limitāt tñ ſe dñtes,ꝙ tunc ſolū conuertitur ꝑ ſe, in ꝑ ſe,qñ ſubm et pdtum ſunt termini conuertibiles.vñ tenent ꝙ hęc non eſt ꝑ ſe. aĩal eſt hō. hæc aūt eſt ꝑ ſe,aĩal rōnale eſt hō. & ꝯfirmant opinionē ſuā, ex hoc ꝙ pħi & ꝑcipui doctores demōſtrātes,utūtur indifferētes ꝯuerſa et ꝯuertēte,ut ꝓpoſitionib' ꝑ ſe.Aſſumunt.n.iſtā,oēm intellectiuū eſt liberū.& ſuā ꝯuertentē.ſ.oē liberum eſt intellectiuū.& iſtam oē neceſſariū eſt æternū,& ecōuerſo.& iſtam oē generabile eſt corruptibile,& ecōuerſo.ergo ſignum eſt ꝙ & ꝯuerſa & conuertens ſunt ꝑ ſe,& ſic patet,ꝓpōnē per ſe, conuerti in ꝓpōnem per ſe.licet id non ſit uerū in oībus & ab hac ſnīa non uř diſſentire.Ant.and.in 3.metaph. q.2. ad primum,dicit.n.in fine rñſionis,ꝓpō ergo ꝑ ſe,nō neceſſario conuertitur in ꝑ ſe.Quaſi dicat licet cōtingat aliquā conuerti,non tamen eſt neceſſarium in omnibus,ut quādo termini non ſunt conuertibiles.

Alia opinio eſt quorundam Scotiſtarum,præcipue Antonij trōbetæ,in ſuis q̄onib' metaphyſicalibus,Hic tenet partem negatiuā abſolutæ,ita ꝙ ſm ipm,nulla ꝓpō ꝑ ſe conuertitur in ꝑ ſe,& fundat ſe ſuꝑ hoc.quòd ois ꝓpō ꝑ ſe eſt illa,cuius ꝑdicatum habet rationē formalē itrinſecā inhęrētiæ i ſubo.Quæcunq; aūt non dicit talē rationem formalē,eſt ꝓpō ꝑ accidens.& intēdit dicere ꝙ ois ꝓpō ꝑ ſe, habet cām intrinſecā in ſubo, ꝑ quā prędicatū ineſt ſubo.& hoc fundamentum dicit eſſe de mēte Scoti in 3. ſent.diſ.7.nec alr ꝓbat.Tūc arguit ſic.Cuiuſcūq; ꝓpōnis ꝑdicatū depēdet à ſubo,quantū ad rōnem formalē inhęrētię intrinſecā in ſubo, ſubm ipſius non pōt conſili depēdentia dependere à ꝑdicato.Hæc vř manifeſtare.qm non

datur circulus in dependentia in eodẽ gñe cãę. Patet.n.ꝙ forma depẽdet à mã,in gñe cãę mãlis. mã uero nõ depẽdet à forma,in eodẽ gñe.ſed in gñe cãę formalis. Sed ꝑdicatũ ꝓpõnis ꝑ ſe depẽdet à ſubo, ſm rõnem formalẽ inhærentiæ intrinſeca in in ſubo,qm̃ hæc eſt rõ ꝓpõnis per ſe.ergo econuerſo ſubm non põt dependere ſimili depẽdentia à prædicato.ergo per ſe non conuertitur in per ſe.

Sed hęc ſua ratio non eſt efficax.eo ꝙ ſuum fundamẽtum non eſt ueꝝ, nec poſitum ab Ariſt. Nõ .n. eſt neceſſe artare nos,ad dependẽtiam in genere cauſæ formalis.tm̃, ſed ſufficit prędicatum depẽdere à ſubo.uel in genere cauſæ formalis.ut in primo modo,uel in genere cãæ mãlis,ſiue effectiuæ,ut in ſecundo modo,ſubm.n.cã eſt paſſionis ſuæ ut mãlis.& ut efficiens,ut dicemus alſ. negamus igr̃ illam eſſe rõnem ſiue deſcriptionem ꝓpõnis per ſe,quę dr̃ eſſe Scoti.& dicimus cum Ariſt.ꝙ ad ꝓpõnem per ſe,ſufficit prædicatum eſſe de ratione ſubiecti, uel econuerſo.

Tenẽdum eſt ergo cum opinione prima in terminis cõuertibilib⁹ tm̃.& qm̃ genus & dr̃ia nõ ſunt cõuertibilia,iõ hæc nõ eſt ꝑ ſe,aĩal eſt rõnale, imo nec neceſſaria, ſtat.n. aĩal eſſe,& tamẽ rõnale nõ eſſe,ſilr hæc nõ eſt ꝑ ſe, rõnale eſt aĩal,qm̃ ut ꝓbauimus in q. ꝑcedẽti, nec prædicatũ eſt de ratione ſubiecti, nec ſubiectum eſt de ratione ꝑdicati.

Tu tamẽ aduerte,ꝙ alĩq ut uideatur qđ noui excogitaſſe,ꝯcedũt ſm modũ ꝑ ſe,ꝯuerti in primum modũ. ut ibi. Hõ eſt riſibilis,riſibile eſt hõ, prima eſt in ſecũdo modo, ſecũda aũt eſt ĩ ꝑmo modo. qm̃ ꝑdicatũ eſt de rõne ſubĩ: nolũt aũt ꝯcedere.primum modum poſſe ꝯuerti in ſcdm, eo ꝙ ꝑdicatum ſecundi modi:uel eſt paſſio.uel qđ habẽs modum paſſionis. Sed ꝯſtat ꝙ diffinitum nõ eſt paſſio, nec induit modum paſſionis. cum nõ prædicetur in q̃lę. & ꝓpea dicũt.ꝙ hæc nõ eſt in ſecũdo modo ꝑ ſe,aĩal rõnale eſt hõ.eo ꝙ prędicatũ nõ denoĩat,nec q̃lificat ſubm. & hæc opinio non uſ irrõnabilis,ueꝝ quia hæc,aĩal rõnale eſt homo.eſt neceſſaria,ex connexione terminoꝝ.& in ỹia Thomiſtica, ois neceſſaria uſ eſſe ꝑ ſe, licet non apud

Scotiſtas,ut uiſum eſt in q.præcedenti, in reſponſione ad primum,poſſumus dicere. propoſitiones ſecundi modi p ſe.eſſe in duplici dr̃ia.Quædam ſunt,in quibus ſub̃m eſt de ratione prædicati.& prædicatum denoiat ſub̃m,quale. ut ibi,homo eſt riſibilis.& iſtæ ſunt propriȩ.Quædã autẽ ſunt in quibus,licet ſub̃m ſit de rõne prædicati. tñ p̃dica= tum non denoiat ſub̃m,quale.ut ibi Aĩal rõnale eſt hõ.& iſtȩ ſunt improprie.Dicemus ergo, ꝙ ſecundus modus cõ uertitur in primum proprie.& primus in ſcd̃m, ſaltem im proprie.&hoc ſufficit.Hæc de præſenti quȩſito dicta ſint.

Expliciunt quæſtiones Frat. Chryſoſtomi Iauelli Canapicij ord. præd. in 3.lib. metaphyſicæ.

Incipiunt quȩſtiones eiuſdem,ſuper 4.librum.

Super quartum librum occurrunt infraſcripta quæſita diſcutienda.

1 *Si ens eſt uniuocum uel analogum.*
2 *Si ens habet ueras & proprias paſsiones.*
3 *Si paſsiones entis, ſunt idem cum ente.*
4 *Si paſsiones entis, ſunt conuertibiles cum ente.*
5 *Si ens prædicatur quidditatiuæ de paſsionibus ſuis, & de ultimis differentijs.*
6 *Quomodo ordinandæ ſunt paſsiones entis, ſecũdum prius & poſterius.*
7 *Si unum tranſcendens, quod eſt paſsio entis, eſt idem cum uno,quod eſt principium numeri.*
8 *Si ratio unius tranſcendentis, & unius numeralis eſt formaliter poſitiua.*
9 *Quòd ſit principium complexum ſimpliciter primum.*
10 *Si tale principium eſt cognoſcibile demonſtratione uel cognitione ſenſitiua.*

QVAESTIO PRIMA.

SI ENS EST VNIVOCVM, VEL ANALOGVM.

ENS MVLTIS MODIS DICITVR, SED ad unum &c. Tex. 2.

CIRCA hanc quæſtionem aduerte primo ꝙ Commenta. in hoc 4. lib. in commen. 2. expreſſę tenet, ipſum nõ eſſe uniuocum, nec ęquiuocum, ſed medium, ex conſequenti analogum, ſic. n. inquit, uult declarare, ꝗhoc nomen ens. non eſt ęquiuocum, ſi. n. eſſet æquiuocum, non conſideraret de eo, una ars, neq; dr̃ uniuoce, ut animal de homine & de aſino, ſed eſt de nominibus, q̃ dñr de rebus attributis eidem, & ſunt media inter uniuoca & ęquiuoca, hæc illę. Quare quid de hoc ſenſerit Cõmen. non eſt laborandum, nam & Cõmentiſtæ ꝑcipue Iandun. in 4. lib. Metaphy. tenent, de mente Cõment. ipſum non eſſe uniuocum ſed analogum, ſilr̃ ꝙ Scotus poſuerit ipſum uniuocũ, & qũo. ſ. metaphyſicum, & non phyſicum. patet per Ant. And. in 4. lib. metaphy. q. 1. ubi declarat, quid ſit uniuocatio phyſica, & logica, & metaphyſica, ſilr̃ manifeſtũ eſt, qđ b. Tho. tenet ipſum eſſe analogũ analogia, q̃ eſt unius ad alteꝝ, & non analogia quæ eſt plurium ad unum, qualis eſt analogia huius nõis ſanum, & hoc uidere poteris in Capreolo in 1. diſt. 2. q. 1. improbatione nonę ↄclõnis, & in rñſionib. argumentoꝝ, ↄtra eandem ↄclõnem, & in Paulo Soncinatæ in 4. metaph. q. 4. & in Thoma Caetano, ſuper de ente & eſſentia. Sed in his q̃ ꝑdicti ſcripſerunt nolo referendo immorari, uide tu ad placitũ, uolo aũt pro huius q̃ſiti euidẽtia, agere quinq;. primo, quid reqratur ad uniuocũ reale, ſecundo quid ad uniuocum logicum, tertio ponentur ali-

quæ concluſiones reſponſiuę, quarto oſtendam q, opinio Scoti non diſcordat in re, ab opinione b. Tho. quinto ſolsuentur argumenta Scoti, & maxime quæ uidebuntur repugnare contra determinationem, quam facturi ſumus.

Quantum ad primum aduerte, q, equiuocum reale requirit. 4. conditiones. Primo q, dicat unum cõceptum, ut comparatur ad ſua contenta, & prædicatur de eis. Quod quidem dico, qm̃ ſi aliquod cõe dicat unum conceptum quidditatiuum. ut ſe præciſe conſideratur, ut ſic non erit uniuocum formaliter, eo q ut poſſumus elicere ex pħo in antepñtis, uniuocum uniuocata reſpicit. Quod & declaratur per Simplicium ſuper pñta, qui inquit, eiuſmodi nomen. ſ. uniuocum quidem, de rebus principalr̃ p̃dicatur. & cõe & ꝓpriũ, uniuocè aũt p̃dicari, non ineſt principalr̃. ſed per talẽ, uel talẽ cõicatam rõnem. Quare qñ participãtibus non ſolum nomen, ſed & nã cõis eſt, talis eſt uniuocus ꝑticipationis modus. Ex his elicio, q ſi ꝯſideretur aĩal p̃ciſe in ſe, ut dicit unũ cõceptum, anteq̃ cõparetur ad ſua inferiora, nam eſt uniuocum, nec equiuocũ nec analogũ. Idem dico de ente, ſi in ſe p̃ciſæ conſideretur. ut dicit unũ conceptũ, puta, ens eſt, cui debetur eſſe & nõ comparetur ad ſubm & accñs, ad Deum & creaturam, in illa prima & abſoluta ꝯſideratione, non erit uniuocũ nec analogũ &c.

Sed dices, licet genus & ſpẽs poſſint in ſeipſis ꝯſiderari non reſpiciendo contenta, nõ tamen ens. qm̃ ſm Cõm. in 10. metaph. Cõm. 8. ens ſignat. x. pñta imediate ſignõne.

Sed ꝯtra. De quolibet poſſumus cõſiderare prius q, ſit ens, q̃ q, ſit tale ens, puta ſubã uel accidẽs. ergo i illo p̃ori ens dicit unũ conceptũ anteq̃ cõparetur ad ſua contẽta.

Præterea conceptus abſolutus prior eſt conceptu relatiuo. Sed conceptus entis in ſe eſt abſolutus, cum autem cõparatur ſuis contentis, fit relatiuus, reſpicit. n. inferiora, de quibus prædicatur, ergo poteſt haberi de ente unus conceptus, antequam comparetur ſuis inferioribus.

Præterea, ſi primũ quod cadit in nr̃o intellectu eſt ens, patet q, anteq̃ ſciam de aliquo, q, ſit ſubã uel accñs, prius

ſcio

ſcio ꝙ eſt ens, neſcirem autem ipſum eſſe ens, niſi in illo priori, habere conceptum entis.

Ad argm̃ ergo dico q̄ hoc non eſt contra Cõment. ſtat .n. q̄ ens ſignificet immediate, ſignato reali x. p̄nta, & q̄ anteq̄ comparē ip̄m x. p̄ntis, habeam de ipſo unum conceptum cõiſſimum, quē pono ſaluari in quolibet p̄nto, ex hoc aũt nolo inferre, q̄d ille ꝯceptus ſit quid reale, prius oĩ realitate p̄ntali. Sed q̄ iſte eſt ordo in intellectu, ut prius concipiat ens cõe in ſe, q̄ comparet ip̄m ſuis contentis. & in illo priori, ut dixi, non habet rõnem uniuoci, nec analogi, eo q̄ conſideratio in illo priori eſt abſoluta, conſideratio aũt uniuoci uel analogi eſt reſpectiua, ꝯcernuntur .n. inferiora, quibus nomen & rõ ſuperioris cõis attribuitur.

Secundo requiritur, q̄ uniuocũ participetur à ſuis cõtentis, ſ̃m unam rõnem, ita ꝙ rõ illius cõis in ſe ꝯſiderati, anteq̄ comparetur ſuis contentis, q̄n attribuitur eis, ſeruetur eadem in oĩbus ſuis contentis. & p̄ hoc differt uniuocũ ab ęquiuoco, quod reſpicit cõtenta ſ̃m diuerſas rõnes.

Tertio reqritur, q̄ illa rõ æque rep̄ñtet oĩa contenta, & ſine ordine, puta ꝙ rõ aĩalis quantũ ſit ex ſe, æq̄ ꝯueniat hoĩ & leoni, ita ꝙ in rõne aĩalis, unũ nõ ſit prius nec p̄fectius altero, licet adinuicē comparata, nõ incõueniat unũ eſſe prius uel p̄fectius altero, ut patet in ſpẽbus numeroꝝ. Sed hoc non impedit uniuocationē, alr̃ numerus nõ eſſet uniuocũ, dictum de ſpẽbus, nec aĩal dictum de hoĩe & aſino, ꝯſtat .n. hoĩem eſſe quid perfectius aſino. Item ꝙ rep̄ſentet oĩa de quib. dr̃ ſine ordine, puta ꝙ nõ rep̄ñtet unũ ut tale reſpicit alteꝝ. Hæc .n. eſt propria ratio analogi.

Quarto requiritur, ꝙ illa rõ æque cõueniat cõtentis, ut res ſunt, & hoc dico, q̄m in uniuoco logico, hæc ꝯdõ non reqritur, ut dicemus infra. Declaro aũt hanc ꝯdõnem ſic. Rõ aĩalitatis ꝯuenit hoĩ & leoni, ut res ſunt. q̄m uterq; ueræ nãm ſenſitiuã habet, æque aũt ꝯuenit. q̄m ſi Deus annihilaret nãm ſenſitiuam in hoĩe, non annihilaretur tota rõ aĩalitatis, adhuc .n. ſaluaretur ĩ leone, & ecõuerſo. & iõ aĩal eſt uniuocũ. Si aũt annihilato hoĩe, tota rõ aĩalitatis

deſtrueretur in leone & in alijs animalibus, non eſſet ani-mal uniuocum, ſed analogum.

Ex his ergo formo talē diffõnem de ꝓprijſſimo & reali uniuoco. Vniuocũ reale eſt illud, quod ut cõparatur ſuis uniuocatis inquantũ res ſunt, participatur ab illis ſm̃ eandem rõnem æque repñtantem unũquodq; eoꝝ. & ſine ordine unius ad alterum ut comparantur ſuo uniuoco.

Quantũ ad ſecundũ dico, ꝙ ad uniuocum logicũ req-ritur, prima, & ſcđa, & tertia, ꝯđõ, non aũt quarta. Nã re-mota oĩ ꝯuenientia reali, & ſeruato eodē modo ṗdicandi, adhuc ſtat uniuocatio logica, eo ꝙ logicꝰ nõ ꝯſiderat res, quo ad ſuas realitates, ſed ut ſtant ſub intẽtionib. ſecũdis, & quo ad modos ṗndi. Sic.n. ṗdicabilia, & res ṗntales ꝯſiderat. Et ꝙ ſeruetur uniuocatio logica, ſine ꝯueniẽtia rea-li ꝓbatur, nã dr̃ia ṗdicatur uniuocę de duabus dr̃ijs ſpecificis, & tñ cum ſint primo diuerſæ, in nullo reali ꝯueniunt ex lib. 10. metaph. Præterea. Qualitas ṗdicatur uniuocæ de prima & tertia ſpē qualitatis, & tñ in nullo reali ꝯue-niunt, eo ꝙ in ṗma, locantur qualitates ſpũales, in tertia aũt ſenſibiles, q̃ non cõicant cum illis. Præterea. Quãtitas ṗdicatur uniuocæ, de ꝯtinua & diſcreta. & tñ in nullo reali ꝯueniunt. Patet ergo, ꝙ quarta ꝯđõ non requiritur. Requiritur tñ tertia. ſ. ꝙ uniuocũ logicũ dicat unũ conceptũ cõuenientē æqualr̃ ſuis contentis, non tñ dr̃ijs, q̄bus ſua cõ-tenta abinuicem differũt. Nã cõceptus aialis conuenit hoĩ & leoni in primo modo ꝑ ſe, non aũt rõnali, & irrõnali. qm̃ ut determinauimus in 3. li. nec genus, nec ꝯceptus ge-neris ṗdicatur ꝑ ſe primo mõ de dr̃ijs, & ꝓpea pħs in 3. li. ꝯcluſit ens nõ eſſe genus. & patet ꝙ ibi loq̄tur logicæ. qm̃ totum illũ ꝓceſſum proſequitur modo logico. ſ. ꝑ ṗdica-tionem & modum ṗndi. Ex his igitur manifeſtum ſit, q̃o differunt uniuocum reale. & uniuocum logicum.

Quantum ad tertium. ſtantibus prędictis, aduerte quattuor concluſiones reſponſiuas.

Prima eſt, ens in ſe ṗciſe & abſolute conſideratũ. dato ꝙ hr̃et unum conceptum, qui poſſit conuenire oĩbus ſuis

contentis non eſt uniuocum nec æquiuocũ nec analogũ. nam uniuocum non eſt, nec æquiuocũ, nec analogũ, niſi ut comparatur ſuis contentis. ſm unũ aut plures conceptus, ut diximus ſupra. Hæc.n.eſt prima ꝯdõ. Sed ens ſic conſideratum in illo priori, non cõparatur ſuis contentis, prius.n.cõſidero ens ut ens, ꝗ ens ut ſubã, uel accñs, ergo ut ſic, non eſt uniuocum, nec ęquiuocum, nec analogum.

Secunda eſt, ens comparatũ ſubæ & accñti ut res ſunt, non eſt uniuocũ reale, nã conceptus entis. licet conueniat ſubæ & accñti, ut res ſunt, non tñ æque, & ſine ordine ꝯuenit etc. ſed gradatim deſcendit in eis. ergo nõ eſt uniuocũ reale, ꝯñtia patet, ex ꝯdõnibus ſuprapoſitis de uniuoco reali. Añs ꝓbatur, annihilata tota entitate ſubæ, totũ ens annihilatur. eo ꝙ accñtia non ſunt niſi entis ex 7. metaphy. & in p̃ntis dr̃, ꝙ deſtructis primis ſubijs, impoſſe eſt aliqd remanere, ſi uero annihilatur tota entitas accñtium, nõ repugnat qn remaneat ſubſtantia, eo ꝙ eſt ens ſimplr̃, & eſt prior accñte. ergo cõceptus entis nõ æque conuenit ſubæ, & accñti. ſed primo gradu deſcẽdit in ſubſtantia, ſecundo gradu in gñibus accñtium. in quibus et graualr̃ deſcendit, qm̃ p̃mo in quãtitate, ſecũdo in q̃litate, tertio in ad aliqd, &c. Cũ ergo iſta gradualitas nõ ſtet cũ uniuocatis, ut reſpiciũt cõe uniuocũ. ſeqtur ꝙ ens nõ eſt uniuocum reale.

Nec ualet dictũ Ant. And. in 4. metaph. q. 1. ad primũ & ultimũ, inqt.n.ꝙ cum unitate uniuocationis. ſtat unitas analogiæ, uel attributionis, eo ꝙ p̃hs in x. metaph. ponit eſſentialẽ ordinẽ inter ſpẽs unius gñis &, tñ ex hoc nõ tollitur uniuocatio, patet.n. numeꝝ eſſe genus. & tñ inter ſpẽs numeri eſt eſſentialis ordo p̃oris & poſterioris. ſic inquit in ꝓpoſito in rõne entis in q̃ eſt unitas attributionis ipſa attributa. ſ. ſubã & accñs, hñt unitatẽ uniuocationis.

Hoc inq̃ nõ ualet. qm̃ aliud eſt ponere ordinẽ inter aliqua, ut adinuicẽ cõparantur, & ut comparantur ad aliqd' cõe, cuius rõnem participant, primũ nõ impedit uniuocationẽ, qm̃ ſtat cum tali ordine, ꝙ aliqua participẽt æqualr̃ rõnem ſui cõis, ut ad ipm̃ cõparantur, alr̃ ꝓpõ nõ eſſet ge

nus ad affirmatiuam &negatiuam,eſt.n.affirmatiua ꝑor, nec aial ad hoiem & brutum,eſt.n.hō pfectior, ſm uero impedit,eo ꝙ rō ſuperioris deſcēderet gradatim i inferioribus. Aduerte igitur, ꝙ licet phs ponat ordinē eſſentialē inter ſpēs unius generis,ut adinuicem comparantur,non tamen ut cōparantur generi,prout participant rōnem illius generis.in ꝓpoſito aūt patet, ꝙ, ſba & accidens, ſiue inter ſe comparentur ſiue ad ens.ſemꝑ retinent ordinem. qm̄ ens prius dr̄ de ſubſtātia & ꝑ ſubſtantiā uerificatur de accidente & ſubſtantia comparata accidenti, prior eſt ut declarabitur in lib.7.ſtat ergo ratio noſtra in robore ſuo.

Tertia ꝯclo eſt.ens non eſt uniuocum logicum. nā uniuocum logicū non p̄dicatur formalr & in ꝑmo mō ꝑ ſe de drijs,uel modis,quibus uniuoca adinuicem diſtinguūtur.Hanc declarauimus in li.3.ſm phm in q. ult. Sed ens formalr p̄dicatur de oibus drijs & modis, quibus ſua inferiora diſtinguūtur. Qd'.n.eſt, ens eſt.& ſi non eſt ens. eſt nihil.Non.n.datur medium, inter ens ſumptum i ſua maxima cōitate,& ipſum nihil,ergo non eſt uniuocū logicum,& hæc ratio ſumpta eſt ex 3.metaph. tex. x.

Et aduerte ꝙ Ant.And.in 4.metaph.q.1.in reſpōſione argumentoꝝ.neſciuit alr fugere hāc rōnem. niſi negādo ꝙ ens p̄dicetur formalr de drijs ultimis,&paſſionib.ſuis. Sed ꝙ hoc ſit contra phm.& ſit falſum in ſe.manifeſtabitur in q.5.huius libri & ſoluentur argumenta Scotiſtaꝝ.

Quarta ꝯclo,ens eſt analogū reale, nam ens dicit unū conceptum,gradualr,&quoddam ordine participatum à ſubſtantia & accidente,ita ꝙ primo conuenit ſubſtantiæ. & per ſubſtantiam conuenit accidenti. nam ſubſtātia nō pendet ab accidente.ſed econuerſo.ergo etc.patet ꝯſequē tia,qm̄ ut declarauimus in prima parte qōnis, iſtę ſunt cōditiones analogi.ut diſtinguitur contra uniuocum.

Quod autem non ſit ęquiuocum, eſt cōiter ab omnib. conceſſum.& ſi Porphirius uel phs alicubi dicat, ens eſſe ęquiuocum;ſumunt æquiuocum pro analogo. eo ꝙ analogum magis propinquat æquiuoco quàm uniuoco.

Quantum ad quartum declarandũ eſt, ꝙ Scotus nõ diſcordata uia nr̃a, niſi in noĩe. Aduerte igitur ꝙ in. 1. ſent. di. 3. q. 1. intendens manifeſtare, quõ põt cõcipi Deus ꝯceptu uniuoco, ſibi & creaturæ, declarat prius quid intẽdat ꝑ ꝯceptũ uniuocum & dicit. & ne fiat contentio de noĩe equiuocationis, cõceptũ uniuocum dico, qui ita eſt unius ꝙ eius unitas ſufficit ad ꝯtradictionem affirmando & negando ip̃m de eodem, ſufficit ẽt ꝓ medio ſyllogiſtico, ut extrema unita in medio ſic uno, ſine fallacia equiuocationis ꝯcludãtur iter ſe unũ. Hæc Scotus, Ex quibus patet ꝙ Scotus ꝯtẽtatur ponere tãtã unitatẽ in ente, quanta ſufficiat ad contradictionem ponendam, & ut ſit medium efficas in ſyllogiſmo. Sed nõ ſolum uniuocũ ſufficit ad hoc, imo & analogũ, illo quidẽ mõ analogiæ, in quo ponim' ens. Qđ ergo Scotus dicit uniuocũ b. Tho. dicit analogũ. Declaro aũt modos analogiæ, ut ſciamus ĩ quo reponitur ens. & ſm quẽ ſit ꝯtradictio. et p̃t eſſe mediũ ĩ ſyllogiſmo.

Aduerte igitur, ſm doctrinam Thomiſticam, ut patet ꝑ b. Tho. in 1. ſen. di. 19. q. 5. ar. 2. ad idẽ. ꝙ triplex eſt analogia, ꝓma eſt quãdo analagũ dicit plures rõnes. & eius ſignificatũ ſolũ in ꝓmo analogato reperitur. Sicut ſanũ, qđ alia rõne prędicatur de aĩali, et alia de medicina. & alia de dieta, ſuũ aũt ſignificatũ, tm̃ ĩ aĩalia ſaluatur, ſtat tñ analogia qm̃ ꝯſeruatiuũ, cãtiuũ, indicatiuũ, ſanitatis, reſpiciunt aĩal ſanũ. & hoc mõ dictũ analogum, eſt ꝓpinquiſſimũ equiuoco. iõ facit ꝓpõnẽ multiplicẽ. & aufert ꝯtradictionẽ. quoniã utraqꝫ harum eſt uera, aĩal eſt ſanum, medicina non aſt ſana. ſ. ſanitate, quæ ſubiectiuæ eſt in aĩali.

Scđa eſt. quãdo analogũ dicit unam rõnẽ & tñ diuerſum eſſe & difforme habet in analogatis, Sicut corpus dũ p̃dicatur de cęleſti. & de inferiori, licet. n. ꝯueniãt in rõne corporeitatis. tamen non conueniunt ineſſe, cũ eſſe cęli ſit incorruptibile, eſſe aũt corpis inferioris eſt corruptibile. & hic modus non aufert, immo ponit contradictionem. Nã hæc ſemꝑ eſt uera, elemẽtum eſt corpus, & hæc ſemꝑ eſt falſa, cœlum nõ eſt corpus, eo ꝙ rõ corpis utriqꝫ cõue

nit,licet nõ conueniat ineſſe.tertia eſt.quádo analogũ dicit tm̃.unã rõnẽ,in qua non parificantur analogata , nec ineſſe importato,ꝑ illã rõnem,eo ꝙ in uno analogato reperitur illa rõ.& illius eſſe,ut connexionem habet cũ alio analogato.Sicut accidens eſt ens.ut habet cõnexionẽ ad ſubãm.& nõ ecõuerſo.& creatura eſt ens,nõ ex ſe, ſed ut participat eſſe à Deo,cui ꝑmo et ꝑ ſe cõpetit eſſe.et hoc tertio mõ ens eſt analogũ,& hic tertius modus.ponit ꝯtradictionẽ,& eſt mediũ efficax in ſyllogiſmo , ſi.n. ponatur hæc ꝯclo.calidum & frigi.nõ ſunt in eodẽ,& ꝓbatur ſic, nulla entia oppoſita ſunt in eodem.calidum & frigi.ſunt oppoſita,ergo &c.patet ꝙ illa maior eſt abſolutæ uera . & põt ſub ea fieri deſcenſus diſtributiuæ , tam in ſubſtantijs,q̃ in accidentibus.Et his igitur patet , ꝙ opinio Scoti, quo ad rem nõ diſcordat,à b.Tho.nã qđ dicit Scotus ens eſſe uniuocum,dicit b.Tho.eſſe analogum tertio modo .

Quantũ ad quintũ,aduerte ꝙ Ant.and.in. 4. metaph. q.1.multis argumẽtis ꝓbat ens eſſe uniuocum,quę recitãtur & clare ſoluuntur à Capreolo in.1.diſt.2.q.1.contra. 9.ꝯclonem.Vide tu eũ.Scotus aũt in.1.diſt.3.q. 1. Poſtq̃ declarauit,quid intendat ꝑ uniuocum,ꝓbat tripl'r. talem uniuocationem.Primo ſic.Oĩs intellectus certus de uno ꝯceptu & dubius de alio.habet ꝯceptũ,de quo eſt certus , aliũ à ꝯceptu,de quo eſt dubius.Hæc eſt manifeſta. quoniã idẽ itellectus nõ põt eſſe dubius & certus de eodẽ ꝯceptu,al'r ſequitur ꝯtradictio.ꝙ.ſ.eſſet certus & non certus reſpectu eiuſdem.Sed itellectus uiatoris põt eſſe certus de aliquo,ꝙ ſit ens.& dubius an ſit ens finitum uel infinitũ, uel an ſit ſubſtantia uel accidens,ergo conceptus entis de aliquo,eſt alius à conceptu iſto uel illo , ergo uniuocus.

Rñ.Scotus deceptus fuit in hac conſequentia,ens dicit unũ ꝯceptũ,alium à cõceptibus ſuorum contẽtorũ , ergo eſt uniuocũ, negatur cõſequẽtia,qm̃ ut diximus in corpe qõnis,ad uniuocum nõ ſufficit unitas cõceptus,ſed requiritur , ꝙ illud cõe hẽat unum conceptum , non ſolum in ſe cõſideratum,ſed ut reſpicit inferiora,& quòd ille cõce

ptus ęqualiter participetur à ſuis inferioribus. Quorũ ſm deficit in ente, qm̃ conceptus eius non conuenit accñti, ni ſi i ordine ad ſubam, nec enti creato, niſi in ordine ad ens increatum. Vnde ad formam argumenti, conceſſa ma. & minore, dico ꝙ non poteſt concludere, quòd ſit uniuocũ, ſed quod ſit analogum, tertio modo analogiæ.

Scdo ſic, ſi eſt alius conceptus entis, ut dr̃ de ente creato, & alius analogus, ut dr̃ de ente increato, ſequitur ꝙ p ens creatũ non poſſemus aliquid cognoſcere de ente increato, qđ eſt falſum, ut patet in lib. 12. ꝯñtia ꝓbatur, qm̃ ſicut ens creatũ non ꝯtinet increatum, cũ ſit poſterius eo, ſic ꝯceptus entis creati, non ꝯtinet uirtualiter conceptum entis increati, ſi ſunt alius & alius. Sed p nullum ꝯceptum propriũ alicuius obi, cognoſcitur aliud obm, niſi talis ꝯceptus contineat uirtualiť ꝯceptum alterius obi, ergo &c.

Rñ. Hoc argm̃ ſupponit falſum. ſ. ꝙ ens dicat plures cõceptus, ſicut analogũ, primo modo. Hoc. n. dato, argm̃ haberet aliq̃ apparentiam. Sed nos dicimus, ꝙ ens ut eſt cõe creato et increato, dicit unum conceptum, ęqualiter tamẽ participatum, quo conſtituitur analogum tertij modi. & tunc nego ꝯñtiam, cuius probatio nulla eſt, qm̃ ſupponitur ꝙ conceptus entis, ut dr̃ de increato, ſit alius, ut dr̃ de creato, & ꝓpea negari poſſet, ꝙ ens creatũ, non contineat increatũ in rõne cognoſcitiua, qm̃ effectus ducit in cognitionem cauſæ. & br̃, ſi bene aduertis, percipies, ꝙ Sco. non ꝯſiderauit, niſi naturã analogię primi modi, quę dicit plures ꝯceptus, ut ſanum. & ſm hoc ſemper laborauit ad declarandũ, ens non eſſe analogum primo modo analogię.

Tertio ſic. Oĩs inquiſitio de Deo metaphyſ. ꝓcedit ſic. ſ. ꝯſiderando rõnem formalem alicuius, puta ſapientiæ & auferẽdo à tali rõne imperfectionẽ, quam hẽt in creatura. & attribuẽdo ſibi oĩno ſummã perfectionẽ, & ſic attribuẽdo illud Deo, ergo oĩs inquiſitio de Deo, ſupponit intellectum hr̃e conceptum eundem uniuocum, quem accipit à creaturis, quẽ remota omni imperfectione attribuit Deo.

Rñ. nego ꝯñtiam, quantum ad hr̃e ꝯceptum uniuocũ.

Sed ſufficit illum conceptum eſſe analogum,& res de qua dicitur, puta ſapientia ; eſt analoga tertij modi. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 2. ſi habet ens ueras & proprias paſſiones.

Si igitur ens & unum idem &c. Textu 3.

CIRCA hanc q. aduerte ꝙ Scotiſtæ & Thomi. in uno ꝯueniunt,in alio diſcordant.Conueniunt quidē in hoc,ꝙ ens hēt ꝓprias paſſiones, quæ dñr per ſe accidētia entis,ut ens eſt,& id quidē expreſſe dicit pħs. Nā in ꝑncipio lib.4.inqt,eſt aūt quædam ſcientia,q̄ ſcrutatur ens inquātū ens.& quæ huic inſunt ſm ſe.& in tex. 5.inqt.Queadmodū.n.numerus ſm ꝙ numerus,hēt accidētia ꝓpria.ſ.par & impar,equale et inequale.Sic ēt ens hēt accidentia ꝓpria, de quibus pħm oportet ꝑſcrutari, hęc illæ.Diſcordāt aūt in alio.ſ.an iſte paſſiones ſint uerę paſſiones,ſicut par,et impar ſunt ueræ paſſiones numeri. et quidē Thomiſtę ſic diſtinguūt.Vera paſſio eſt duplex. Quædā demōſtrabilis,ſed nō realis.Quædā realis,& demōſtrabilis.& partes hꝰ diſtōnis ſic differunt,uera paſſio demōſtrabilis,ſed non realis, duo tm̄ reqrit.ꝑmo ꝙ ratio ſubi,ſit ꝑor ꝯceptibiliter rōne paſſionis.& hoc ideo, quia ſubm ingreditur diffōnem paſſionis, ergo neceſſe eſt ꝑus ꝯcipe ſubm.ſcđo ꝙ ipſa paſſio ꝯſequatur ꝑ ſe rōnem formalem ſui ſubi. paſſio aūt realis demōſtrabilis ultra illa duo,reqrit alia duo ſm uiā nr̄am.primo ꝙ diſtinguatur realr̄ à ſuo ſubo. ſcđo ꝙ ſubm ingredietur diffōnem paſſionis,ut additū.& nō ut eſſentiale & intrinſecum.& hoc ſm,ſequitur ex ꝑmo. qm̄ ſi ſubiectū diſtinguitur realr̄ à paſſione,diffō paſſionis erit ꝑ additamentū.Dn̄t igr̄ Thomiſtæ & Scoti.ens hr̄e ueras & ꝓprias paſſiones & demōſtrabiles. Diſcordant autem in alio. qm̄ dn̄t Thomiſtæ, ens nō hr̄e paſſiones reales,eo ꝙ nō diſtinguitur realr̄ ab eis.ut ꝓbabitur in q.ſeq.Scotiſtæ aūt tenēt oppoſitū. qm̄ opinionem oēm paſſionem eſſe idem cum ſuo ſubiecto.

Vt igr̄ ꝑſens quæſitum reſoluatur ſm uiam noſtram, tria agenda ſunt.Primo ꝓbatur ꝙ ens habet ueras paſſio

nes demõſtrabiles. Secũdo, ꝙ non habet ueras paſſiones reales. Tertio ſoluẽtur principalia argumenta Scotiſtarũ.

Quantũ ad primum, probatur duplici rõne, primo ſic, ſuppono metaphyſicã eſſe ueræ ſcientiam, ſiue ſapientiã. De hoc nõ curo. qm̃ utraq; eſt habitus ꝑ demonſtrationẽ acquiſitus, licet una procedat per cauſas altiſſimas, alia ꝑ cauſas inferiores. Tunc arguo ſic, ſi ens non hẽt ueras paſſiones demonſtrabiles, ergo in metaphyſica nulla eſt demõſtratio, qđ eſt falſum, cũ ſit uerę ſciã uel ſapientia. Contra probatur, nã ex doctrina pħi in. 1. poſter. cap. 10. In oĩ demonſtratione neceſſario includitur primus & ſecũdus modus per ſe, eo ꝙ concluſio demonſtrationis eſt in. 2. modo per ſe. Concluditur. n. paſſio de ſubiecto per diffõnẽ ſubiecti, uel paſſionis, ſi ergo ens non habet paſſiones, de ente non formabitur ꝯclo demonſtrabilis, & per conſequẽs in metaphyſica non fieret aliqua uera demõſtratio.

Secundo ſic. Quod eſt cõmune omni ſubiecto ſcibili, non eſt negãdum à ſubiecto metaphyſicę, cum ſit ſubiectum nobiliſſimę ſcientiæ. ſed habere paſſiones demonſtrabiles eſt cõmune omni ſubiecto ſcibili, ut uult pħs in. 1. poſter. cap. 22. ſic enim inquit una autem ſcientia eſt, quæ eſt unius generis. i. unius ſubiecti, cuius ſunt principia partes, & paſſiones. Pro hac concluſione, nolo plures rationes adducere, quoniam communiter eſt conceſſa.

Quantum ad 2m arguitur ſic, omnis paſſio uera realis diſtinguitur realiter à ſuo ſubiecto. ſed paſſiones entis ut probabitur in quæſtio. ſeq. non diſtinguũtur realiter ab ente, ergo non habet paſſiones ueras reales. Minor quidẽ probabitur in q. ſeq. Maior autem tripliciter probatur.

Primo ſic, cauſa productiua realis, & effectus eius realis diſtinguuntur realr̃. Hęc eſt manifeſta, qm̃ nihil ſeipm̃ producit, & quoniã inter cãm & effectũ eſt relatio realis, ex. 5. metaph. c. de ad aliqđ, & eſt in 2. modo relatiuorũ, ergo diſtinctio realis, nã eiuſdẽ ad ſeipm̃ eſt relatio rationis, quoniã idẽ non diſtinguitur realr̃ à ſeipſo, ſed ſubm̃ eſt cã productiua realis ſuę paſſionis, ergo &c. Minorẽ q;

dem tenet, et probat Ant. And. in. 9. metaph. q. 1. ſua ratio talis eſt, ois potentia pure paſſiua, eſt potentia contradictionis, ut dr̃ in 9. metaph. Sed ſubiectum non eſt in potẽtia contradictionis ad paſſionem, aliter ineſſet ei ꝯtingenter, & per ꝯſequens non eſſet ſcibilis per demonſtrationẽ. Habet ergo ſubiectum aliquam potentiam intrinſecam actiuam, reſpectu ſuæ paſſionis. Hæc Ant. Andr. ad lr̃am. & aduerte ꝙ hæc ratio procedit ex conceſſis ab aduerſario, nec Ant. trombeta in ſuis quæſtionibus metaphyſicalibus ſciuit euadere hanc rõnem noſtram, niſi per diſtinctionem agentis metaphyſici & remoti, phyſici et propinqui. Dicit. n. ꝙ non eſt neceſſe agens metaphyſicum & remotum, diſtingui realiter à ſuo effectu, quoniam non eſt neceſſe ipſum exiſtere ad hoc ꝙ agat. De propinquo autẽ & phyſico, bene eſt neceſſe, ꝙ realr̃ diſtinguatur, eo ꝙ eſt neceſſe ip̃m exiſtere ad hoc ꝙ agat, ex hac diſtinctione, dicit ad rationem noſtram, ꝙ maior eſt falſa de agente remoto & metaphyſico. et in propoſito dicit, ſubiectum eſſe agens remotum et metaphyſicum ſuæ paſſionis, ex cõſequenti, non eſt neceſſe. quòd diſtinguantur realiter.

Sed hæc ſunt ita irrationabilr̃ dicta, ut non mereantur improbari. Quod. n. dicit non eſſe neceſſe, agens remotũ diſtingui realr̃ à ſuo effectu, eſt contra doctrinã p̃hi in 5. lib. metaph. cap. de ad aliquid, tenet. n. ꝙ inter omne actiuum & paſſiuũ eſt relatio realis, ergo diſtinguũtur realr̃, patet conſequentia, etiam in doctrina Scoti, qui tenet ꝙ relatio realis, reqrit extrema diſtincta realiter, & quæ ſint actu. Quod ẽt dicit non eſſe neceſſe, agens remotum ſiue metaphyſicum exiſtere dum agit, eſt penitus abſurdũ, qm̃ apud p̃hm in prohemio 1. libri metaph. actiones ſunt ſingulariũ, et rõnem aſſignat Ant. And, qm̃ uľia non exiſtũt, niſi in ſingularibus, q̃bus competit primo & ꝑ ſe exiſtere. ergo actio requirit exiſtentiã in quocunq; agẽte, ſiue propinquo, ſiue remoto. Pręterea. Qđ ponat diſtinctionẽ inter agens propinquũ ſiue phyſicum, et agens remotũ, ſiue metaphyſicũ, ex eo ꝙ non eſt neceſſe metaphyſicũ exi-

ſtere,ſed phyſicum,ē uoluntariȩ dictum,nec eſt ad mētē p̄hi.Ipſe.n.ponit differentiā hāc inter ea,q̄m metaphyſicū ſine motu,phyſicum autem cū motu agit,& id innuit in principio lib.9.metaph.ubi loquens de potētia et actu dicit.In plus enim eſt potentia & actus,eorū quæ dicuntur ſecundum motum ſolum.

Forte ꝙ Scotiſtæ dicent ſubiectum nō eſſe realiter actiuum ſuæ paſſionis,ſed tantum ſm modū intelligendi, & ideo ſi cauſalitas nō ē realis,nō reqritur diſtinctio realis.

Sed hoc eſt ꝯtra doctrinam ſuam,ut patet in Ant.And. in li.9.q.1.cuius rōnem adduximus in præcedentib⁹, nā ex eo ꝙ dicit,ſi ſubiectum eſſet ſolum in potentia paſſiua reſpectu ſuæ paſſionis,paſſio cōtingenter ineſſet ſubiecto, patet ꝙ intendit de potentia actiua reali,& non ſolum ex modo intelligendi.

Secundo ſic.Paſſio realiter multiplicatur.& non ſubiectū,ergo diſtinguūtur realiter,ꝯſequētia patet. q̄m ſi duo ſunt finitȩ entitatis. & ſunt idē realiter,implicat unū multiplicari,& nō alterū.Dico finitȩ entitatis,ut ſecludā diuinā ſubſtantiā,& relationes ꝑſonales.De quib⁹ hic non eſt ſermo.Antecedens uero ſic probatur.In igne A,eſt leuitas & caliditas in tanto gradu,quæ ſub tali gradu ſunt paſſiones ignis,de quib⁹ conſtat,ꝙ diſtinguuntur real̄r.quoniā leuitas eſt principium motus localis , caliditas autem eſt principium motus alterationis.& tamen ignis A , cui inſunt,non multiplicatur,ſuppono.n.ꝙ remaneat unus numero.ergo ſubiectum & paſſio diſtinguuntur realiter.

Tertio ſic,quæ ſunt eadē uni tertio,ea unitate qua ſunt eadem in tertio,ſunt eadē inter ſe,ſed riſibile & flebile ſūt eadem homini ſm te.ergo ſunt eadē realiter inter ſe. Qđ eſt manifeſtȩ falſum.quoniam ſunt principia contrariorū actuum.ſ.ridendi et flendi, nam licet ex.2.phyſi.idē ſit cā contrariorum,unius quidem per ſe, alterius autē per accidens nō tamen utriuſq; per ſe & pręcipue in potētijs naturalibus.ut dicetur in lib.9.metaphy.quales ſunt potētia ridendo.& potentia flendi,ex his igitur cōſtat,paſſionē rea

lem,& ſubiectum diſtingui realiter.& qm̃ paſſiones entis nõ diſtinguuntur realiter ab ente,ut probabitur in.q.ſeq. concludimus,ꝙ ens non habet ueras paſſiones reales.

Quantum ad tertium aduerte,ꝙ duo ſunt extimata argumenta fortiora à Scotiſtis, quibus arbitrantur ſe probare,non diſtingui realiter paſ.à ſubiecto.

Primum eſt,quæ realiter diſtinguuntur, ſunt abinuicẽ ſeparabilia,ſed ſubiectum & paſſio, non ſunt abinuicem ſeparabilia,aliter ineſſet contingenter ſubiecto,& non eſſet demonſtrabilis de ſubiecto,ergo etc.Maiorem probat Anton.And.in 4.lib.q.3.ſic,ſicut ex ſeparatione aliquorum concluditur diſtinctio realis inter ea, alioquin cõtingeret eidem ſimul eſſe & non eſſe, ita ex inſeparabilitate aliquorũ,concluditur indiſtinctio realis.

Rñ.negatur maior,nec ſua probatio ualet, qm̃ non ex ſola ſeparabilitate concluditur diſtinctio realis inter aliqua,ſed quia remoto omni opere intellectus,unum non eſt alterum eo ꝙ ſunt diuerſarum entitatum, puta unum potentia,alterũ actus,unũ ſubſtantia alterum accidens,ut in propoſito,ſubiectum eſt ſubſtantia.paſ.eſt accidens.

Et ſi quęras propter quid non omnia diſtincta regulariter ſunt ſeparabilia.

Rñ.non poteſt aſſignari unica cauſa.Aliquando.n.eſt, qm̃ unum eſt pura potentia, cui repugnat per ſe exiſtere, & ideo materia eſt inſeparabilis à forma, aliquando eſt propter naturalem cõnexionem,ut relatio non poteſt ſeparari,ſtante fundamento & extremis relatiuis. unde nõ poſſet Deus facere duo alba,inter quæ nõ eſſet ſimilitudo, aliquando eſt ꝓpter naturalem ſequellam unius ad alterum,ut ad ignem naturaliter ſequitur calor, & ideo non poteſt ſeparari ab igne.Idem accidit de ſubiecto & paſſione,quæ naturaliter fluit à principijs ſubiecti.

Scd̃a rõ eſt,ſi paſſio diſtinguitur realiter a ſubiecto, ergo eſt proceſſus in infinitum in paſſionibus,quod eſt impoſſibile,ↄñtia aũt ſic ꝓbatur,ſumo hominem preſcindẽdo ab omni accidente,& qualitate,& quæro in illo prio-

ri,aut eſt aptus recipere riſibilitatem,aut non,ſi non.ergo ei repugnat,quod eſt abſurdum,ſi ſic,aut eſt aptus,aptitudine media,aut ſeipſo,ſi ſeipſo,ergo eſt aliq̃ aptitudo i homine,quæ eſt ipſe homo. & per ꝯns eadem ratione põt dici,ꝙ homo eſt ipſa riſibilitas, quæ eſt aptitudo ridendi, ſi aptitudine media,quęro ut prius,aut homo eſt aptus recipere aptitudinem mediam per aliã aptitudinẽ,aut ſeipſo, ut prius,ergo nõ eſt neceſſe paſſi.diſtingui realr̃ à ſub̃o.

Rñ.Scotiſtæ magnificant hanc rõnẽ ſuã ſed apud Thomiſtas,eſt parui põderis. Aduerte igitur,ꝙ dupl̃r ſumitur aptitudo,primo ꝓ principio formali poſitiuo & proximo alicuius actus.& ſic ſemper eſt accidens & q̃litas in agentibus creatis,eo ꝙ in uia nr̃a, nulla ſub̃a creata eſt proximum principiũ agendi,licet poſſit eſſe principiũ primũ.ſicut aĩa eſt principiũ primũ,non tamen ꝓximum,quo ſentimus & intelligimus,ſecundo ſumitur pro nõ repugnantia ad recipiendum illam aptitudinẽ poſitiuam,& ſic non eſt accidens,nec ꝓprie ſub̃a,cũ ſit negatio,nec diſtinguitur realr̃ à rei ſub̃a.ſed eſt ipſa conſiderata,ꝙ eſt talis nãę, cui non repugnat tale principium ꝓximũ,nec actus egrediens à tali principio.Tunc dico ad argm̃.ꝙ homo in illo priori eſt aptus recipere riſibilitatem, non aptitudine poſitiua,ſed aptitudine non repugnãtiæ,eo ꝙ eſt talis naturæ,cui non repugnat riſibilitas. & quando tu q̃ris, aut aptitudine media,aut ſeipſo.Rñ.ſeipſo,& quãdo tu dicis, ergo eſt aliqua aptitudo in hoĩe,quæ eſt ipſe hõ, concedo de aptitudine non repugnantiæ,& quando tu dicis, ergo eadem rõne,riſibilitas eſt idem cũ hoĩe.nego.qm̃ tu tranſis,ab aptitudine non repugnantiæ,ad aptitudinẽ poſitiuam,q̃ eſt proximũ principium agendi,& aduerte qđ ex hac ſolutione ſoluitur argm̃ Scoti, quo arguit ꝙ intellectus non diſtinguitur ab eſſentia aĩę,eo ꝙ anima ex ſe eſt apta itelligere,ergo illa aptitudo quæ eſt ipſe intellectus, non diſtinguitur ab anima, patet autem ex diſtinctione data,ꝙ anima ex ſe nõ eſt apta intelligere aptitudine poſitiua,ſed aptitudine non repugnantiæ, eo ꝙ eſt talis nãæ

.ſ.intellectualis,ſimiliter ſoluitur argm̄. de corpore natu⸗ rali,quo probatur ꝙ eſt ex ſe mobile,& non per mobilita tem ſibi intrinſecam,probatur autem ſic, corpus naturale includit materiam,quæ cum ſit natura, eſt principiũ mo⸗ tus.ergo mobilitas non eſt paſſio diſtincta realiter à cor⸗ pore mobili. Dico ꝙ non eſt ex ſe mobile,niſi non repu⸗ gnanter, eo ꝙ materia non poteſt eſſe principium motus proximum,tale enim principium ſunt qualitates alterati⸗ ue,aut motiue.Hæc pro nunc ſufficiant de præſenti quæſi to,nec expedit alias rationes Scotiſtarum referre, quoniã debiliores ſunt prædictis.

Tu igitur aduerte ꝙ ſi quæratur, an ſit neceſſe, omne ſubiectum ſcibile,habere proprias paſſiones reſpondendũ eſt,ꝙ debet habere paſſiones demonſtrabiles, eo ꝙ aliter de eo non poſſet haberi ſcientia, non autem eſt neceſſe ha bere paſſiones reales, ſed accidit ei inquantum eſt ſcibile, aliter de ente & de Deo non haberetur ſcientia. Hæc eſt re ſolutio Thomiſtica.

Qō.3.ſi paſſiones entis ſunt idem cum ente.

CIRCA hanc qōnem aduerte, ꝙ paſſiones entis ſunt hæc tranſcendentia,unum,uerum,bonũ.ali⸗ quid,res,& qdem iſtę duæ aliquid, & res non ui dentur hr̄e difficultatem,quin ſint idem cum ente. Nam non uĩr addere aliquid poſitiuum ſuper ens, qm̄ omne ens dr̄ aliquid,quaſi aliud quid,eo ꝙ comparatum alteri enti,eſt diſtinctum ab eo.Dr̄ aũt res, à ratus rata, eo ꝙ oẽ ens reale eſt certe & firmę entitatis, præter opus animæ. Difficultas igitur eſt de uno,de uero,de bono. qm̄ non ur̄ manifeſtum,quodlibet ens eſſe unum.& ueꝝ, & bonum, ſeipſo,& non aliquo ſuper addito. Pro reſolutione igitur huius quæſiti,quattuor agenda ſunt. Primo ꝓbabitur ꝙ unum tranſcendens eſt idem realiter cum ente. Secundo idem probandum eſt de uero. Tertio idem probandũ eſt de bono. Quarto ſoluenda ſunt quædam argumenta.

Quantum ad primum ponitur hic ꝯclo,ens & unũ trã ſcendens,ſunt idem realiter.ſed diſtinguuntur formal̃r.

Prima pars probatur à pħo in hoc 4.lib.tex. 3. duplici rõne & b.Tho.exponens & Cõmenta. cõformiter adducunt eas. Quaꝝ prima talis eſt. Quæ ſimul gñantur & corrumpuntur ſunt idem. Sed ens & unum ſic ſe hñt, ꝙ dum generatur ens, gñatur unum. Nã cum generatur homo, generatur ens homo. & unus homo, ergo ſunt idem.

Sed dicet aliquis maior nõ uidetur uera, apud Thomiſtas, nam ſubiectum & paſſio ſimul generantur & corrũpuntur, de neceſſitate enim paſſio ineſt ſubiecto. & tamẽ non ſunt idem.

Rñ. propoſitio pħi debet intelligi de ſimultate non ſolum tp̃is, ſed etiam naturæ, modo dico, ꝙ licet ſubm̃ & paſſio ſint ſimul tp̃e, non tñ natura, qm̃ cum ſubiectum ſit cauſa ſuæ paſſionis, omnis cauſa eſt prior natura ſuo effectu, non tñ neceſſe eſt, ꝙ ſit prior tp̃e, ut patet in effectu coęuo, Sic igitur intellectu propoſitione pħi ſequitur concluſio, ꝙ ens & unum ſunt idem realiter.

Secunda ratio quam format b.Tho.exponens & Commenta.in commen.3. Quęlibet res eſt una per eſſentiã ſuã & non per aliquod additum reale ſuper eſſentiam, ergo ens & unum ſunt idem realiter. Añs ꝓbatur, ſi res eſt una aliquo addito, quæro de illo addito, qm̃ cum ſit ens, eſt unum, ſunt.n. conuertibilia, ens, & unum, aut igitur eſt unum ſeipſo, aut aliquo addito, ſi ſeipſo, ergo ſimili modo ſtandum erat in primo, ſi per aliquod additum, iterum quęritur de illo, & ſic erit proceſſus in infinitum.

Aduerte ꝙ Ant.And.reprobat hanc rõnẽ in 4.metaph. q.3. & dicit in ea eſſe fallaciam figuræ dictionis. qm̃ mutatur quo, in quod. Cum.n.dr̃. Quæro de illo addito &c. dicendum eſt, ꝙ non eſt id, quod eſt unum. ſed quo, res eſt una, ſicut patet cum dr̃. Homo eſt albus, uel ſeipſo, uel albedine. Si albedine, quæro quo albedo eſt alba. Certũ eſt ꝙ non ſequitur, quoniam mutatur quo in quod.

Sed non conſiderauit ꝙ alia ratio eſt de p̃dicatis tranſſcendentibus, q̃ de omnibus ſiue ſint quo, ſiue quod, p̃dicantur. & de formis ſpecialibus, q̃ ſic denominãt ſua ſubã

ꝙ ipſe non denoĩantur. Dico igitur,ꝙ non mutatur quo in quod,q̃m in hoc loco quod eſt quo,eſt ẽt quod.unde licet illud additum eſſet,quo res eſt una,eſſet ẽt qđ eſt unũ, q̃m eſſet ens.unum aũt & ens ſunt conuertibilia.Nec ualet inſtantia de homine albo. q̃m ut dixi, alia eſt ratio de tranſcendentibus,alia de formis ſpecialibus.Quicquid.n. eſt,ens eſt,ergo idiuiſum in ſe,& diuiſum à quolibet alio, ergo eſt unum. De formis autem ſpecialibus non eſt neceſſe,ꝙ de quolibet prædicentur,uel ſua oppoſita. unde licet albedo ſit ens,uel non ens,una,uel non una. nõ tñ eſt alba,ſed quo aliquid eſt albũ.Deceptus eſt aũt Ant. And. q̃m tenet ens non prædicari quidditatiue de paſſionibus ſuis,ideo apud ipſum non ualet.Illud additum eſt ens, ergo eſt unum,quoniam non concedit antecedens ſm prędicationem quidditatiuam ſed tantum uirtualem. ueꝝ ꝙ ſua imaginatio ſit falſa,manifeſtabim⁹ in q. 5. huius lib. ubi probabitur ens prædicari quidditatiue & formaliter de paſſionibus ſuis & de ultimis differentijs.

Secunda pars.ſ.ꝙ ens & unum diſtinguantur ratione, eſt admiſſa ab omnibus.Primo,quia ſubiectum & paſſio non ſunt idem formaliter.Secundo,quia unum addit ſuper ens ſaltem indiuiſionem. Tertio,quia prius concipimus ens,q̃ unum. Eſt enim primum impſſum in anima.

Quantum ad ſecundũ ponitur hæc ꝯclo,ens & uerum ſunt idem re.ſed diſtinguũtur rõne. Pro euidentia primę partis aduerte,ꝙ ueꝝ ſumitur duplr,primo formaliter.ſecundo mãliter.ueꝝ formaliter dicit adęquationem,uel cõformitatem rei ad intellm. quæ quidem eſt relatio aliqñ realis,aliqñ rõnis,ut declarauimus in tract.de tranſcendẽtibus,ueꝝ mãliter.dicit rei nãm, ut habet ordinẽ ad intellectum, qui ordo manifeſtatur per ly intelligibilitaſ, uel cognoſcibilitas. Vnde ueꝝ materialiter eſt rei natura, ut intelligibilis uel cognoſcibilis ab intellectu. Poſita hac diſtinctione aduerte,ꝙ ꝯclo debet intelligi de uero mãliter, & non formaliter ſumpto. Nam cum ueꝝ formaliter ſit relatio. quæ abſtrahit à relatione reali & relatione rationis

nis patet ꝙ non identificatur enti reali, de quo hic intendimus, qm̄ intentio nr̄a eſt loq̄ de ente, qđ eſt ſubm̄ i hac ſcīa, & de paſſionib. eius, declarauimus aūt in 1. lib. ꝙ ens reale eſt ſubm̄ in ea. & nō ens cōe enti reali, & enti rōnis. Qđ igr̄ ens reale, & ueꝝ mālr ſumptū, ſint idē re, ſic ꝓbatur. Quodlibet ens eſt intelligibile ſeipſo. ergo eſt ueꝝ ſeipſo. ergo nullo addito reali ſuꝑ ens, ergo ſunt idē, ens, & ueꝝ. Prima ꝯñtia patet. qm̄ eſſe ueꝝ mālr, & eſſe intelligibile ſunt idem. ergo ſi quodlibet ens eſt mālr ueꝝ ſeipſo. eſt intelligibile ſeipſo. Añs aūt ſic ꝓbatur, unūquodq; eſt intelligibile ꝑ ſuam entitatē, cuius ſignum eſt, ꝙ res quæ ſunt maioris entitatis ſunt ex ſui nā magis ītelligibiles. ut declaratū eſt in lib. 2. Quæ aūt ſunt minoris entitatis minus. & q̄ nullius, nullo mō. uñ in 1. poſter. dr̄. Qđ nō eſt, nō ꝯtingit ſcire, ergo unūquodq; eſt intelligibile ſeipſo. qm̄ non diſtinguitur res & entitas rei. & ſic patet ꝙ ens & ueꝝ mālr ſumptum ſunt idem re. Imaginandum eſt. n. ꝙ ſicut ad entitatē coloris ſequitur uiſibilitas. ita ad entitatē cuiuſcunq; rei, ſequitur intelligibilitas, ſ. eo ꝙ eſt apta conformari intellectui, cum aīa ſit quodāmodo oīa, ex 3. de aīa, nec de hoc eſt aſſignanda alia cauſa, niſi entitas rei. Aduerte tñ ꝙ ꝑ ly uiſibilitas uel intelligibilitas nō intelligo ueras & reales paſſiones, q̄ ſm uiam nr̄am, diſtinguuntur realr à ſubis ſuis, ſic. n. intelligibilitas adderet aliquid reale ſuꝑ ens, ꝙ non admittitur in uia nr̄a. Sed ꝑ uiſibilitatem & intelligibilitatē intelligo aptitudinē, quæ non diſtinguitur realiter à re cuius eſt, & de qua locutus ſum in q̄ōne p̄cedenti, pro ſolutione ſecundæ rationis Scotiſtaꝝ.

Secunda aūt pars ꝯclonis. ſ. ꝙ diſtinguātur rōne patet, qm̄ dicendo ens, ueꝝ, non cōmittitur nugatio. Præterea conceptus entis eſt abſolutus, conceptus autem ueri, eſt reſpectiuus. Præterea ens & ueꝝ ſe hñt ut ſubm̄ & paſſio, ergo manifeſtum eſt ꝙ diſtinguuntur ratione.

Quantum ad tertium ponitur hæc ꝯclo, ens & bonum ſunt idem re, ſed diſtinguuntur rōne. Pro euidētia primæ partis, aduerte ꝙ bonū duplr ſumitur, ſ. ſimplr & ſm qđ

bonum ſimplr eſt illud,qđ eſt pfectum ſuis pfectionibus ultimis,ą ſunt qlitates ſibi debitæ, ut pomum eſt bonum ſimplr,cum ad maturitatē peruenerit,&hō eſt bonus ſimpliciter, cū ad ſibi debitā pfectionē p habitus intellectuales & morales puenerit,bonū ſm qd,eſt illud,in quo iam repitur prima pfectio. ą oī alij pfectioni ſupponitur. & hoc eſt ipm eſſe ſiue exiſtere.uñ qcūq; hñt eſſe,dñr bona, ſm qd.Aduerte igitur ꝙ prima pars ꝯclonis intelligenda eſt de bono ſm qd.Non aūt de bono ſimplr,qm̄ tale multa addit ſup ens,puta debitas qualitates, debitas operationes,debitum finem.Qđ aūt addit aliqđ reale ſup ens contrahit ens,unde bonum ſimplr, uř cōtrahere ens ad p̄ntū qualitatis.&per ꝯñs non eſt idem re,cū ente,intelligendo de identitate conuertibili,qualem ponimus inter ens. & alia tranſcendentia,ꝯclo igitur intellecta de bono ſm qd, ſic probatur.Quælibet res intantum eſt bona, inquantū eſt appetibilis,nam bonum ex 1.ethic.p appetibile diffinitur, intātum eſt appetibilis inquantū pfectiua appetitus, nā unumquodq; appetit,ut ex ſuo appetibili pficiatur,nō .n.pōt eſſe appetitus ad ſui deſtructionem,intantū eſt pfectiua.inquantū habet eſſe, qm̄ eſſe eſt prima actualitas & prima pfectio,intantū habet eſſe,inquantū eſt ens, eſt.n. ens,cui debetur eſſe,uñ mā prima & Deus ſunt duo extrema in latitudine entis,qm̄ mā prima nullū habet eſſe,niſi potentiale.&ideo eſt ꝓpinqua nihil;Deus aūt ex ſe hēt perfectiſſimū eſſe,ideo eſt maxime ens, ergo à primo ad ultimū,res intantum bona,inquantū eſt ens, ex conſequenti ens,& bonū.ſunt idem re,intelligendo de bono ſm quid.

Secunda aūt pars ꝯclonis uř manifeſta, qm̄ conceptus entis eſt prior,cum ſit ſimplicior,& eſt conceptus abſolutus,& ens eſt ſubm̄,conceptus aūt boni eſt poſterior.&reſpectiuus,nā ſicut ue꞉ addit ſup ens, ordinē ad intellm̄, ſic bonum addit ordinem ad appetitū. & bonū eſt paſſio entis,demonſtratur.n. de ente, ſicut unum & ue꞉, patet igitur,ꝙ licet ſint idem re,tamen diſtinguuntur ratione.

Quantum ad quartū,aduerte aliqua argumenta,ą uñr

facere aliquam apparentiã,contra determinationẽ factã.

Primum eſt de ente & uno,& arguitur ꝙ non ſint idẽ, nam unum & multa diuidunt ens,ergo contrahunt ens. ergo addunt ſuper ens,ergo non ſunt idem re, identitate conuertibili, de qua facta eſt determinatio.

Rñ.licet ens diuidatur per unum & multa, tñ unũ eſt conuertibile cum ente.qm̃ quæcunq; ſunt multa. ſunt ali quo modo unum, ut quæ ſunt multa partibus. ſunt unũ toto,& quæ ſunt multa numero,ſunt unum ſpẽ &c. Non tñ eſt neceſſe ꝙ quæcunq; ſunt unum. ſint aliquo modo multa.qm̃ eſt deuenire ad ſimpliciſſimum ſimplex. Diui ſio igitur entis per unum & multa. non eſt diuiſio ex æ quo. ſed in unũ ſimpl'r & in multa ẜm qd.Nã & multitu do nõ ꝯtineretur ſub ente, niſi cõtineretur in aliquo mõ ſub uno.Ad argm̃ igitur, nego primam ꝯñtiam. Ad hoc .n.ꝙ cõtraherẽt ens.eſſet neceſſe, ut multitudo nullo mõ contineretur ſub uno.ut accñs nullo modo cõtinetur ſub ſubſtantia.quoniam nullo modo accidens eſt ſubſtantia.

Secundo ſic.Quæ ſunt idem re, diuiduntur eiſdem mo dis,ſiue eiſdem dr̃ijs.Sed ens & unum non diuidũtur eiſ dem modis.ut patet in 5.lib.nam ens diuiditur in x.p̃nta unum autem in idem,ſimile,& ęquale.

Rñ.Quæ ſunt idem inquantum ſunt idem re, eiſdẽ mo dis diuiduntur,&ut ſic,dico ꝙ unum diuiditur in x.p̃nta ſicut ens,cum hoc tñ ſtat,ꝙ inquantum diſtinguũtur ra tione, poſſunt diuidi diuerſis modis,ſic eſt in propoſito. qm̃ ens dr̃ ab eſſe,ideo ẜm diuerſos modos eſſendi, diuidi tur in x.p̃nta,nam modo prædicandi ſumuntur à modis eſſendi,ut dicetur in lib.5.& qm̃ unum dicitur ab indiui ſione.ideo ẜm diuerſos modos indiuiſionis, diuiditur in idem ſil'e,ęq̃le.Nã q̃ ſunt indiuiſa in ſubſtantia ſunt idem, quæ in qualitate ſunt ſil'ia. quæ in quantitate ſunt ęq̃lia.

Qđ aut ens & uer̃ non ſint idem arguitur ſic.uer̃ ueri ficatur tam de ente q̃ de non ente. Qđ.n.eſt.uer̃ eſt eſſe. & quod non eſt uer̃,eſt non eſſe.ens autem non uerifica tur niſi de ente.hæc.n.eſt falſa.non ens eſt ens. ergo &c.

Rñ.nego maiorẽ,ad ꝓbõnẽ dico, ꝙ hęc nõ poſſet for‑mari ab intellectu. Qd' non eſt, ueꝝ eſt non eſſe. niſi non ens eſſet cõphẽſum ab intellectu, & ut ſic nõ ens, eſt ali quo mõ ens. Qm̃ non ens apphenſum, eſt ens rõnis. Et hæc uř reſponſio b. Tho. in 1. parte. q. 16. ar. 3. ad ſcđm.

Põt ẽt dicit, ꝙ ueꝝ mãlř, eſt idem cum ente, non aũt ue rum formalř. qm̃ illud habet eſſe in intellectu. & negatur, ꝙ ueꝝ mãliter uerificetur de non ente, & quando ꝓbatur. qm̃ hæc eſt uera. Quod non eſt, ueꝝ eſt non eſſe. dico, ꝙ probatio tendit ad ueꝝ formaliter, quod præcipue conſi‑ſtit in compoſitione & diuiſione, ut declarabitur in lib. 6. & aduerte ꝙ in q. ſequenti id magis uentilabitur.

Quòd ens & bonum non ſint idem re, probatur. Qm̃ ens eſt obm̃ intellectus, bonum aũt uolũtatis. Sed intellꝰ & uoluntas diſtinguũtur realř, cũ ſint potentiæ diſtinctæ genere. ergo &c. Probatur ꝯñtia, qm̃ ex 2. de aia. potentiæ diſtinguuntur per oba. Si igitur obm̃ intellectus & obm̃ uoluntatis non diſtinguuntur realř. ſed tm̃ rõne, ergo mi nor diſtõ eſt cauſa maioris diſtõnis, quod eſt falſum. pa‑tet ꝯñtia, qm̃ intellectus & uoluntas diſtinguuntur realř.

Reſpondeo. Dico ꝙ diſtõ realis inter intellectum & uo luntatẽ non cauſatur ꝑciſe, ex diſtõne rõnis, ſiue formali ſuoꝝ oboꝝ. Sed ex ordine reali, quẽ habẽt inter ſe. Nã uo‑lũtas ſupponit intellectum. & ſubſequitur actũ eius. nihil aũt ſupponit ſeipſum, aliter idem eſſet prius & poſterius.

Tu tamen aduerte. ꝙ plenam reſolutionem de diſtõne potentiarum ex obiectis fecimus in qõnibus noſtris. ſuꝑ 2. de anima. Hæc de præſenti quæſito dicta fuerint.

Qõ. 4. ſi paſſiones entis ſunt conuertibiles cum ente.

IN hac qõne ſic ꝓcedemus. Primo aſſignabitur triplex ꝯuertibilitas, & dicemus de qua intendimus loq hic. Secũdo mouebitur difficultas circa ſingulas paſſiões, q̃ ſunt hæc tranſcendentia: unũ, ueꝝ, bonum, res, aliquid. Tertio determinabitur difficultas circa unãquanq; eaꝝ.

Quantum ad primum aduerte triplicẽ conuertibilita‑tem, ſcilicet ſ̃m rem, ſ̃m conceptum, ſ̃m prædicationem

Conuertibilitas ſm rem eſt. quando duo dicunt eãdẽ naturam adequate,ut hõ & rationale. Vnde licet ſpecies & genus dicant eandem naturam, non tamen conuertibiliter. quia in plus eſt genus,quàm ſpecies.

Conuertibilitas ſecundum conceptum eſt, quãdo duo habent eundem conceptum omnino.ita quòd ſunt idem re & rõne,ut duo ſinonima. unde quæcunque non ſunt ſinonima.non ſunt conuertibilia ſecundum conceptum.

Conuertibilitas ſm p̃dicationem eſt,qñ duo adequantur in ſuppoſitis.ita ꝙ de quibuſcũq; p̃dicatur unũ,prędicatur & reliquũ,ut hõ & riſibile,par uel ĩpar,&numerus.

Aduerte igr̃ ꝙ hic non intendimus loqui de ꝯuertibilitate ſm rem, qm̃ probatum eſt in.q.p̃cedenti, ꝙ dicunt eandem rem adequate, eo ꝙ nulla paſſio entis addit aliquod reale ſupra ens. Nec de ꝯuertibilitate ſm conceptũ, qm̃ ꝓbatum eſt in.q.præcedenti, ꝙ ens & paſſiones ſuę, licet ſint idem re,tñ diſtinguuntur per diuerſas rõnes.Intendimus ergo loqui de tertia ꝯuertibilitate.& inueſtigare,ſi de quocunque prædicatur ens, prædicatur unum,& econuerſo.& idem intellige de uero,bono,re,aliquo, &c.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ primo cadit difficultas ſuper unum, quoniam cum ens diuidatur per unũ & multa,ut per oppoſita, alterum diuidentium nũquam adequatur ſecundum prædicationem ipſi diuiſo, ergo unum non conuertitur ſm prædicationem cum ente, ſed unum uel multa,ſicut par uel impar adequatur numero.

Secundo cadit difficultas ſuper uerum,quoniam priuationes,& entia rationis ſunt intelligibilia,ergo ſunt uera. & tamen,ut patet,non ſunt ens reale, de quo nunc loquimur,ut eſt ſubiectum metaphyſicę. ergo uerum nõ adequatur enti ſecundum prædicationem.

Tertio cadit difficultas ſuper bonum,quoniam non eſſe.& uia ad nõ eſſe,aliqñ ſunt appetibilia.ut patet de hoie ſe occidente,ergo ſunt bona,bonũ.n.& appetibile conuertũtur,& tamẽ nõ ſunt entia realia,ut patet,ergo ens & bonũ non adequantur ſm prædicationem.Prętera mathe-

matica ſunt entia. & tamen ut patet in 3. metaph. tex. 3. in illis non eſt bonum. ergo &c.

Quarto cadit difficultas ſuper rem, quoniam ſm porphyriū i uſibus, pdicatur de quinq; uſibus. Inquit. n. Harum rerū. i. quinque uſium cōpendioſam traditionem faciens &c. Conſtat aūt φ uſia de quibus agit porphyrius, cum ſint intentiones ſecundæ, non ſunt entia realia. ergo in plus eſt res, q̄ ens reale, de quo hic intendimus.

Quinto cadit difficultas ſuper aliquid. Nam aliquid importat diſtinctionē unius entis ab alio ente. Eſt. n. aliquid, quaſi aliud quid. Sed ita diſtinguūtur abinuicē duo entia rōnis, ſicut duo entia realia, puta dexteritas in colūna diſtinguitur ab idētitate eiuſdē ad ſeipm. ergo hæc eſt uera dexteritas in colūna eſt aliqd, ſicut lapis eſt aliqd. ergo aliqd non ꝯuertitur ſm pdicationem, cū ente reali.

Quantū ad tertium, pro reſolutione difficultatis cadentis ſuper unū, aduerte, φ in uno ſenſu eſt paſſio ꝯuertibilis cū ente, in alio aūt eſt paſſio diſiuncta. nam unū aliqn̄ conſideratur cōiter & abſolute, aliqn̄ ſtricte, ſiue contracte, unum cōiter dr̄, quod importat aliquam indiuiſionē, & ut ſic ꝯuertitur cū ente; qm̄ nulla ſunt adeo diuiſa, quæ nō ſint aliquo modo unum, unde adducitur illud magni Dionyſij de diuinis noībus; nō eſt multitudo non participās uno, ſed q̄ non ſunt multa partibus, ſunt unū toto, & quæ ſunt multa accidētibus, ſunt unū ſubiecto, & q̄ ſunt multa numero, ſunt unū ſpecie, & quæ ſunt multa ſpeciebus, ſunt unum gn̄e, & quæ ſunt multa proceſſibus, ſunt unum principio, hæc illæ, ſic ergo conſideratum unum, de quolibet ente uerificatur, & ut ſic, oīs multitudo eſt aliquo modo unum, ſtricte aūt, ſiue ꝯtracte ſumitur, prout opponitur multitudini, ſicut indiuiſum diuiſo. & ut ſic nō ꝯuertitur cū ente, ſed eſt paſſio diſiuncta. Hęc. n. eſt falſa, omne ens hēt eſſe indiuiſum & hęc eſt falſa, omne ens habet eſſe diuiſum. Hęc aūt eſt uera, omne ens habet eſſe idiuiſum ut ſimplicia, uel diuiſum aut diuiſibile ut cōpoſita, & ideo ſignantē diuiſit pħs ens ꝑ unū & multa, ut ſūt

oppoſita,& non prout multa ſunt, aliquo modo unum. Tunc enim diuiſio nulla eſſet, quoniam unum membrũ prædicaretur de altero,nam hæc eſt uera,ex prædictis, omnia multa,ſunt unum aliquo modo.

Aduerte ulterius ꝙ diuiſio entis per unũ & multa, eſt magis ꝑ oppoſitas rõnes,q̃ per oppoſitas res, nullum.n. ens ea rõne eſt unũ,qua eſt multa, cum unius & multitudinis ſint oppoſitæ rõnes. Quodlibet tñ ens ſm rem eſt unum,cũ & multa ſint aliquo modo unum, & tñ non omne ens eſt multa ſm rem, qm̃ datur ſimpliciſſim⁹ actus ut Deus,& ſimpliciſſima potentia, ut materia prima.

Ad argm̃ ergo dico.ꝙ diuiſio illa eſt magis per oppoſitas rationes,q̃ per oppoſitas res, & qñ diuiſio non eſt ꝑ oppoſitas res,non inconuenit alterum diuidentium conuerti ſecundum rem cum diuiſo, exemplum habemus de motu,qui diuiditur per actionem & paſſionem.ut per oppoſitas rationes,& non per oppoſitas res,cum idem motus ſit actio & paſſio, unde ſm rem utraque iſtarum eſt uera,omnis motus eſt actio,& omnis motus eſt paſſio,diuerſa tñ ratione,ut declaratum eſt in 3.phyſicorum.

Pro reſolutione difficultatis cadentis ſuper uerum.Dico ꝙ uerũ ꝯuertitur cum ente reali.Sed aduerte,ꝙ ſicut ſunt plures gradus entis realis,ſic et ueri.Quædam ſunt entia realia perfecta ꝑ ſe exiſtẽtia,ut ſubæ abſtractę et cõpoſita, ſiue incorruptibilia ut cęlũ, ſiue corruptibilia ut elemẽta, & elntata,& iſta ſunt uera per ſe,qm̃ ſunt cognoſcibilia ꝑ ſe.Quædã ſunt entia realia,hñtia eſſe nõ per ſe,ſed in alio, uel ſuppoſito.ut mã,& forma,uel ſubiecto,ut accidentia, & iſta ſunt uera per alterũ,qm̃ ſicut habent eſſe per alterũ, ſic ſunt cognoſcibilia per alterum.Quædã ſunt entia realia non eſſentialiter ſed ſuppoſitiue, uel fundamentaliter, ſicut priuatio, quæ fundatur in ſubiecto, & entia rõnis, quæ fundantur mediate in ente reali,qm̃ conſequũtur rẽ, ut eſt obiectiuę in intellectu,ſicut declarauimus in tractatu de tranſcendentibus,pura prædicari de pluribus ꝯſequitur nãm cõem,ut obijcitur intellectui per ſpeciem intel

ligibilem, abſtractam à conditionibus indiuiduantibus, & non ut hēt eſſe in ſingularibus, qm̄ ut ſic eſt ſingularis. & iſta ſunt uera ꝑ alterū, ſicut et cognoſcibilia, nam priuatio cognoſcitur ꝑ habitū, & negatio ꝑ affirmationem. & entia rōnis ſupponunt apprẹhenſionē nāæ realis obiectę intellectui, quoniā ſcđæ intētiones fundantur in primis.

Ex his dico ad argumētum, ꝙ licet uerum ꝯſideratum tantum ſm unum modum, puta uerum per ſe, non conuertatur cū ente reali, conſiderato ſm oēs gradus ſuos, tamen uerum conſideratum in ſua latitudine, conuertitur cum ente reali, conſiderato in tota ſua latitudine, faciendo correſpondere conſimiles, gradus adinuicem, ita ꝙ hęc regula non fallit. Vnūquodque ſicut ſe habet ad ens, ita ad uerum, & ſic dico ꝙ entia rationis, ſunt uera per alterum. & ſilr priuationes, ſicut ſunt entia realia non per ſe & eſſentialiter, ſed fundamentaliter ut declarauimus.

Pro reſolutione difficultatis cadentis ſuper bonū, dico, ꝙ bonum non conuertitur cum ente reali abſolute ſumpto, ſed cum ente reali in actu, unde ſicut unūquodq; eſt ens reale actu, ita eſt bonū. Quę aūt nondū ſunt, aut amplius nō ſunt, non dñr bona, ut roſa generāda, uel quæ iā ꝑterijt, nec ſunt appetibilia, niſi extendatur appetitus ad illud tēpus, pro quo fuit, uel erit ꝑſens, ſilr mā prima non eſt bona, niſi ut reſpicit formā per quam fit actu. Qūo aūt in mathematicis nō ſit bonū, ſatis diximus in lib. 3. in q. 1. Dico ergo, ꝙ cum primum appetibile ſit ipſum eſſe, qđ eſt prima perfectio, et prima actualitas, ens reale actu, cōuertitur cū bono, ex quo ſequitur, ꝙ maior eſt amplitudo ꝯuertibilitatis inter ens & uerum, ꝗ inter ens & bonum.

Ad argm̄ igitur cum dr̄, ꝙ non eſſe eſt bonum qm̄ eſt appetibile, ut patet de hoīe ſe occidente. Reſpondeo ꝙ aliquod eſt bonum tripl r, primo aliquod eſt bonū per ſe, eo ꝙ ex nā ſua eſt appetibile, ut ſanitas, ſciētia, aurum, ſcđo, aliquod eſt bonum ꝑ alterū. & eſt illud, qđ licet ex ſe non ſit appetibile, tamen quia ordinatur ad aliquod per ſe bonum, dr̄ bonum, ut medicina amara ordinata ad ſanita-

tem,tertio aliqd' eſt bonum non qa ſit per ſe bonum, nec qa ordinatur ad per ſe bonum.ſed qa eſt ratio, ſiue uia fu giendi nõ appetibile. Hoc modo mors eſt bona interficiẽ ti ſeipſum.qm̃ eſt uia,qua effugiat infamiã,aut inopiam, aut ſeruitutem,q̃ nõ ſunt appetibiles, ex hac diſtinctione dico ad argm̃,ꝙ bonum primo & ſcd'o modo, quoniã di cit aliqd' eſſe reale,conuertitur cum ente reali,non autem tertio modo,quoniã ut ſic,nõ dicit aliqd' eſſe,nec meretur dici bonum,niſi quia fuga mali ſumitur ſub rõne boni.

Pro difficultate cadente ſuper rem,dico ꝙ abſolute cõ uertitur cum ente reali,eo ꝙ res dicitur ens habens aliquã quidditatem. Quod libet autẽ ens reale,eo modo quo eſt ens reale,dicit aliquam quidditatem,& qm̃ entia rationis nõ dicunt aliquã quidditatẽ,cũ habeant eſſe tantum obie ctiuę in intellectu.ideo non proprie dicuntur res. Ad ar gumẽtũ dico,ꝙ porphyrius extendit hunc terminũ res, ad entia rationis,non ut deriuatur à ratus rata.Sic.n.ueri ficatur tantum de ente reali,ſed ut deriuatur à reos reris, quod ſignat actum aïæ.et ut ſic poteſt attribui enti rõnis.

Pro difficultate cadente ſuper aliquid,dico ſicut dictũ eſt de re,nam aliquid proprie eſt illud,ꝙ compatatum al teri,dicit aliam quidditatem ab eo,& ſic uerificatur abſo lute tãtum de ente reali,cõmuni tamen neceſſitate loquẽ di,extenditur etiam ad entia rationis, uerum, quia ſicut non ſunt entia ſimpliciter,ſed ſm quid, ſic non ſunt ali quid ſimpliciter ſed ſecundum quid.

Tu tamen aduerte,ꝙ licet omnia trãſcendẽtia proprie conſequantur ens reale,tamẽ extenſo termino & impro prie.& ſm uſum loquendi ſolẽt applicari enti,& nõ enti, enti reali,et enti rationis,nam dicimus unum lapidem u nam negationem,unã ꝓuationẽ.Idẽ dico de uero qđ ap plicatur enti reali & enti rationis,& priuationi. Idẽ dico de Bono,nã ſolemus dicere,hæc nox eſt bona.Hæc eſt bo na febris &c.Idẽ intellige de re & de aliquo, ut exẽplifica ui.Sed de his applicationib' i ꝓprijs metaphyſic' nõ cu rat,ſufficit.n.ſibi,ſi ſeruat proprium ſignificatum & pro

priam applicationem termini. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.5.ſi ens prædicatur quidditatiuę de paſſionibus ſuis & de ultimis differentijs.

CIRCA hanc quæſtionem aduerte ꝙ Thomiſtæ penitus diſſentiunt à Scotiſtis. Pertractabitur igitur. Primo opinio Thomiſtica. Secundo opinio Scotiſtica. Tertio ſoluentur rationes eorum.

Quantũ ad primum pono hanc ꝯclonem, ens prędicatur quidditatiuę.i.in primo modo per ſe de differẽtijs ultimis & de ſuis paſſionib. Hãc ſolẽt Thomiſtę ꝓbare uarijs rõnibus,nunc adducentur tres,quæ reputãtur firmiores.

Prima ſumpta eſt ex.3.lib.metaph.tex.10. phs illic ꝓbat ens nõ eſſe genus, eo ꝙ non ꝑdicatur genus de differentijs ſuis.Sed ens ꝑdicatur de differentijs ſuis, eo ꝙ nihil ſubterfugit prædicatione entis.ergo ens non eſt genꝰ. Modo quęro quõ maior ſit uera. Nã ſi intelligatur de illa ꝑdicatione identica, eſt falſa. qm̃ cum genus & dr̃ia ſint idem realiter,hęc eſt uera identicę. Rationale eſt animal. & econuerſo,ſi aũt intelligatur de prædicatione quidditatiua & formali,ſic eſt uera,ut declarauimus in lib.3. in q. 2.ergo in eodem ſenſu debet ſubſumi minor.ſ.ens prædicatur formaliter de differẽtijs, alr ratio phi nõ ꝯcluderet. ſed eſſet ex quattuor terminis, eo ꝙ in maiore ſtaret pro ꝑdicatione formali,in minore aũt pro idẽtica, quam Scotiſtę appellant realem uel eſſentialem. Et hanc rationem reputamus euidentem ſtante auctoritate philoſophi.

Secunda ratio. Omne ſuperius prædicatur de ſuis inferioribus in quid, ergo formaliter, nam ẽt apud Scotiſtas prædicatio quidditatiua & formalis idem ſunt. Sed ens eſt ſuperius ad ultimas dr̃ias, quia eſt uniuerſaliſſimum prædicatum,ergo prædicatur de illis quidditatiuæ.

Huic rationi reſpondent Scotiſtæ. & dñt ens non eſſe ſuperius ad oĩa formaliter. ſed tm̃ ad ens creatum & increatum.& ad 10.ꝑnta.& ad partes eſſentiales. quæ ſunt

genera & ſpecies,eo ꝙ de omnibus his prædicatur quidditatiuæ,quantum autem ad differentias ultimas. & ad paſſiones ſuas dicunt, ꝙ eſt ſuperius tantum uirtualiter, eo ꝙ cõtinentur in his, de quibus prędicatur formaliter, puta paſſiones entis reperiuntur in ente creato & increato. & differentiæ continentur in ſpeciebus.

Sed contra: Tam paſſiones entis q̃ differentiæ ultimæ ſunt diffinibiles,uel ſaltem deſcriptibiles,ergo diffiniũtur uel deſcribũtur formaliter per ens uel per nihil, quoniam non datur medium, inter ens communiſſimum & nihil, non eſt dicendum quòd per nihil. ergo per ens, prædicatur ergo ens quidditatiuæ de differentijs ultimis & de paſſionibus ſuis; quoniam omne diffiniens ſiue deſcribens ſaltem intrinſecum prædicatur in primo modo per ſe.

Tertia ratio quæ probat particulariter de paſſionibus entis. unum in ſuo conceptu dicit indiuiſionem ex.10. metaph. Quęro ergo aut dicit indiuiſionem tm̃,aut ultra indiuiſionem, dicit in ſuo conceptu aliquod poſitiuum. non primum.qm̃ ſola negatio nõ poteſt eſſe paſſio entis, ergo ſcd̃m. Sed illud poſitiuum non eſt niſi ens.qm̃ nihil eſt cõe omni enti,niſi ens.Cũ igitur unum & reliquæ paſſiones entis cõueniant omni enti,ſequitur ꝙ ens ſit de formali cõceptu earum,ex cõſequenti prædicatur de eis q̃dditatiuę. Ad hanc rõnem dicunt Scotiſtæ.ꝙ licet ens poneretur in conceptu unius,adhuc non prędicaretur de eo quidditatiuę.i.in primo modo per ſe,qm̃ paſſio diffinitur per ſubiectum, ut per additamentum ex.7.metaph. Huiuſmodi autem diffinientia non prędicantur per ſe primo modo,ſed ſolum diffinientia intrinſeca & eſſentialia.

Sed hæc reſponſio non eſt ad mẽtem ph̃i,qm̃ in.1.poſ. cap.de modis per ſe.Non ponit in primo modo ſolum diffinientia intrinſeca eſſentialia.ſed dicit ul'ter & quæcunq; inſunt rõne dicente,quid eſt.& dat exemplum de pũcto, qui licet ſit terminus lineæ,nõ tamen eſt de eſſentia eius, ſicut nec inſtans eſt de eſſentia temporis.

Pręterea nõ recte fundant ſe ſuper ph̃m in 7 metaph

Non enim ponit diffinitionem additamētū,niſi in accidē tibus.& pro rei ueritate non utimur diffinitione per addi tamentum,niſi in accidentibus,uel in ſubſtantiјs,quæ ha bēt rōnē partis.ut quādo diffinimus animā per corpus,ſi cut diximus in noſtro epitomate ſuper.7.metaph.Cōſtat autem ꝙ paſſiones entis non ſunt accidentia, nec habent rationem partis.ergo non diffiniuntur per additamētū. Tenendum eſt ergo in uia Thomiſtica ꝙ ens eſſentialiter quidditatiuę & in primo modo per ſe,prædicatur de paſ ſionibus ſuis,& ultimis differentijs.

Quantum ad ſecundum aduerte,ꝙ Ant.And.in lib.4. metaphy.q.3.concordans cum Scoto in 1.ſent.di.3.q.3. tenet partem negatiuam,uult tamen ꝙ prædicetur de eis eſſentialiter ſiue realiter.Appellat autem Scotus prædica tionem qdditatiuam. eam quæ eſt in primo modo per ſe, quæ apud ipſum dicitur formalis,ſm quam ſola diffinien tia eſſentialia pdicantur de diffinito. Appellat prædicatio nē eſſentialē pdicationē idēticā.quādo prædicatū eſt idē cū ſubiecto,nō tamen eſt diffinitiuum ſubiecti,ut hæc eſt prædicatio eſſentialis.Motus eſt actio.uult ergo Scotus, quod ens non ingrediatur formaliter conceptum unius; nec conceptum ultimę differentiæ,& quando prædicatur de paſſionibus ſuis et de differētia ultima, ſit pdicatio idē tica,& non quidditatiua.Et quo ad ultimas differentias probat,Ant.And. in 4.metaphy.q.3.duplici ratione.

Prima ratio ſint duæ differentiæ A et B,tunc uel A et B includunt ens quidditatiuę,uel non, ſi non habetur ppo ſitū,ſi ſic,cū nō ſint omnino idē,inter ſe habent, quo con ueniunt,& quo differunt.ergo A & B,nō erunt primo di uerſa,nec erunt ultimæ differētiæ,ſed differētes.ergo diffe runt alijs differentijs.Sint illę aliæ C & D, tunc arguitur de iſtis ſicut de pioribus,quia uel includūt ens quidditati uę,uel nō,& ſic pcedēdo,uel erit ire i infinitum in differē tijs.uel ſtabitur ad aliquas nō includentes oīno ens quid ditatiuę,quod eſt propoſitum,quia ſole ille erunt ultimę.

Secūda ratio.Sicut eſt in cōpoſitione reali ita eſt in cō

poſitione conceptuum. quia ſicut ens cõponitur ex actu & potentia in re, ita conceptus compoſitus per ſe unus, cõponitur ex conceptũ potentiali & actuali, ſeu determinabili & determinante. Sicut ergo reſolutio entis compoſiti ſtat ultimo ad ſimplr ſimplicia .ſ. ad actum ultimum, & potentiam ultimam, quæ ſunt primo diuerſa, ita ꝙ nihil unius includit aliquid alterius, alioquin nec hoc eſſet primo actus, nec illud primo potentia, nam qđ includit aliquid potentialitatis, non eſt primo actus, nec econuerſo. Similiter oportet etiam in conceptibus, ꝙ oīs conceptus compoſitus per ſe unus, reſoluatur in conceptum determinabilem & determinantem, ita ꝙ illa reſolutio ſtet ad cõceptus ſimplr ſimplices .ſ. ad conceptum determinabilem tm̃, qui nihil determinans includit. & ad ꝯceptum determinantem tm̃, qui nihil determinabile includit, cõceptus ille determinabilis, eſt conceptus entis, conceptus autem determinans, eſt ꝯceptus ultimæ differentiæ. Iſti ergo cõceptus erunt primo diuerſi. ita ꝙ unus nihil includit alterius. & ſic ens nõ poterit ꝑdicari inquid de ultimis dr̃ijs.

Quantum autem ad paſſiones probatur propoſitum tribus rationibus.

Prima ratio ſubiectum ponitur in diffõne paſſionis, ut additum ex 7. metaph. ergo nõ prædicatur in primo modo per ſe. quia talis prædicatio eſt ꝑ intrinſeca, & quidditatiua prædicata, quæ ſunt de rei eſſentia. Sed ens comparatur ad unum ſicut ſubiectum ad paſſionem ergo &c.

Scđa rõ ens diuiditur ſufficienter, in ens creatum & ens increatum, & in 10. ꝑnta, & in partes eſſentiales, & de his oībus quidditatiuę ꝑdicatur, cũ ergo paſſiones entis non contineantur ſub aliquo diuidentium, ſequitur ꝙ ens nõ ꝑdicatur q̃dditatiuę de eis. Qđ autem non contineantur ſub aliquo uno diuidentium, ꝓbatur. nam ſi unũ contineretur ſub ente increato. ergo oē unũ eſſet increatũ & ſi ſub ente creato, ergo oē unum eſſet creatum, & cum unũ conueniat Deo. ſequitur Deum eſſe creatum, & quod dico de uno, intelligendum eſt de alijs paſſionibus entis.

Quare & cætera.

Tertia ratio. ſi unum quidditatiuę includit ens, q̄ro aut includit ens p̄ciſe, aut aliquid ultra, nō primum, q̄a idem eſſet dicere, ens eſt unū. & ens eſt ens. Si ſcd̄m, quæro illud ultra, aut includit ens, aut non, ſi includit. ergo unum bis includit ens. ſi non, ergo illud erit paſſio entis, & ſic q̄cq̄d dicatur eſſe paſſio entis, non includet ens quidditatiuę.

Quantum ad tertium ſoluendę ſunt rationes pręmiſſę. Ad primam. de drījs dico, ꝙ A & B, includunt ens quidditatiuæ, & ꝙ conueniunt in ente, & ꝙ diſtinctę ſunt. Sed nego ꝙ differant, & quin ſint primo diuerſę. Ad hoc. n. quod ſint primo diuerſę, non eſt neceſſe. ꝙ in nullo conueniant aliter decem p̄nta non eſſent primo diuerſa, quia cō ueniunt in ente & in paſſionibus entis, ſed ſufficit ꝙ non conueniant in aliquo uniuoco, nego ergo illam ꝯñtiam, ergo A, & B, non erunt primo diuerſæ, nec ultimæ drīæ, ſed differentes, immo non erunt differētes. ſed ſunt quib⁹ aliqua differunt, & ſic non oportet aſſignare alias drīas, quibus differant A, & B, & per ꝯñs nō eſt procedere in infinitum. Tu tamen aduerte ꝙ in uia Scoti, tenētis ens uniuocum hæc ratio eſſet difficilis ad ſoluendum. q̄m nō poſſet ſuſtineri ꝙ eſſent primo diuerſæ, apud nos autem conuenientia in analogo non repugnat primo diuerſis.

Ad ſecundam, nego ſil̄itudinem, ad ꝓbationem nego illam ꝯñtiam, quæ ſtat ī hoc, ſicut reſoluitur ultimate ens compoſitum in ſimpl̄r ſimplicia, ſic oportet conceptū cō poſitum ultimate, reſolui in cōceptus ſimpl̄r ſimplices, ita ꝙ unus nihil includat alterius. Hoc inquam nō ſequitur. q̄m licet non repugnet dari in entibus duo ſimpl̄r ſimplicia, tñ repugnat in conceptibus. q̄m omnis conceptus reſoluitur in conceptum entis, qui ingreditur quécūq; aliū conceptum. Sicut omnis ueritas complexa, ad ueritatem primi principij cōplexi reſoluitur. Negatur igitur, ꝙ poſſint dari duo cōceptus ſimpl̄r ſimplices, ita quod unus nihil includat alterius, & ſi dicas. ergo non dabuntur duo conceptus primo diuerſi, nego ꝯñtiam. q̄m cōuenientia

in ente,non impedit primo diuerſa,cum non ſit uniuoca, ſed analoga conuenientia,alioquin Deus & creatura.non eſſent duo prima diuerſa.

Ad primam rationem de paſſionibus, nego conſequentiam, quoniam in primo modo per ſe ponuntur omnia diffinientia,ſiue intrinſeca,ſiue addita. quoniam dato ꝙ ſint extra eſſentiam diffiniti,ut ſubiectum extra eſſentiam accidentis,non tamen ſunt extra rationem quidditatiuā, eo ꝙ ex natura ſua,ſic ſunt diffinibilia.Præterea poteſt negari antecedens,quoniam non eſt uerum, niſi de paſſionibus determinati generis, & quæ realiter diſtinguuntur à ſubiecto, ut riſibile in homine.In pasſionibus tranſcendentibus,quæ diſtinguuntur tantum ratione ab ente,antecedens non eſt uerum.

Ad ſecundam nego antecedens,diuiditur enim ens per unum & multa,& priuſquam per creatum & increatum, & per decem prędicamenta.ut dicemus infra. Vnde ſicut ens prius diuiditur in tranſcendentia, ſic prius quidditatiuę prædicatur de tranſcendentibus.

Ad tertiam.Dico, ꝙ includit aliquid ultra.ſ.in diuiſionem,& cum quæritur ſi illud additum includit ens, dico ꝙ non quia eſt negatio,& cum infertur. ergo illud additum eſt paſſio entis, nego conſequentiam,quoniam paſſio entis non eſt indiuiſio,ſed ens,ut ſtat ſub indiuiſione. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Q.ō.6.: Qm̄o ordinandæ ſunt paſſiones entis, quæ ſunt tranſcendentia ſcd̄m prius & poſterius.

IN hac quæſtione, duæ uiæ pertractandæ ſunt, prima eſt uia b.Tho.ſecunda eſt uia Scoti.Prius igitur pertractabitur uia B. Thomam, pro cuius reſolutione, duo principaliter agenda ſunt.Primo ponitur quædam diſtinctio.Secundo ponentur reſponſiue concluſiones, cū probationibus ſuis.

Quantum ad primum aduerte,ꝙ ordo in tranſcendentibus,pōt duplr̄ conſiderari.Primo quantum ad res ſignificatas. Secundo quantum ad rationes formales,ſub hoc

ſenſu.Cuius tranſcendentis ratio, prius appræhẽdatur ab intellectu procedente ordinate à conceptu entis ad conceptus alioꝝ tranſcendentium,& quidem quãtum ad res ſignificatas,nullus eſt ordo inter ea, qm̃ hm̃oi ordo ſupponeret diſtõnem realem,cum ſit relatio realis,quæ requirit extrema diſtincta realiter,ut dicemus in lib. 5. Sed tranſcendentia non diſtinguuntur realr̃ ab ente.ut ſupra diximus,nec realiter inter ſe,eo ꝙ ſi ſunt idem i ente , ſunt idẽ inter ſe , ergo quo ad res ſignificatas nullus eſt ordo inter ea.Quantum aũt ad rationes formales , non inconuenit eſſe ordinem inter ea , nam cum primum qd' concipimus ſit ens,merito dubitari põt,ſi poſt ens immediate concipimus unum,uel ueꝝ,uel bonum.In hoc igitur ſenſu quęrimus,qũo ordinantur paſſiones entis ſm̃ prius & poſteri⁹.

Quantum ad ſecũdum aduerte ꝙ ex hac diſtinctione manifeſtabuntur quattuor concluſiones.

Prima concluſio.unum ſm̃ rationem formalẽ eſt prius alijs paſſionibus tranſcendentibus,& probatur ſic,unum eſt primum poſitiuum,quod cõcipimus immediate poſt ens,ergo &c. Probatur aſſumptum, nam primum quod concipimus eſt ens,ex cõi ſnia,ſm eſt nõ ens,quia ex oppoſito cognõſcitur oppoſitum,ergo ex ente,non ens,tertium eſt diuiſio,nam cognito ꝙ ens non eſt,non ens,ſtatim appræhendimus diſtõnem inter ens,& non ens, cum ſint oppoſita,quartum eſt indiuiſio, qm̃ omne ens in ſeipſo indiuiſum,eſt aliquo modo idiuiſionis, unde dicit pħs in 10.metaph.tex.7.quod non eſt unum,non eſt ens, qntum eſt conceptus unius, cum.n.omne ens ſit diuiſum à non ente & indiuiſum in ſeipſo,ſequitur ꝙ poſt ens,concipimus unum.Notanter dixi. Primum poſitiuum,quod ꝯcipimus ímediate poſt ens,qm̃ ante unum apphenditur diuiſio entis,ã non ente.& indiuiſio in ſeipſo.Sed hęc nõ dicunt aliquod poſitiuũ ut patet,qm̃ diuiſio dicit negationẽ unius de altero.&indiuiſio dicit negationẽ negatiõis.

Secunda ꝯclõ.Poſt unum ſtatim appræhendimus aliquid.nã declaratum eſt , ꝙ apphendimus unum ex eo ꝙ

appræhendimus

appræhendimus ens indiuiſum in ſeipſo, ergo ex ꝯñti & imediate apphendimus ipm diuiſum à quolibet alio. Sed in hoc ſtat rō ipſius aliqd. Dr̄.n.aliqd, quaſi aliud qd, uñ ſi duo eſſent idē realr̄, unum non poſſet dici aliqd comparatū alteri, ſicut ſi compararetur hō rōnali non eſt aliqd.

Tertia ꝯclō. Poſt ly aliqd, immediate cōcipitur res, qm̄ dr̄ res à ſua ꝑpria quidditate uel eſſentia, unūquodq; aūt ꝑpriam eſſentiam hēt, inquantum eā habet ut indiuiſam in ſe. & diuiſam à quolibet alio. Alioquin ſua eſſentia nō eſſet ſibi propria, ſed cōis, ergo poſt aliquid cōcipitur res.

Quarta ꝯclō. Conceptus ueri eſt prior conceptu boni, nam qualis eſt ordo inter intellm̄ & uoluntatem. talis eſt inter eoꝝ oba, ſed intellꝰs eſt prior uoluntate, cū ſequatur appræhenſionem intellꝰs, ergo ueꝝ, quod reſpicit intellm̄, eſt prius conceptum, quam bonum, quod reſpicit uoluntatem. Præterea uliora ſunt priora in appræhenſione nr̄a ex 1. phy. tex. 3. ſed uerum eſt ulius bono, eo ꝙ conſequitur ens abſolute. Bonum aūt conſequitur ens actu, ut dictum eſt ſupra. ergo bonum eſt poſterius uero, ſm̄ conceptum, & ſic patet ſm̄ uiam Thomi. qualis ſit ordo non realis, ſed ſm̄ ordinatam appræhenſionem intellꝰs, inter ens & paſſiones ſuas. & inter eas adinuicem comparatas.

Poſita uia Thomi. inueſtigandum eſt, quid circa hoc ſentiant Scotiſtæ, aduerte igitur, ꝙ ipſi ſequentes uiā Scoti in 1. di. 8. q. 3. & in quolibet. q. 5. prius diuidunt ens per quantum & non quantum, q̄ per unum & multa. & pro euidentia huius opinionis tria agenda ſunt. Primo declarabitur talis opinio. & adducētur ꝑcipuę rōnes ſuę. Tertio arguetur ꝯtra hanc opinionem. & ſoluentur rationes ſuę.

Quantū ad primū aduerte, ꝙ Scotus ubi ſopra diuidit ens reale uliſſimū prima diuiſione, ꝑ quantū & non quātū. Deinde ens quantū, ꝑ finitū & infinitū. Deinde ꝑ unū & multa, ita ꝙ apud eum. diuiſio ꝑ unum & multa eſt in tertio loco, & apud b. Tho. eſt in primo loco. Declarat aūt Scotus, qūo ſumat ly quantū, & intendit ꝑ quantū quantitatem uirtualē, q̄ eſt rei perfectio, & nō quantitatem di-

menſiuam. & ꝑ infinitũ intendit ens infinitæ ꝑfectionis qualis eſt Deus, & ꝑ finitũ intendit ens finitæ ꝑfectionis, q̃lis eſt hõ & lapis. Intendit ergo Scotus, ꝙ ens reale diui datur ꝑ quantũ & non quantũ, q̃m entium quoddã dicit aliq̃ ꝑfectionem formal̃r, ut ſuba, q̃litas &c. Quoddã nul lam ꝑfectionẽ dicit formal̃r, ſed identicę tm̃, ut relatio, nã ſi relatio diceret formal̃r aliq̃ ꝑfectionẽ, in diuinis aliq̃ perfectio eſſet in p̃re, quæ non eſſet in filio, dicit tñ relatio in Deo aliq̃ perfectionẽ, prout idem eſt cũ eſſentia. & ut ſic eſt in filio, ens aũt quãtum ꝑfectional̃r, aut dicit perfe-ctionem infinitã, aut finitã. Poſita hac declaratione addu co rõnes Scotiſtarum principaliores ad hoc propoſitum.

Prima ratio, ens prius diuiditur in ea, q̃ ſunt cuilibet enti magis intima. Sed finitas & infinitas uirtualis ſunt ma gis intima cuilibet enti, quam unitas & multitudo, ergo prius diuiditur per finitũ & infinitũ, q̃ ꝑ unum & multa. Maior eſt euidens. Ideo.n. prius diuiditur genus ꝑ dr̃ias eſſentiales, eo ꝙ intimiores ſunt & priores, q̃ ꝑ ꝓprietates, quæ conſequuntur dr̃ias. Minor aũt ꝓbatur, finitas & in-finitas ꝯueniunt rei ineſſe q̇dditatiuo. & in primo modo ꝑ ſe. eo ꝙ duæ entitates uel q̇dditates p̄ciſæ ſumptæ. & ad inuicem cõparatæ, una eſt ꝑfectior altera, ſe hñt.n. rerum q̇dditates, ſicut numeroꝝ ſpẽs ex 8. metaph. & p̄terea cõ-ſtat. ꝙ humanitas p̄ciſe ſumpta, eſt nobilior equinitate, er go finitas & īfinitas ꝯueniũt rei, ineſſe q̇dditatiuo. Vnitas aũt & multitudo, ꝯueniunt in ſcd̃o mõ ꝑ ſe, cũ ſint paſſio nes entis. ergo intimius inſunt enti, ex ꝯſequenti prius di uiditur ens in finitum & infinitum q̃ in unum & multa.

Secũda ratio. finitas & infinitas perfectionis, ſupponũ-tur unitati & multitudini, ergo prius diuidunt ens q̃ unũ & multa. Añs probatur. perfectius eſt eſſe unum q̃ mul-ta, aliter in ꝓma cauſa, potius poneretur multitudo q̃ uni tas. cum in illa ponatur ſumma perfectio. ergo unum ſup ponit perfectionem. & per conſequens poſterius ſequitur ad ens q̃ finitum & infinitum ſ̃m perfectionem.

Quantum ad tertium, arguitur contra hanc põnem ſic

unumquodq; eſt finitũ uel infinitũ pfectionalr,inquantũ eſt pfectũ,ibi.n.agitur de quãtitate pfectionali,unũqdq; intm̃ pfectum inquantũ bonũ,rõ.n. pfectiui eſt rõ boni, unũquodq; intm̃ bonũ inquantũ habet eſſe, nam prima perfectio eſt eſſe. Quæ.n.nullũ hñt eſſe ſunt in pura potẽtia.& p ↄñs oĩno imperfecta.ergo finitũ & infinitũ ſupponunt eſſe,ex ↄſequenti poſterius conſequuntur ens q̃ unũ & multa, eo q, unum conſequitur ens ſimpliciter, finitũ aũt & infinitum,ſicut & bonum,conſequuntur ens actu.

Ad primam igitur rõnem rñdeo.& nego minorem. Ad probationem, nego q finitas & infinitas conueniant rei in eſſe qdditatiuo, pſcindendo ab oĩ eſſe actuali.& cũ pbatur qm̃ duæ quidditates præciſæ ſumptæ, una eſt perfectior altera nego. immo ut ſic nulla eſt perfectior altera. & cum dr.qm̃ quidditates rerum ſe hñt ut numeri &c. ex hoc non hr q una ſit pfectior altera formalr & ex ſe, niſi forte fundamentalr,put una puta humanitas eſt apta recipere nobilius eſſe q̃ equinitas.pp qđ ↄcludo, q cũ pma perfectio ſit ipſum eſſe, p qđ res eſt primo bona,q finitũ & infinitũ ↄueniunt enti,poſt conceptũ boni. eſt.n.neceſſe prius concipere rem bonã,q̃ bonam finitæ uel infinitę. Hoc.n.eſt ex additione ad bonum abſolutæ ſumptum.

Ad ſecundam,nego añs,ad probationem,nego q unũ præciſæ ſumptum ut abſtrahit à quolibet eſſe,ſit perfecti⁹ q̃ multa. & cum probatur. qm̃ aliter multitudo potius q̃ unum poneretur in prima cauſa, hæc probatio nihil ualet.qm̃ non ideo unitas ponitur in prima cauſa,quia præciſę ſumpta ſit perfectior.ſed quia perfectius eſt hre eſſe in diuiſum,q̃ diuiſum ſiue partitum.& ſic patet q, unitas ſumit perfectionem ab eſſe. Vnde ex ſe non eſt perfectior,niſi fundamentalr,ut dixi de quidditate præciſæ ſumpta.

Alś rõnes ſolent adducere Scotiſtæ, quæ paꝝ ualent in uia nr̃a,puta q eſſentialis pfectio rei, eſt idẽ cũ re realr & formalr,eo q, ↄuenit rei in ſuo eſſe quidditatiuo, utrunq; hoꝝ eſt falſum in uia nr̃a.qm̃ eſſe rei eſt ſua pfectio eſſentialis.& eſſe i oĩ creato diſtinguitur realr & formalr ab eo

cuius eſt eſſe, ſimiliter falſum eſt ut diximus ad primam rationem, ꝙ perfectio conueniat rei in ſuo eſſe præciſæ quidditatiuo. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Q.6.7. ſi unum tranſcendens. & unum quod eſt principium numeri ſunt idem.

CIRCA hanc q. quattuor agenda ſunt. Primo ponetur quædam diſtõ. Secundo recitabitur opinio Auic. Tertio arguetur contra eum. 4. recitabuntur rationes Auicennæ & ſoluentur.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ aliqua poſſunt eſſe diſtincta dupliciter, primo quia ſunt duæ res, & una non eſt altera, nec prędicatur de ea, ut duę ſpẽs, duo indiuidua eiuſdem ſpeciei. & hoc modo clarum eſt ꝙ unum tranſcẽdens, & uuum quod eſt principium numeri, non diſtinguuntur, qm̃ licet unum numerale non prædicetur ſaltẽ directæ de uno tranſcendenti. tamen unum tranſcendens prædicatur directe de uno numerali, nam unum numerale eſt ens. ergo eſt unum tranſcendenter. Probatum eſt. n. ſupra, ꝙ ens & unum ſunt cõuertibilia ſm prædicationẽ. ſecundo, aliqua diſtinguuntur, quia comparata tertio ita ſe hñt, ꝙ unum nihil reale addit ſuper tertium. alteꝝ aũt aliquid reale addit, ut ſi homo & ſenſitiuum comparẽtur aĩali põt dici ꝙ homo diſtinguitur à ſenſitiuo. qm̃ ſenſitiuum nihil reale addit ſup aĩal. hõ aũt addit rõnale. & hoc modo inueſtigandũ eſt. ſi unum tranſcẽdens & unũ numerale diſtinguuntur, uel ſunt idem. nam ſi unum numerale nihil reale addit ſup ens, ſicut non addit unũ tranſcendens ꝓfecto eſſent idem. Si aũt addit, non ſunt idem. Quid uero addat ens numerale, dicemus in q. ſequenti.

Quantum ad opinionem Auic. aduerte ꝙ, nõ inuenies eã eo mõ quo allegatur à Cõmen. in hoc 4. lib. Cõmen. 3. ubi inqt, & ẽt qa exiſtimauit, ꝙ unũ, dictũ de oĩbus ꝑntis eſt illud unũ. qđ eſt principium numeroꝝ. Numerus aũt eſt accñs. uñ exiſtimauit ꝙ hoc nomẽ unũ ſignãt accñs ĩ entibus. Cõmenta. ↄcordat b. Tho. exponẽs text. tertium ego aũt in tota metaphy. Auic. duo tm̃ dicta inuenio. q

vñr aliquatenus tãgere ꝓpoſitum.licet impfectæ. Primũ dictum eſt in 3.lib.ſuæ metaph.cap.2.ubi ſic dicit. Dico igitur ꝙ unitas dr̃ de accñtibꝰ uel de ſuƀa, cũ dr̃ de accñti bus.non eſt ſuƀa & hoc non eſt dubium,cum uero dr̃ de ſuƀijs,non dr̃ de eis,ſicut genus,nec ſicut dr̃ia.Nõ.n.reci-pitur in certificatione quidditatis alicuius ſuƀarũ. Sed eſt quodã comitans ſuƀam,ſicut iã noſti.Nõ ergo dr̃ de eis,ſi cut genus,nec ſicut differẽtia, ſed ſicut accñs.uñ unũ eſt ſuƀa,unitas uero eſt intentia,quæ eſt accñs.In lib. aũt.7.ĩ ca.1.ſic dicit,ſcias aũt ꝙ unum & ens parificantur in ꝑtio ne ſui de rebus.ita ꝙ de quocũꝗ dixeris ꝙ eſt ens uno re ſpectu,eſt unũ alio reſpectu.nam quicquid eſt,unum eſt, & iõ forte putatur, qa id qđ intelligitur de utroꝗ,ſit unũ & idem.Sed nõ eſt ita,ſunt aũt unum ſuƀo.ſ.quia in quo cunꝗ eſt hoc,eſt & illud,hæc ille nec aliud inuenio.

Quia tñ credere debemꝰ. ꝙ Cõment. & b.Tho.uerę & fidelr̃ adducant ſniam.Auic.ſiue eã extraxerint ex ſua me taphy.ſiue ex alio loco,& optimæ cognouerint fundamẽ ta,qbꝰ mouebatur ipſe Auic.ideo arguendũ eſt ꝯtra ipm̃.

Primo igitur arguitur ſic.Qđ eſt determinati gñis, nõ eſt paſſio entis tranſcendẽtis,nã paſſio eſt conuertibilis cũ ſuƀo,eo ꝙ fluit à ꝑncipijs ſuƀi.Sed unũ numerale eſt de-terminati gñis reductiuæ,eſt.n. in gñe quantitatis,ſicut numerꝰ quãtitatiuus.ergo nõ eſt paſſio entis trãſcẽdẽtis, ſed unum tranſcendens eſt paſſio entis. ut declaratũ eſt ſu pra,& ꝑcipue quia eſt equale enti ſm̃ ꝑtionem. ergo unũ tranſcendens & unum numerale non ſunt idem.

Secundo.Qđ eſt unius ꝑnti, non reperitur in oĩ ꝑnto, alr̃ ꝑnta non eſſent impmixta,ſed unũ numerale eſt unius ꝑnti.ſ.quãtitatis,ſicut & numerus.unũ aũt trãſcẽdens iue nitur in oĩ ꝑnto. cũ ſit æqualis ambitus cũ ente ergo &c.

Tertio.Añ oẽm quãtitatẽ,res põt intelligi una.ergo nõ oĩs unitas eſt dẽ gñe quantitatis ꝯñtia nota. Añs ꝓbatur. Quęlibet res ꝑ eſſẽtiã ſuã ẽ indiuiſa in ſe,& diuiſa à quoli bet alio.ergo circũſcripta oĩ ꝗtitate,põt itelligi una. Pręte rea.Intelligẽtia ſolis eſt una. & nõ unitate quãtitatiua, cũ

ſit penitus inextenſa ergo &c.

Nunc ſupereſt adducere rõnes Auic. & ſoluere. Tu igr̃ aduerte ꝙ tam ex.3.ſuæ metaph. ꝗ ex Cõment. hic in 4. cõmen.3.& b. Tho. exponente, reducuntur ad tres.

Prima, unũ non eſt genus, nec dr̃ia entis, nec ponitur in diffinitione quidditatiua alicuius ſubſ̃ę. ergo eſt accñs.

Rñdetur. Accñs eſt duplex. ſ. p̃ntale & p̃tiuum, p̃ntale eſt illud, qđ ponitur in aliquo nouẽ gñum accidentiũ, & ſic nego ꝯñtiam, p̃tiuum eſt omne illud. qđ non p̃tur de re in p̃mo modo ꝑ ſe. & dr̃ p̃tum extraneũ. i. quod non ingreditur formalẽ rõnem rei. & ſic ꝯcedo ꝯñtiam. qm̃ unũ non p̃tur de ente, nec de alijs in p̃mo modo ꝑ ſe, ideo põt dici accñs p̃tiuum, nec eſt neceſſe hmõi accñs. addere aliquid reale ſuꝑ nãm rei, cuius eſt accñs, addit aũt aliquid reale accñs p̃ntale. et in hoc deceptus fuit Auic. q credidit ut inqt Cõment. hic in cõmen.3. ꝙ ens & unũ dicant diſpoſitiones additas eſsẽtię rei, ita ꝙ dicãt aliqd diſtinctũ ab eſsẽtia rei, qđ eſt falſum & p̃cipuę de uno trãſcẽdẽti, qđ ut declarauim⁹ ſupra, nihil addit ſuꝑ ens niſi i diuiſionẽ.

Scđa ſi eſt idem aliquid eſſe ens, & unum, ergo eſt nugatio dicere ens unum. qm̃ per ly unum non dr̃ niſi ens ſm̃ te. idem ergo eſt dicere ens unum et dicere ens ens.

Rñdetur. Ad hoc dicit Cõment. in cõmen.3. ꝙ non ſequitur nugatio. qm̃ licet ſignificent eandẽ eſſentiam, modis tñ diuerſis. i. diuerſa rõne. ideo non cõmittitur nugatio. Decipitur autem Auic. qm̃ non vr̃ facere dr̃iam inter nomina ſignificantia idem, ſm̃ rem & ſecundum eandem rõnem. & nomina ſignificantia idem, ſed diuerſa ratione.

Tertia unũ numerale & unum tranſcendens, ꝑ multiplicationem conſtituunt numerum, qui eſt accñs. ergo ſignificant accidens. Añs probatur. ſicut bis unum numerale conſtituunt binarium, ita bis unum tranſcendens.

Rñdetur, licet utrunque ſit conſtitutiuum numeri, non tñ eiuſdem gñis. nam ſicut duplex eſt unum. & diſtinguuntur, ſicut accñs & non accñs, ſic duplex eſt numerus tranſcendens, qui dr̃ formalis uel eſſentiarũ & hic conſti-

ſtuitur ex unitatibus tranſcendentibus.& non eſt accidēs, ſed abſtrahit à ſuba & accidēte,ſicut ens.& numerus quātitatiuus,q conſtituitur ex unitatibus quantitatiuis.et eſt accñs de pdicamento quātitatis,& nō inuenitur niſi in rebus quātis.eo φ cauſatur ex diuiſione ꝯtinui.ex.3.phyſi. Decipitur ergo Auic.qm̄ opinatur oēm numerū eſſe accidēs,ex ꝯñti oēm unitatē eſſe accñs.& hoc eſt qđ dicit Cōmēt.in cōmen.3.ubi inqt,& ēt decipitur. qa exiſtimauit φ illud unū quod de oībus pntis dr̄,eſſet illud unū,quod eſt principiū numeroꝝ,numerus aūt eſt accñs.unde opinatus eſt iſte.φ unum ſignat accidens hæc Cōmentator.

Alias rationes pro Auic.ſolent aliqui adducere,ut Iandun.in 4.metaph.q.5.quæ nullius ſunt apparentiæ ideo eas pertranſeo. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.8.ſi ratio unius traſcendentis & numeralis eſt formaliter poſitiua uel negatiua.

CIRCA hanc quæſtionem aduerte φ difficultas ſtat in hoc,cum ratio unius diſtinguatur à ratione entis,ſicut ratio ſubiecti.à ratione paſſionis,quæritur quid addat unum ſuper ens.Nam ſi illud additum eſt poſitiuum, cum per ipſum diſtinguatur unū formalr̄ ab ente.ſua ratio erit poſitiua formalit̄.Si aūt additum eſt negatio.rō unius eſt negatiua formalr̄.Nō φ ſit tota negatiua,alr̄ unum eſſet mera negatio.ſed quia formale quo diſtinguitur unū ab ente eſt negatio. Igitur pertractabim⁹ primo de uno tranſcendenti. ſecundo de uno numerali.

Circa rationem unius tranſcendentis,inuenio duas opiniones. Prima eſt Thomiſtica,ſecunda eſt Scotiſtica.

Quantum ad opinionem Thomi. Prępono unam diſtinctionem, Deinde concluſionem reſponſiuam.

Diſtinctio eſt hæc.Ratio unius duo includit.ſ.materiale, per quod non diſtinguitur ab alijs tranſcendentibus, tale.n.ſe habet ut genus & cōe ptum in quo omnia tranſcendentia conueniunt.& formale per quod diſtinguitur ab alijs tranſcendentibus. & ſe habet ut differentia.

Ex hac diſtõne ponam hãc ꝯclõnem rñſiuã. Rõ unius trãſcendentis,quo ad mãle,eſt poſitiua, quo ad formale, eſt negatiua.Prima pars probatur,ens eſt de rõne unius. qm̃ eſt illud in qđ oẽs cõceptus reſoluũtur.& qđ de oĩbus quidditatiuæ p̃dicatur,ut ꝓbatũ eſt ſupra,ꝯtra Scotũ. & non eſt formale in rõne unius.qm̃ ꝑ ens nõ diſtinguitur ab alijs trãſcendentibus.ergo eſt mãle. Sed ens de quo in tendimus hic,eſt poſitiuũ.Intẽdimus.n.de ente reali, qđ eſt ſubm ſuaꝝ paſſionũ.& eſt de quo metaph.ꝯſiderat, ergo ratio unius,quo ad mãle eſt poſitiua. ſcđa pars ſic ꝓbatur,formale incluſum in rõne unius,aut eſt poſitiuum aut negatio,nõ poſitiuũ. qm̃ cum oẽ poſitiuũ ſit ens,erit ẽt unũ,ens.n.& unũ ſunt ꝯuertibilia,ſm p̃tionem, ut dictũ eſt ſupra.Quero ergo de illo uno,aut eſt unũ formalr ꝑ poſitiuũ,aut ꝑ negationẽ,ſi ꝑ negationẽ, eadẽ rõne ſtã dũ erat in primo,ſi ꝑ poſitiuũ,iterũ quero,cum tale poſitiuũ ſit ens,erit ẽt unũ. & ſic uel ꝓcedetur in infinitũ uel dicẽdũ eſt,ꝙ formale in uno eſt negatio,ex ꝯñti rõ unius trãſcẽdẽtis,quo ad formale eſt negatiua.&aduerte ꝙ hec rõ eſt b.Tho.in 1.parte.q.11.art.1.ad primũ, quã traxit à Cõment.in 4.metaph.cõmen.3. Et qm̃ Ant.And.in 4. metaph.q.3.conatur hãc determinationẽ improbare, iõ adducã hic rõnem ſuã ꝑncipalẽ. & ſoluã.Sic igr̃ arguit. Nulla negatio eſt idem realr alicui poſitiuo, qm̃ idem eſſet realr poſitiuum. & realr negatiuum, quod implicat ꝯtradictionem.Sed unum eſt idem realiter enti, quod eſt poſitiuum. ergo unum non eſt formaliter negatio.

Rñdetur. Deceptus fuit Ant.And.in ly formalr,accipit .n.ip̃m,ꝓ tota rõne formali unius.& nõ ꝓ eo ſolo,qđ cõplet rõnem unius.Nã ſic argm̃ ꝯcluderet. Sed nos accipimus ſolũ pro eo qđ cõplet ſtante mãli poſitiuo,ideo ratio ſua nihil ualet,ꝯtra nos.Imaginatur.n.ꝙ dicamus unitatẽ eſſe purã indiuiſionẽ.Sed decipitur.qm̃ apud nos,unitas eſt entitas,ut ſtat ſub idiuiſione. & in hac falſa imaginatione,peccãt aliȩ rõnes ſuȩ,iõ eas p̃termitto. Deinde conatur ſoluere rõnem, ꝑ quam ꝓbauimus ſcđam partẽ cõ

cluſionis.quã diximus eſſe Cõment.& b.Tho. Sed tu illã defende ſicut nos defendimus in hoc 4.lib.in q.3.ubi eã; dẽ rõnem adduximus ad ꝓbandũ hanc ↄclonem, ens & unũ trãſcendẽs,ſunt idẽ realr,ſed diſtinguuntur formalr.

Quantum ad opinionem Scotiſticam aduerte, ꝙ dñt duo,primo dñt,ꝙ unum tranſcendens eſt formaliter poſi tiuum.i.non dicit puram negationem. Quod probant multipliciter.Primo,qa unitas eſt ꝑfectio ſimplr.alr non poneretur in primo ente. Scdo qa priuationes & negatio nes non reducũtur ad unum ſummũ. Sed oẽs unitates re ducũtur ad ſummã unitatem. Tertio quia negationes nõ ſuſcipiunt magis & minus. Sed unum ſuſcipit magis & minus. Quod.n.eſt actu unum,eſt magis unum q̃ quod eſt potentia unũ. Quarto quia numerus cum ſit quid po ſitiuum,nõ poteſt componi ex partibus,quę ſint negatio nes,ergo unum non eſt formaliter negatio.Dñt ſecundo, ꝙ formale importatum per unum eſt poſitiuum. Quod ſic probant. unum eſt paſſio entis. ergo uel rõne funda; menti,uel rõne additi,non ratione fundamenti, qm̃ cum fundamentũ ſit ens,idem eſſet paſſio ſui ipſius.ergo ratio ne additi.ergo additum non eſt negatio, quoniam cum negatio ſit nõ ens,nõ poteſt eſſe paſſio entis.ergo additũ eſt poſitiuum,& ſic patet ꝙ formale in uno, eſt poſitiuũ. Sed ſi aduertis Scotiſtę in primo dicto non attingunt ſen ſum noſtrũ.Nos.n.non tenemus per ly formaliter negati uum,ꝙ unum ſit pura priuatio,uel negatio.Sed ꝙ de ra; tione unius eſt priuatio,ſiue negatio,ita tamen,ꝙ mãle ſi ue fundamentum eſt poſitiuum.& illud eſt ens, formale aũt,quo diſtinguitur rõne ab ente,eſt negatio. Cum igi; tur non attingant ſenſum noſtrum, non ſunt eorũ rõnes ſoluẽdę,ueræ.n.ↄcludũt ꝙ unũ nõ poteſt eſſe mera nega tio,ſm aũt dictũ eorũ eſt falſum,qm̃ ſm uiã noſtrã,id qđ eſt formale.in ratione unius eſt negatio.& dicitur indiui ſio.& ideo reſpondendo rõni ſuæ,negatur diuiſio tanquã inſufficiẽs.Datur.n.tertiũ.ſ.ens ut ſtat ſub illo addito,quę eſt indiuiſio,eſt paſſio entis.unde nõ es ſolum,nec indiui;

ſio ſola. Sed ens ut ſtat ſub indiuiſione,eſt unum tranſcen denter.

Circa rationem unius numeralis,aduerte ꝙ commu ſnia,dr̄ poſitiua formaliter, eo ꝙ addit ſuper ens aliquod poſitiuum reale.quod eſt accidēs,de quo inquit Cōment. in 4.lib.in cōmen.3.& in lib.10.cōmen.5.licet unum qđ eſt ſinonimum enti,ſit ſignificans ſubam rei, tamen unū quod eſt principium numeri dicit accidens.

Quid uero ſit illud accn̄s eſt diſſenſio inter Thomiſtas, nam quidā tenent,ꝙ ſit illud eſſe,quod dat quantitas con tinua rei quāte. Puta ſi quæratur quare lapis ſit unius nu. meraliter, dr̄ quia habet eſſe quantitatiuum indiuiſum, fluens à quantitate cōtinua lapidis,ita ꝙ tandiu lapis erit unus,quandiu eſt indiuiſus.ſi.n.quantitas lapidis diuida tur,fit alterū & alterum eſſe quantitatiuum, ex ꝯn̄ti fiunt duo lapides.Hanc ſnīam vr̄ tenere b.Tho.in 1.ſent.in di. 24.ubi refert opinionem de uno,poſitam ab Auic.& licet improbet ipſum,quantum ad hoc,ꝙ unum numerale nō diſtinguitur ab uno tranſcendenti, non tn̄ quantum ad hoc,ꝙ unitas numeralis eſt eſſe quantitatis continuę.

Quidam aūt dn̄t ut Paulus Soncinas ut patet in quæ ſtionibus ſuis in lib.10.metaph. in q.13.ꝙ unū numera le eſt accn̄s.ſed illud accidens non eſt eſſe quantitatis cōti nuę,ſed eſt ipſa quantitas cōtinua, puta unitas lapidis eſt quantitas continua lapidis.& probat hoc duplici rōne.

Primo,quantitate continua,res eſt indiuiſa in ſe.et diui ſa à quolibet alio, ergo quantitas continua eſt unitas rei quantę.Conſequentia patet,à diffinitione ad diffinitum. Ans̄ probatur.Diuiſibilitas primo conuenit quantitati cō tinuę,ut alias probatum eſt, ergo per quantitatem conti nuam res quāta eſt indiuiſa in ſe,& diuiſa à quolibet alio.

Secundo per ſolam quantitatem continuam, quocun que alio circunſcripto, res quanta facit numerum cum alia. Poſito.n.lapide A.& ſua quantitate continua,ſimi liter poſito lapide B,cōſtituunt binarium, ergo ſola quan titas continua eſt ipſa unitas numeralis.

Verũm quia credendum eſt mentem bea. Tho. fuiſſe, qđ ipſa unitas ſit eſſe idiuiſum quãtitatis cõtinuę, ſtudebim' arguere contra hanc põnem, deinde ſoluemus rõnes ſuas.

Arguitur ergo ſic, nullum ex nã ſua diuiſibile, & cui repugnat indiuiſibilitas, poteſt habere rõnem unitatis, ex diffõne ſua, eſt. n. unum, quod non diuiditur. Sed quantitas continua eſt diuiſibilis, etiam in infinitum, ita quod repugnat deuenire ad indiuiſibilia, ex. 3. phyſico. ergo non poteſt habere rationem unitatis.

Forte reſpondetur, quantitatem continuam duplr conſiderari poſſe. Primo ut habet partem extra partem. et ut ſic eſt extenſa & diuiſibilis, nec ut ſic poteſt habere rõnẽ unitatis. Secũdo ut eſt indiuiſa in ſe & diuiſa à quolibet alio, & ſic habet rationem unitatis.

Sed contra & probatur, ꝙ nec ſecundo modo habet rõnem unitatis, nam quod cõuenit alicui ex ſua ratione formali. & in ſuo eſſe quidditatiuo, quocunqꝫ modo conſideretur ſemper conuenit ei, prædicata. n. quidditatiua ſunt inſeparabilia, & ſm eſſe & ſm cognitionẽ. Sed habere partẽ extra partem, & eſſe diuiſibilem ꝯuenit quãtitati ꝯtinuę ex ſua ratione formali & quidditatiua, ut patet in 6. phyſic. tex. 2. ubi phs diffiniens continuũ dicit. Continuũ eſt, ꝙ eſt diuiſibile in ſemper continua, & nullum continuorũ eſt diuiſibile in ipartibilia, ergo. quãtitas ꝯtinua quocũque modo ꝯſideretur, non poteſt habere rõnem unitatis.

Ad ꝑmam aũt rõnem, negatur antecedens. & probatio ſua nihil ualet, immo potius ſequitur oppoſitum. Nam ex hoc ꝙ diuiſibilitas prima cõuenit quantitati continuę, ſequitur. qđ indiuiſibilitas conſtituens unitatem, non conuenit ei, cum ſit oppoſita.

Ad ſecundam negatur antecedens. et probatio nõ ualet dico. n. ꝙ ſecluſo eſſe indiuiſo dato rei quantę à quantitate ꝯtinua, duo lapides non ꝯſtituũt binarium, qm̃ neuť eorum eſſet unus. Tenẽdum eſt ergo ſm mẽtem b. Thom. unum numerale addere quid poſitiuũ. & illud eſt eſſe idiuiſum quãtitatiuum, quod dat quãtitatis cõtinua rei q̃tę.

Et aduerte ꝙ eiuſdem ſententiæ eſt Capræo i 1.ſen di. 24. q.1.arti.1.improbatione primæ concluſionis.

Sed contra hanc determinationẽ duo inſurgunt dubia, ꝓmum eſt,quia dicit b.Tho.in 4.metaph.lectione ſecunda improbans Auicen.unum quod eſt principium nume ri,addit ſuper ſub̃am,rõnem menſurę,quæ eſt propria paſ ſio quantitatis,quę primo inuenitur in unitate, & dr̃ per priuationem & negationem diuiſioni ſm̃ quantitatem cõ tinuam. Hæc b.Tho.non ergo illud ꝙ addit unum numerale,eſt eſſe indiuiſum &c.

Reſpondetur, non eſt incõueniens ꝙ addat utrunq; di uerſa ratione,nam addit eſſe indiuiſum quantitatis continuę,ut prædicatum eſſentiale de uno numerali.Addit aũt mẽſuram,ut ꝓprietatem cõſequentem & fluentem à prædicato eſſentiali,nam ex hoc ꝙ dicit eſſe indiuiſum, dicit conſequenter rõnem,mẽſuræ,qm̃ ex.10.metaph.tex.3.ne ceſſe eſt mẽſuram eſſe indiuiſibilem aut à nã,aut ex propo ſito,ſiue decreto humano.& ideo primo conuenit uni.

Secundum eſt,ſi indiuiſio eſt de ratione formali, tam unius numeralis,quam unius tranſcendentis, ergo cum indiuiſio ſit negatio.& non quid poſitiuũ.ita ratio unius numeralis erit formalr̃ negatiua,ſicut rõ unius tranſcendentis,cuius oppoſitum determinatum eſt.

Reſpondetur.Ratio unius numeralis,non dicitur poſi tiua formaliter,quaſi non includat negationem, hoc.n. falſum eſt,cum de ratione ſua ſit indiuiſio.Nam quod nõ eſt indiuiſum,non eſt unum.Sed ideo poſitiua formaliter,qm̃ id ꝙ addit ſuper rei ſub̃am,eſt uerę poſitiuum,qua le eſt eſſe indiuiſum quantitatis continuę.Id autem quod addit unum tranſcendens eſt ſola indiuiſio,propterea poſ ſumus ueræ dicere rõnem unius tranſcendentis eſſe formaliter negatiuam, rõnem autem unius numeralis eſſe formaliter poſitiuam,qm̃ additum eſt poſitiuum,licet cõ cipiatur cum negatione.Apphæhendimus.n.ſimplicia ꝑ negationem.Hæc de p̃ſenti quæſito dicta ſint.Et hic terminatur cõſideratio noſtra de paſſionibus entis.

Q6.9.quod ſit primum principium complexum, ſimpliciter primum.

CIRCA hanc quæſtioně duo pertractanda ſunt. Primo. Quod eſt principium primum. Secundo. Quod eſt principium primo primum.

Circa primum inuenio duas opiniones, prima dicit ꝙ principium primum complexum eſt hoc. De quolibet eſt affirmatio uel negatio uera. & id manifeſtare conatur du pliciter, primo. Comment. in 4. metaph. Cōmen. 9. dicit, manifeſtum eſt ꝙ affirmatio & negatio non congregantur ſimul & loquitur de primo principio, ſecundo uel eſt hoc quod dictum eſt, uel eſt illud. Impoſſibile eſt idem ſi mul eſſe & non eſſe. Sed non eſt illud, quoniam neceſſe eſt primum principium eſſe propoſitionem affirmatiuam. nam omni negatiua eſt aliqua affirmatiua prior. Sed hæc impoſſibile eſt &c. eſt negatiua ut patet exponendo, ergo non eſt primum principium, ſed illud. De quolibet &c.

Secunda autem opinio dicit, ꝙ eſt hoc. Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, & probat ex eo ꝙ pħs in 4. metaphy. pertractans de primis principijs, nō dicit aliud eſſe primum & firmiſſimum, niſi hoc, & ꝙ ad ipſum redu cūtur omnia alia unde dicit in tex. 9. Quapropter omnes demonſtrantes, in hanc reducunt ultimam opinionem, nā nanq; principium & aliarum dignitatum hæc oīum. ubi & Commenta. dicit, & ideo hæc dignitas eſt prior omnibus dignitatibus. & cōis naturaliter omnibus. Impoſſibile. n. eſt, ut diſputatio aut ratiocinatio fiat ſine ea.

Et qm̄ hæc ſecunda opinio, uidetur magis ad mentem pħi, ideo ſuſtinemus eā, licet pro ueritate non diſcordet à prima in ſenſu, ſed tm̄ in uerbis. Pro quo aduerte, ꝙ idem principium deſignatur per has duas ꝓpōnes. De quolibet eſt affirmatio &c. Impoſſe eſt &c. ſed diuerſa ꝯſideratione. Nam quia primū principium complexū cōſideratur à logico & à metaphyſico. quoꝝ alter conſiderat res per ſecū das intentiones, alter per primas, ideo logicus enūciat pri mum principium per intētiones ſecundas, ut per affirma

tionem & negationem, metaphyſicus autem enũciat per primas,ut per eſſe & nõ eſſe. Vnde patet has duas opinio-nes diſſentire uerbis & non ſenſu. Nam ex parte rei bene ſequitur. Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, ergo de quolibet eſt affirmatio uel negatio uera.

Quod autem prima opinio dicit hanc eſſe negatiuam. Impoſſibile eſt &c. nõ eſt uerum, qm̃ ſm ſenſum æquipollet iſti, neceſſe eſt, idem non ſimul eſſe, & non eſſe. quæ quidem eſt affirmatiua de modo. Ex ꝯñti non eſt neceſſe qđ habeat. aliquam priorem aut notiorem.

Circa ſecundum aduerte duas opiniones, una eſt Thomiſtaꝶ. Ipſi tenet ꝙ principium primo primum complexum eſt hoc. Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, et fundamentum eoꝶ eſt. qm̃ tres conditiones aſſignate à pħo in 4. metaph. tex. 8. quarum prima eſt ꝙ circa principium primo primum, non contingit deceptio, ꝑꝑ ſui euidentiam, ſecunda eſt ꝙ eius ueritas eſt abſoluta, & non cõditionata, ita ꝙ ſi omnis alia propoſitio eſſet falſa. adhuc principium primo primum eſſet uerum, tertia eſt ꝙ non cognoſcatur per demr̃onem, eo ꝙ principio ꝑmo primo, non poteſt eſſe aliquid notius, ex quo deducatur. Iſtę inq̃ tres ꝯdões non attribuuntur ab Ariſt. ut patet in 4. metaphy. tex. 9. niſi huic complexo. Impoſſibile eſt idem &c. Ergo uel non datur principium primo primũ. & ſic tolletur oĩs demr̃o, uel eſt hoc complexum. Impoĩe eſt &c. Et confirmatur dictõ Cõmenta. dñtis in cõmen. 9. Iſta dignitas eſt prior omnibus dignitatibus, ergo eſt primo ꝑma.

Alia opinio eſt Scotiſtaꝶ. ut patet per Ant. And. in 4. metaph. q. 5. Iſta opinio dicit duo, primo ꝙ principiũ primo primũ ſi datur, eſt hoc cõplexũ, ens eſt ens, ſecũdo ꝙ non eſt hoc. Impoĩe eſt idem ſiĩ eſſe & non eſſe. Primũ dictum ſic probat. De rõne principiȷ̃ primo primi eſt ꝙ habeat terminos, ex q̃bus cõponitur primo primos. & nõ reſolubiles in priores. Sed iſtæ ꝯdões conueniunt huic cõplexo, ens eſt ens. qm̃ ens eſt terminus primo primus. & nõ reſoluitur in priores. ut patet, ergo hoc cõplexũ eſt ꝑn

cipium primo primum,ſecundum aūt dictum ſic probat. Hoc complexū. Impoſſe eſt idē &c.habet terminos reſolu biles in priores conceptus.Nam ly idē,eſt reſolubile in cō ceptum relatiuū, eſt .n. identitate idem,q̄ eſt relatio, & in conceptum abſolutum.i.in conceptum entis.qm̄ idem in cludit ens.ergo non eſt principium primo primum.Præterea.Omni ꝓpōne modali prior eſt aliqua de ineſſe, cum poſſit reſolui in eam,quæ eſt de ineſſe. Sed impoſſibile eſt idem &c. eſt propoſitio modalis . ergo habet priorem ex ꝯn̄ti non pōt eſſe principium complexum primo primū.

Sed ſi bene conſideras iſta opinio non attingit mētem Ariſt. Multum.n.differt,eſſe complexum primo primū. & eſſe principium primo primum.Nam complexum primo primum requirit ꝙ componatur ex terminis primo primis & qui non ſint reſolubiles in priores conceptus & ſit propoſitio de ineſſe & affirmatiua. Principium autem primo primum non requirit de neceſſitate iſta.Sed ſolum tres conditiones ſupra aſſignatas ſm Ariſt. & præcipue, ꝙ ſit illud per quod firmatur ueritas cuiuſcunq; alterius complexi,ſi de eo dubitare contingit, & ſit illud ad quod reſoluitur quodcunq; aliud complexum reſolubile.

Ex his rn̄deo ad rationes Ant. And. & dico ꝙ oēs ſoluuntur hoc uerbo,ly ens eſt ens,eſt complexū primo primum.ſed non eſt principium primo primum,qm̄ nō deducitur ex eo omnis alia ꝓpō, nec ad ipſum eſt ſtatus in demſonibus,imo hoc complexum ens eſt ens,pōt ſuſtineri per hoc principiū.Impoſſe eſt idem ſimul eſſe & nō eſſe, nam oē ens uel ens,uel non ens.uel ens & non ens, nō ſecundū,qm̄ oppoſitū non p̄dicatur de oppoſito, nō tertiū quia impoſſe eſt idem ſimul eſſe & non eſſe.ergo primū,ly aūt impoſſe eſt idem &c.eſt principium primo primū. Sed non eſt complexum primo primum. eo ꝙ termini cōponentes non ſunt primo primi &c.& ſic patet ꝙ Ant.And. in hoc decipitur, quia non ponit dr̄iam, inter cōplexum primo primū. & principiū complexum primo primum.

Ad illam de modali,dico ſilr.ꝙ licet non poſſit eſſe cō

plexum primo primum,non tamen incõuenit ꝙ ſit prin-
cipium primo primum,nec obſtat ꝙ ſit reſolubilis in unã
de ineſſe. Hoc.n.licet tollat rõnem primi complexi,non
tamen rationem primi principij complexi.

Sed aduerte ꝙ contra hanc determinationem inſurgũt duo apparentia argumenta,quorum uno probatur,quod hoc complexum non ſit ueriſſimum, altero ꝙ nõ ſit principium primo primum.

Primo igitur arguitur ſic, poſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe.ergo hoc complexum. Impoſſe eſt idem &c. non eſt uerissimum.Conſequentia nota.Antecedens probatur. Aliquod eſt generabile,quod nunquam generabitur,aliter omnia euenirent de neceſſitate,quod tamen improbabitur in lib.6.& præterea concedit Ariſt.in 2. de generatione tex.94.ꝙ futurus quis incedere non incedet. ergo poſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe. Conſequentia ꝓbatur,ſit A,generabile. ergo in aliquo inſtanti põt eſſe. Sit illud inſtans B,ergo in B,poteſt eſſe, ponatur ꝙ nunq̃ generetur.ergo in B,non habet eſſe,ſi non habet eſſe in B, poteſt non eſſe in B.ergo pro eodem inſtanti, poſſibile eſt idem eſſe.& non eſſe,ſi pro eodem inſtanti.ergo ſimul.

Rñdetur ly ſimul, põt ſe tenere ex parte poſſibilis, uel potentiæ,ut ſit ſenſus,idem per eandem potentiam poteſt eſſe & non eſſe, puta Sortes per uoluntatem põt ſedere & non ſedere.& poteſt ſe tenere ex parte eſſe & nõ eſſe, ut ſit ſenſus, poſſibile eſt ut idem quando habet eſſe habeat nõ eſſe,ita ꝙ hæc erit uera.Idẽ eſt & non eſt.In primo ſenſu. Hoc complexum,poſſibile eſt idem &c.eſt ueꝝ,ut dicetur in lib.9.qñ agemus de potentia rationali, & ut ſic nõ opponitur principio primo.In ſecundo ſenſu eſt falſum nec põt eſſe ueꝝ & ut ſic opponitur principio primo.Ad probationem ꝯcedo añs, & nego ꝯñtiam in 2. ſenſu dato,de ly ſimul. Ad probationem dico ꝙ nihil aliud cõcluditur niſi,ꝙ A,generabile habet potentiam, qua poteſt hr̃e eſſe in B,& pro eodem poteſt habere, non eſſe diuiſim,ſed nõ coniunctim.& hoc eſt ꝙ dicunt aliqui quòd iſta propoſi

tio

tio.A,pōt eſſe & nō eſſe in B,eſt uera in ſenſu diuiſo,& falſa in ſenſu compoſito, & in ſenſu cōpoſito tm̄ opponitur principio primo.Et aduerte ꝙ huic argumēto neſciuit alr rn̄dere.Iandu.in 4.metaph. q.7. niſi ſequendo uiā eoꝝ,q dn̄t ꝙ impoſſibile eſt ſm̄ doctrinam Ariſt.aliquid eſſe generabile,qn generetur. Sed de poſitione iſtoꝝ,diſcutiemꝰ in lib.9.q̄rendo,ſi aliqd eſt poſſe,qđ tñ nunq̄ fuit nec erit.

Secundo arguitur ſic. Ariſt.in 4. metaph. tex.8. docet nos,& probat hoc complexum. Impoſſe eſt idem &c.eſſe primum principium.ergo hoc complexū non eſt euidentiſſimum, uanum.n.eſt docere & ꝓbare ꝓpōnem euidentiſſimam,ergo non eſt principium primo primum.

Rn̄detur.Ariſt.non docet nos nec ꝓbat hoc complexū eſſe ueꝝ in dicto tex.qm̄ eiꝰ ueritas maniſeſtiſſima eſt hoī ſanę mentis.ſed docet & declarat ꝙ ꝯdōnes conuenientes primo principio, ꝯueniunt huic cōplexo.Impoſſe eſt &c. Et id nō p̄iudicat qn ſit primū ꝑncipiū,imo magis corroborat.Secus aūt eſſet,ſi ꝓbare conaretur eius ueritatē,& ſi dicas imo ꝓbat eius ueritatē cōtra negantes. Rn̄deo,non ꝓbat niſi elēchicę ut declarabitur in q.ſeq.Sed hic modus ꝓbōnis,non p̄iudicat dignitati,&firmitati primi ꝑncipij.

Vltimo aduerte,quoniam diximus ſupra, nō eſſe idem primum principium & primum complexum, ut id maniſeſtius appareat ꝙ intellectus hoc ordine procedit,primo concipit primos terminos in complexos, qui ſunt ens & non ens,deinde format ex eis,tres propoſitiones affirmatiuas,quibus correſpondent tres negatiuæ. Primo format hanc,ens eſt ens,cui correſpondet hæc neg. ens nō eſt nō ens.Secundo hanc uniuerſalem.Omne ens eſt ens, cui correſpondet hæc neg.nullum ens eſt non ens. Tertio hanc omne ens eſt, uel non eſt, cui correſpondet hæc, nihil eſt, & non eſt. Tunc 4.loco intellectus inſpicit hoc principiū eſſe ueriſſimum. Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe.Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō.10.ſi principium primum eſt cognoſcibile cognitione ſenſitiua uel demonſtratione.

PRO reſolutione huius quæſiti, pono tres concluſiones. Deinde ſoluam quædam dubia.

Prima concluſio ſit iſta, pro notitia primi principij, neceſſario requiritur cognitio ſenſitiua, non ſolum interior, ſed etiam exterior. Pro qua aduerte, ꝙ requiſitum ad alterum eſt triplex. Quoddam ꝑꝑ cauſalitatem in aliquo genere cauſę, ut ferrum requiritur ad productionē gladij, eo ꝙ eſt mã ſua, & aĩa reqritur ad ꝓductionē aĩati, eo ꝙ eſt cauſa ſua formalis. Quoddã, qa eſt tñ, ſine qua nõ, ut approximatio requiritur inter agens & patiens, eo ꝙ niſi approximentur non ſeqtur actio. Quoddã ꝑꝑ neceſſariã cõnexionem duoꝝ, ita ꝙ ſe mutuo ponunt, & ſe mutuo remouent. & ſic unũ relatiuũ requirit aliud correlatiuum.

His p̄notatis, dico, ꝙ cognitio ſenſitiua reqritur in ꝓpoſito, ut rõ ſine qua non, nam niſi app̄hendantur termini ꝑ ſenſum, nunq̃ app̄hendetur complexio illa, qua conſtituitur primũ principium cõplexũ. & huius rõ eſt, quia apud pħm in 3. de aĩa. text. 30. ꝓ hoc ſtatu nihil intelligit aĩa ſine phãtaſmatæ, eſt ergo neceſſe, ut phãtaſia hēat operationē ſuã, ad hoc ꝙ intells exeat in actũ ſuũ, phantaſia aũt non habet opationem ſuam, ſine ſenſu exteriori, eo ꝙ ſenſus interior ſupponit ĩmutationem factã in ſenſu exteriori, ut declarauimus in 3. de aĩa, unde Ariſtot. diffiniens phantaſiam inquit, eã eſſe motum factum à ſenſu exteriori, q eſt uel fuit in actu, eſt ergo neceſſe, ꝙ app̄henſio ſenſitiua terminoꝝ incomplexoꝝ p̄cedat appræhenſionem intellectiuam primi principij, unde cõi ſnĩa dr̃, ꝙ primũ ꝓncipium app̄henditur lumine nãli, ex euidentia terminoꝝ. Tu tñ aduerte ꝙ illa cognitio ſenſitiua, nullã cãlitatē dicit ſuꝑ app̄henſionē primi principij. Tũc. n. illa cognitio ſenſitiua eſſet, ſicut principiũ, à quo deduceretur primum principium ut ↄclõ. & ſic cognitio ꝓmi ꝓncipij eſſet acqſita ꝑ diſcurſum. qđ eſt impoſe. qm̃ non eſſet nãlr cognitũ, nec ſuꝑ ipm̃ fundaretur oĩs deductio & diſputatio, cuius oppoſitum dicit pħs & Cõment. in hoc 4. lib. tex. & cõm. 9. Patet igr̃ ꝙ ad app̄henſionē primi principij, reqritur co

gnitio ſenſitiua,non ut cauſa. ſed ratio ſine qua non.

Secunda ↄclo.Primũ principium non põt demonſtrari abſolute.Aduerte ꝙ circa hanc ↄclonem non eſt imorãdum,ↄſtat.n.ꝙ demrõ abſoluta,ex 1. poſter.eſt ex prioribus & notioribus,nihil aũt eſt prius & notius hoc primo principio, alr poſſet contingere deceptio circa ipm, & ſic non eſſet firmiſſimũ,nec primum principium,ergo eſt impoſſibile.ꝙ demõſtretur abſolute,unde bñdixit phs in 4. metaph.tex.9.Qui uolunt hoc principium demonſtrare, oñdunt ineruditionem ſuam,neſciũt.n.quoꝝ ſit,& quoꝝ non ſit demonſtratio.& Cõmenta.in commento 9. dicit. Quidam exiſtimãt poſſibile eſſe demõſtrare hanc ꝓpõnẽ dñtem,ꝙ duo contradictoria non congregantur. & hoc contingit eis,quia non fuerunt inſtructi in dialectica.

Tertia ↄclo. Primum principium põt demonſtrari redarguitiuæ.Aduerte ꝙ demrõ abſoluta differt à redarguitiua in hoc,ꝙ abſoluta eſt ex notioribus ſimplr. Redarguitiua aũt eſt ex ↄceſſis ab aduerſario, minus quidẽ notis ſimplr,magis ãt ipſi aduerſario.Ex his ſic ꝓbo ↄclonẽ. Qui negat hoc principium,impolẽ eſt idẽ &c.põt deduci ad aliqđ incõueniẽs,ſibi magis notũ,ꝙ primũ principiũ, ergo põt demonſtrari redarguitiuæ. Conſequentia nota. Añs ꝓbatur.Põt deduci ad hoc,ꝙ ↄtrariæ opiniones erũt in eodẽ intellectu.Qđ quidem reputatur manifeſtius incõueniens apud negantẽ primũ principiũ. Nam quilibet põt aduertere, ꝙ ſit ↄtrarias, formas eſſe in eodem ſbo ſil & in actu perfecto,repugnat ſenſui,eo ꝙ una corrũpit alteram,multo magis repugnat intellectui hre in ſeipſo opiniones ↄtrarias ſil de eadem re. Quòd aũt negans primũ principiũ,poſſit deduci ad hoc incõueniens, declaratũ eſt in lib.2.perierme. ubi manifeſtat Ariſt.ꝙ opiniones ↄtradictorioꝝ ſunt ↄtrariæ, ergo ſi quis opinetur duo ↄtradictoria eſſe ſil uera,habet in ſuo intellectu duas opiniones ↄtrarias ſil, non ſolum aũt ad hoc inconueniens deducit Ariſt.negantem primum principium,ſed ad plura alia ut manifeſtauimus in nrõ epitomate in 4. metaph.in tra.2.

in capit. 1. ubi ſex rationibus arguitur contra negantem primum principium.

Poſitis & probatis his tribus concluſionibus, ſoluenda ſunt duo dubia, primum eſt contra concluſionem ſecundam. & ſecundum eſt contra tertiam.

Dictum eſt in ſecunda ɔcl'one. ꝙ primum principium non eſt demonſtrabile abſolute. Contra, ꝑꝑ quod unumquodq; & illud magis, ſed ꝑꝑ primũ principium, ad qđ reducuntur ɔcl'ones, ipſe ɔcl'ones ſunt demonſtrabiles. ergo multo magis primum principium eſt demonſtrabile.

Rñdetur. Illa regula ꝑꝑ qđ &c. non ualet niſi ꝑdicatũ in quo fit comparatio conueniat, & uerificetur de utroq; comparatoꝝ, ꝙ ſi tm̃ uni conuenit, argm̃ non ualet. v.g. ſi arguatur ſic, ꝑꝑ quod unumquodq;. & illud magis. ſed ꝑꝑ ignem aqua eſt calida. ergo ignis eſt magis calidus, argm̃ ualet, qm̃ utraq; iſtaꝝ eſt uera. Ignis eſt calidus. & aqua eſt calida, ſi autem arguatur ſic, ꝑꝑ quod &c. ſed ꝑꝑ albedinem paries eſt albus. ergo albedo eſt magis alba. Argumentum nõ ualet, quoniam hæc eſt falſa, albedo eſt alba. Sic in propoſito argumentum non ualet, quoniam licet hæc ſit uera. Concluſio eſt demonſtrabilis. Hæc tamẽ eſt falſa, primum principium eſt demonſtrabile.

Dictum eſt in 3. ɔcl'one, ꝙ eſt demonſtrabile redarguitiue, quia negans põt deduci ad hoc incõueniens. ꝙ cõtraria eſſent ſimul in eodem. Sed hæc rõ non uŕ efficax, qm̃ uŕ petitio. Nam omnis ratio deducens ad impoſ'e, cuius ɔcl'o non eſt manifeſtior in falſitate q̃ præmiſſa interimẽda, eſt petitio. Sed ɔñs rõnis Ariſt. non eſt magis inconueniens, quam añs. Nam qui cõcedit ɔtradictoria eſſe ſimul uera, multo magis ɔcedet ɔtraria poſſe ſimul eſſe in eodẽ.

Reſpondetur. Ant. And. in 4. q. 4. dicit ꝙ pħs non inducit hanc rationem ad negantes. ſed ad recipientes primũ principium, probando ꝙ ſit firmiſſimum.

Sed hæc rñſio non eſt ad mentem pħi, qm̃ Cõmen. introducit hanc rõnem contra negantes. Vnde inquit in cõmen. 9. Contingit. n. dicenti hoc. ſ. ꝙ ɔtradictoria ſunt ſi-

mul ꝯa opinari ꝙ duo ꝯtraria exiſtāt ſimul ī eodē ī actu.

Et ideo alr rñdeo.& dico ꝙ negans primum principiū, exiſtimat maius inconueniens duo ꝯtraria eſſe ſimul, eo ꝙ hoc repugnat ad ſenſum, uidemus.n.ꝙ unum expellit alterum, non aūt repugnat ſenſui niſi quia contraria in actu perfecto, hñt repugnantiam adinuicem, ergo in quo cūque inueniantur, ſiue in materia, ſiue in ſenſu, ſiue in intellectu erunt repugnantia & per ꝯñs, notius erit neganti primum principium contraria non poſſe eſſe ſimul in eodem, ꝙ̃ quòd contradictoria non ſint ſimul uera. Nam duo contradictoria non cadunt ſub ſenſu, cum alterum ſit non ens, quod non cadit ſub obiecto alicuius ſenſus. ſed bene duo contraria ut patet de duabus qualitatibus ſenſibilibus contrarijs. Hęc de pręſenti quęſito dicta ſint.

Expliciunt quæſtiones Fratris Chryſoſtomi Iauellij Canapicij ord.præd.philoſophiæ & ſacræ Theologiæ profeſſoris in 4.lib.metaphyſicæ.

Incipiunt quæſtiones eiuſdem in 5.lib.metaphyſ.

In 5.lib.reſoluenda ſunt infraſcripta, Quæſita.

1 *Si principium & cauſa ſunt idem conuertibiliter.*
2 *In quo conſiſtat cauſalitas ſiue ratio cauſæ materialis.*
3 *In quo conſiſtat cauſalitas formæ.*
4 *In quo conſiſtat cauſalitas efficientis.*
5 *In quo conſiſtat cauſalitas finis.*
6 *Si finis eſt cauſa, ut habet eſſe in anima uel extra.*
7 *Si idem effectus numero, poteſt produci à pluribus cauſis perfectis & eiuſdem ordinis.*
8 *Si cauſæ ſunt ſibijnuicem cauſæ.*
9 *Si cauſa in actu, & effectus in actu, ſimul ſunt et nō ſunt.*
10 *Si materia prima eſt propriæ elementum.*

11 *Si philoſophus ſufficienter numerauit oēs modos naturæ.*
12 *Si neceſſaria habent cauſam efficientem.*
13 *Si diuiſio ſecunda unius eſt logica.*
14 *Si hæc propoſitio, unum numero ſunt, quorum eſt materia una, eſt uera uniuerſaliter, uel tātum particulariter.*
15 *Si materia ſignata uel hecceitas eſt principium indiuiduationis in rebus materialibus.*
16 *Si p̄nta diſtinguūtur ſecundū diuerſos modos prædicādi.*
17 *Quæ ſub̄a ſit genus generaliſſimū, & quæ ſit ratio ſua.*
18 *Si plura accidentia eiuſdem ſpeciei poſſunt eſſe in eodem.*
19 *Si cuilibet potentiæ actiuæ, corriſpōdet potentia paſſiua.*
20 *Si diuiſibilitas eſt propria ratio quantitatis.*
21 *Si modi relatiuorum, ſunt bene aſſignati à philoſopho.*
22 *Si relatio diſtinguitur realiter à fundamento.*
23 *Si ultima prædicamenta, dicunt abſolutum uel reſpectum.*

Omnes enim cauſæ principia. Tex. 1.

QVAESTIO PRIMA.

SI PRINCIPIVM, ET CAVSA SVNT IDEM CONVERTIBILITER.

CIRCA hanc qōnem aduerte. ꝙ difficultas conſurgit ex eo ꝙ ph̄s dixit in 4. metaph. tex. 3. ꝙ ens & unū ſe adinuicem ꝯſequuntur ut principium & cā &c. Igr̄ ꝑ reſolutione quæſiti, quattuor agenda ſunt. Primo declarabitur rō principij & cauſę, loquendo abſolutæ & metaphyſ. Secundo declarabitur mens philoſophi circa hoc propoſitum. Tertio ponentur duæ concluſiones reſponſiuæ. Quarto ſoluetur quoddam dubium.

Quantū ad primū aduerte ꝙ principium ut principiū, importat ꝓceſſum unius ab altero, inter q̄ eſt diſtō realis,

vñ quocunq; mõ ꝓceſſus ille ponatur,ſiue ꝯm ordinẽ, ut dies ꝓcedit à mane,ſiue ꝯm doctrinã,ut ſcia ꝓcedit à ſuis ꝑncipijs,et ↄclo à ꝑmiſſis,ſiue ꝯm efficiẽtiã,ut calor i aqua ꝓcedit ab igne,in quolibet taliũ modoꝝ, id qđ ꝓcedit,dr̄ ꝑncipiatũ,id à quo ꝓcedit dr̄ ꝑncipiũ.Abſtrahit aũt à ꝑoritate.& efficientia.& diſtõne eſſentiali.A ꝑoritate quidẽ, qm̄ nõ eſt neceſſe i omni nã ꝑncipiũ eſſe ꝑus principiato, ſicut tenẽt Theologi,pr̄em eſſe ꝑncipiũ filij,non tñ priorẽ filio.Ab efficiẽtia uero,qm̄ nõ eſt neceſſe oẽ principiatũ eſſe à ſuo ꝑncipio effectiuæ.Cõſtat.n.ꝗ, dies principiatur à mane,& motus à termino à quo.& tñ dies eſt effectiuę à ſole moto.& mot᷒ à mouẽte.A diſtõne eſsẽtiali ꝟo,ꝗa ſtat ꝑncipiatũ diſtingui ſola relatiõe à ꝑncipio.& nõ eſsẽtialr̄ ut tenẽt theologi de ꝑſonis diuinis.Dicem᷒ ergo,ꝗ abſolutę ꝑncipiũ ẽ illud à quo alteꝝ quocũq; mõ ꝓcedit, ſine ſpecificatiõe ꝑoritatis aut efficiẽtię,aut diſtõnis eſsẽtialis.

Cã uero ut cã abſolutæ,dicit depẽdentiã unius ab altero,cũ prioritate & diſtõne eſſentiali.Dico dependentiam, qm̄ cã eſt illud ad cuius eſſe ſeqtur aliud. & qđ influit ſuper cãtum. Dico cũ prioritate,qm̄ neceſſe eſt cauſam ꝑcedere effectũ ſaltem prioritate naturę. Dico cum diſtõne eſſentiali,qm̄ nihil ſeipſum cauſat, ideo inter cãm & cãtum neceſſaria eſt diſtõ realis & eſſentialis. & ꝑ ↄñs cãtum eſt poſteri᷒ cã,qm̄ nihil ſeiꝑm cõicat alteri diſtincto eſsẽtialr̄ niſi ſupponatur eſſe.& ꝑ ↄñs eſt prius nã.Cõſtat igr̄ ꝗ cã duo addit ſuꝑ rõnẽ ꝑncipij.ſ.ꝑoritatẽ & diſtõnẽ eſſẽtialẽ.

Quantum ad ꝯm.ſ.quid circa hoc ſenſerit pħs,aduerte ꝗ pħs de rõne principij tria cognouit.Primo ꝗ eſt cõius ꝙ cã.Cognouit.n.punctũ eſſe principiũ lineæ, nõ tñ cãm qm̄ maxime eſſet cã mãlis,puta pars componens lineam, ſed hoc eſt falſum,qm̄ ex.6.phy.nullum continuũ cõponitur ex indiuiſibilib᷒. Cognouit mane eſſe ꝑncipiũ diei, nõ tñ cãm ut patet.Et ideo dicit Cõment.in 5.li.metaph. cõmen.4.Principium aũt eſt quaſi uñus cã,cũ dicatur de principijs tranſmutationis,& de.4.cauſis.Cognouit ſcđo ꝗ inter principiũ et principiatũ eſt neceſſaria diſtõ realis,

cũ inter ea ſit rĺo realis. Cognouit 3. ꝙ principiũ eſt prius ꝑncipiato, eo ꝙ apud ipm̃ nõ fuit notũ, qũo ſit poſſe ꝑnci piũ & principiatũ eſſe idem eſſentialr. Hoc.n. uerificatur apud theologum ſolum de diuinis ꝑſonis & ꝓpea apud pħm ꝑncipium ꝓductiuum & effectiuum non diſtingui tur à cã ꝓductiua & effectiua, ſed ſunt idẽ ꝯuertibilr, qm̃ nõ cognouit aliã ꝓductionẽ, niſi ꝑ diſtõnem eſſentialẽ in ter ꝓducens & productũ, unde apud ipm̃ oẽ principium ꝓductiuũ eſt cã productiua, & econuerſo. & ſic patet ꝙ licet apud ipm̃, principiũ in ſua vĺitate ſit cõmunius q̃ cã, tñ ꝑncipium in ſpẽ, puta principiũ ꝓductiuũ nõ eſt cõius q̃ cã ꝓductiua. non.n. potuit altius aſcendere ex ſenſatis.

Quantum ad tertium ponuntur duæ cõclões rñſiuę.

Prima concluſio. Principium ut principium non conſuertitur cum cã. Qm̃ cã contrahit rõnẽ principij, addit.n. prioritatem & diſtõnem realem eſſentialem, ut declarauimus, ergo etc. Præterea, principiũ p̃dicatur de his quæ nõ ſunt cã. ut punctus eſt principium lineæ, & inſtans tpis. et terminus à quo, motus, ergo non conuertitur cum cauſa.

Secunda concluſio. Principium ꝓductiuum ſm pħm, non tamen ſm ueritatem cõuertitur cum cã ꝓductiua, nã pħs nõ potuit depræhendere ex ſenſatis, quo producẽs ſit eiuſdem eſſentiæ cum ꝓducto, ergo ſm ipm̃ oẽ principiũ ꝓductiuum eſt cauſa ꝓductiua & econuerſo. Dixi nõ tñ ſm ueritatem, qm̃ fides tenet oppoſitũ, cui non ſubeſt falſum. Sed id conſiderare eſt altioris negocij.

Quantum ad quartum aduerte ꝙ dubium iſurgit ꝯtra primam concluſionem, Qđ eſt tale, ſtante prima cõcluſione vr̃ pħs ſibi contradicere i lib. 4. in tex. 3. ubi inquit, ens & unũ ſibijnuicem ꝯſequuntur ut principium & cã, unũ aũt & ens ſunt idem cõuertibiliter. ut probatũ eſt in 4. lib. ergo ſilr principiũ & cã, ergo principium nõ eſt cõius cã.

Reſpondetur. Dicunt aliqui, ꝙ pħs poſuit illud gr̃a exẽpli, nõ ꝙ ita ſit. Sed melius eſt dicere, ꝙ pħs illic accipit ꝑn cipiũ, non in ſua uniuerſalitate, ſed ſm ſuam famoſiorem acceptionẽ famoſior aũt accepto eſt de cauſis extrinſecis,

qualis eſt cã efficiens. ut dicit Coment.in.5. lib. cōmẽ.4. Sumptũ ergo pro ꝑncipio ꝓductiuo,dico ꝙ ſᵐ pħm, ut declaraui,eſt idẽ ꝯuertibiliter,cũ cã productiua,uolo.n.ꝙ ſicut accipit principium contractæ.ſic accipiat cãm contractæ.& ſic patet ꝙ nulla eſt ꝯtradictio in pħo. Nã hęc duo non ꝯtradicunt,principium ut principiũ,& cã ut cã, nõ ſunt idem ꝯuertibiliter,principiũ cõtractũ ad pncipiũ productiuũ,& cã cõtracta ad cãm productiuã ſunt idẽ cõuertibiliter.Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.2.in quo conſiſtat cauſalitas ſiue ratio cauſæ materialis.

Cauſa uero,uno modo dicitur,ex quo fit aliquid ut inexiſtente,ut es ſtatuę.Textu.2.

IN HÀC quæſtione tria agenda ſunt.Primo uidendũ eſt,in quo eſſentialr̃ cõſiſtat,cauſalitas cauſæ mãlis.Secundo in quo conſiſtat modus hmõi cauſalitatis.Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad ꝑmum aduerte,ꝙ in eo conſiſtit eſſentialiter cauſalitas mãæ,ſumẽdo mãm pro quolibet receptiuo formæ,tã ſubſtãtialis quã accidentalis,per quod eſt cauſa condiſtincta,ꝯtra cauſam efficientem formalẽ, & finalẽ. Hoc autem eſt recipere & conſeruare formã,ſiue ſuſtinere, ita ꝙ mãm cauſare,non eſt aliud ꝙ̃ recipere & ſuſtinere formã. Quod ſic declaratur.Mã eſt cauſa,uel quia producit formã,& hoc nõ,quia hoc ſpectat ad agens,ut declarabitur in lib.7.producens.n.totum ſiue cõpoſitũ per accidens producit formã eius.uel quia dat eſſe formaliter ipſi formæ,& hoc non,quia hoc ſpectat ad actum. Dicemus .n.infra,ideo forma dat eſſe quia eſt actu,mã aũt eſt potẽtia.& non actus.Vel quia ad ipſam ordinatur forma. & hoc non quia id ad quod aliud ordinatur ꝑfectius eſt eo, ꝯſtat aũt mãm eſſe imperfectiorem forma.Vnde forma uerius dicitur finis mãæ,ꝙ̃ econuerſo.Vel quia recipit & ſuſtentat formam.& hoc eſt uerũ à ſufficienti diuiſione.Pręterea.cum mã ſit potentia paſſiua in eo conſiſtit ſua cauſa

tas quod conuenit potentiæ paſſiuę ex nā ſua. Potētię aūt paſſiuę conuenit recipere. ergo &c.

Quantum ad ſm dico ꝙ modus cauſalitatis māæ cōſiſtit in limitare & reſtringere amplitudinem formę quam recipit, pro aduerte, ꝙ ſi daretur forma receptibilis ī mā extra mām, haberet oēm perfectionem & oēm gradū debitum nāæ ſuę, ut ſi eſſet calor ſeparatus, eſſet perfectiſſimus calor, ex hoc aūt ꝙ recipitur in mā, neceſſe eſt ut proportionetur capacitati māæ, ex conſequenti ꝙ nō recipiatur ſm omne eſſe debitum ſibi ex nā ſua, ſed ſm diſpoſitionem māæ. Hinc eſt, ꝙ formæ ſeparatę à mā, dicuntur habere quandā infinitatē, quia nullo modo terminātur nec artantur ex mā, ex oppoſito formæ māles dicuntur finitę, quia reſtringuuntur ex diuerſa capacitate. Dicimus igitur ꝙ mā ideo eſt cauſa, quia recipit & ſuſtinet formam. Ex hoc aūt ꝙ recipit formā, ad ipſam conſequitur talis modus, qui eſt limitare, formā, et ꝑ ly limitare, non intelligas ꝙ mā aliquid det formæ, nec influat, nec perficiat formā, ſed limitare formā, eſt recipere eam proportionaliter capacitati ſuæ, & non ſm totum eſſe debitum nāæ talis formæ Et in his ſtat cauſalitas. & modus cauſalitatis ipſius cauſę mālis, ꝑ ut diſtinguitur contra alia genera cauſarum. Et aduerte ꝙ in hac determinatione ſecutus ſum doctrinam Capræoli in. 1. ſent. diſ. 43. q. 1. arti. 1. ad argumenta facta contra tertiam concluſionem in primo loco.

Quantum ad tertium aduerte tria dubia quæ conſurgunt contra determinatione factam.

Primo uidetur ꝙ mā nullo modo ſit cauſat qm̄ mā ut materia potentialitatem dicit, potentialitati aūt repugnat cauſalitas, quoniam cauſare ſupponit eſſe actu. Cum igitur mā ut mā non habeat eſſe actu, nullo modo eſt cauſa.

Reſpondetur, potentialitas ſignificat eſſe in potētia, qđ non repugnat, niſi cauſalitati agentis. eo ꝙ unumquodꝙ eſt agēs, inquātū eſt actu ex li. 9. metaph. Agere. n. ſuppo nit eſſe & cauſalitati formę, eo ꝙ forma eſt actus & dat eſſe actu. Nō aūt repugnat cauſalitati māæ, eo ꝙ mā eſt cau

ſa inquantum eſt receptiua formæ, eſſe autem receptiuū, dicit potentiam paſſiuam & eſſe potentiale, nec repugnat cauſalitati cauſę finalis, ut declarabimus infra, agentes de cauſalitate finis.

Secundo non uidetur quòd ſuſtentare formam ſit de cauſalitate materiæ, nam ſi eſſet de cauſalitate eius, ergo omnem formam in ſe receptam ſuſtentaret, hoc autē eſt falſum reſpectu animæ intellectiuæ, quæ non pendet à materia, propter ſui incorruptibilitatem.

Reſpondetur, licet ſuſtentare formam conueniat materiæ ut eſt receptiua formæ, non tñ eadem rõne nec eodem modo reſpectu cuiuſcunque formæ. Nam quo ad formas eductas de potētia materiæ, ſuſtentat eas, quo ad eſſe, & quo ad actū informandi, qm̄ ſi ſeparantur à materia deſinunt eſſe. & deſinunt informare. Quantum aūt ad aïam intellectiuam, non ſuſtētat eam quo ad eſſe, ſuppoſito. n. ꝙ ſit incorruptibilis, ſeparata à materia adhuc ſtat ineſſe, utrū uero ſit incorruptibilis manifeſtauim⁹ in lib. de aïa, et iterum manifeſtabitur in lib. 12. metaph. ad mentem Ariſt. ſuſtentat aūt eam quo ad actum informandi, eo ꝙ ſeparata non eſt actu forma corporis. Dicemus ergo ꝙ cauſalitas materiæ cõſiſtit in receptione formæ. & ſuſtentatione eiuſdem quo ad eſſe, uel quo ad actū informandi.

Tertio, non uidetur ꝙ materia habeat limitare formā, omne. n. quod ex ſui natura habet eſſe limitatam non indiget aliquo extrinſeco limitante. Sed omnis formá creata, ſiue materialis, ſiue immaterialis, cum ſit finitę & determinatę naturæ, ex ſui natura hēt limitatum eſſe, ergo &c.

Rñdetur, eſſe limitatum ſumitur dupl'r, primo ut opponitur illimitato ſimpliciter, quod eſt abſolutę infinitū. & ſic conceditur, oēm formam creatam hr̄e eſſe limitatum, nec idigere aliquo extrinſeco limitāte, quaſi ꝙ ipſa ſit ſimplicit & ſm ſe illimitata. ſcđo ut opponitur illimitato ſm qd, puta albedo ut tria, opponitur ſummæ albedini, ſicut limitatū illimitato ſm quid. & ſic nego oēm formā creatam hr̄e eſſe limitatū ex ſui natura, imo ex ſe habet eſſe il-

limitatum ſecundum quid,quoniam ſi exiſteret,non rece-pta in materia haberet omnem gradum perfectionis con uenientis ſibi ex natura ſua. Ad hoc ergo quod limitetur ad certum gradum indiget materia,quæ non recipit, niſi ſecundum quòd eſt capax formę,uerum eſt ergo materiã limitare formam. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.3.in quo conſiſtat cauſalitas formæ.

Alio uero ſpecies & exemplum.Tex.2.

IN hac quæſtione tria agenda ſunt. Primo in quo con ſiſtat cauſalitas formę,ſiue cauſæ formalis. Secũdo in quo cõſiſtat modus ſiue proprietas huius cauſalitatis. Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad primum,dico ꝙ conſiſtit in hoc,ꝙ eſt fa cere rem exiſtere actu,quæ prius erat talis in potẽtia. Pro quo aduerte,ꝙ ut dicit Ariſt.in 2.phyſi.tex.11. tam in ar tificialibus, ꝙ̄ in naturalibus, nihil eſt actu tale in ſpecie ſua,ante aduentum formæ in ſubiecto uel in materia,nul lus.n.dicet lignum eſſe ſcamnum, niſi receperit formam ſcãni,neq; carnem eſſe actu carnẽ, niſi habeat formã car-nis.Idẽ intellige in accidẽtalibus.Nõ.n.aqua eſt actu cali da,niſi ꝑ actualẽ receptionẽ caloris,ex hoc ergo ꝙ nos ui demus artificiata & nãlia compoſita,ſiue ſubſtantialia ut lapis,homo,lignũ,ſiue accidentalia.ut hõ albus aqua ca-lida &c.nõ prius tranſire ab eſſe potẽtiali ad eſſe actuale, ꝙ̄ habeant in ſe actu formam ſuam,deꝑhendimus formã ideo eſſe cauſam quia facit rem eſſe actu,quæ prius erat in potentia facit aũt rem eſſe actu,quia dat ſibi eſſe tale. Ex hoc aũt ꝙ facit rem eſſe actu,eſt conſtitutiua rei in ſua ꝓ-pria & determinata ſpecie & ab eadem ſumitur differẽtia cõpletiua diffinitionis.Dicemus ergo ꝙ cauſalitas formę cõplectitur hæc oĩa.Dare eſſe rei,facere rem exiſtere actu, quæ prius erat in potentia. Conſtituere rem in propria ſpecie,ex eo ꝙ ab ipſa ſumitur differentia ſpecifica.

Quantum ad ſm aduerte ꝙ ſicut modus cauſalitatis materię ſtat ĩ hoc ꝙ eſt limitare amplitudinẽ formæ ut de

clarauimus in qõne p̃cedẽti,ſic modus cauſalitatis formę ſtat in hoc ꝙ eſt artare mãm, ſiue potentialitatem ſuam. Pro quo aduerte ſm doctrinam b.Tho.in 1.par.q.7. art. 1.ꝙ ex receptione actuali formæ in mã,mã artatur ꝓ quãto ante aduentum huius formę erat in potentia ad uarias formas poſtquam aũt hanc recepit,quãdiu eſt ſub iſta,nõ põt aliam recipere,alr̃ oppoſita diſparata ſe cõpaterentur in eodẽ.& id intellige non ſolũ de mã prima in nãlib. ſed & de mã artificiati.& de ſubiecto accñtis,nam poſtquam lignum eſt,ſub forma arche,non põt aliam formam recipere,quandiu eſt ſub illa.& poſtq̃ paries recepit albedinẽ, non põt aliũ colorẽ recipere,quãdiu ſub albedine ſteterit.

Artare ergo materiam,eſt proprietas conſequens cauſalitatem formæ.

Quantũ ad tertiũ aduerte duo dubia. primũ eſt contra cauſalitatẽ formæ, ſecundũ eſt contra modũ cauſalitatis.

Contra determinationem cauſalitatis arguitur ſic, facere rem eſſe actu, ſiue dare eſſe conuenit cauſæ efficienti. Nam homo generans hominem, facit hominem eſſe actu;qui prius erat in potentia. Cum igitur debeant eſſe diſtinctę,cauſalitates formæ & efficientis, uidetur fuiſſe male aſſignata cauſalitas formæ.

Reſpondetur utrunq; dat eſſe.ſed diuerſa ratione, nam forma dat eſſe formaliter.i.ſeipſa & non per actionem,nã eſſe naturali ſequella fluit à forma,efficiens autem dat eſſe effectiuę per actionem quæ erigitur ab efficiẽte. uel ſic, formę dat eſſe ut quo,efficiens autem ut quod,uel ſic,forma dat eſſe ut principium intrinſecum, efficiens autẽ dat eſſe ut principium extrinſecum.

Contra modum ſiue proprietatem cauſalitatis, arguitur ſic,ſi eſt proprietas formæ artare materiam,ergo artabit omnem materiam in qua recipitur,quod tamẽ eſt falſum,quoniam non poteſt forma cœli artare materiam cœli,complet enim &omnino perficit ipſam,ita quod tãtum perficit,quantum perfectibilis eſt.

Reſpondetur.& dico ꝙ hæc proprietas cõuenit formæ

particulari,quales ſunt formæ inferiores, q̃ non adæquãt totam potentialitatem materiæ,forma autem cœli eſt forma uniuerſalis,continet.n.uirtualiter omnes formas inferiores materiales. & ex ſua uniuerſalitate terminat omnẽ potentialitatem materiæ cœli. Poteſt etiam aliter dici ꝙ hæc proprietas uerificatur reſpectu cuiuſcunq; materiæ capacis plurium formarum ſucceſſiue, quod nõ conuenit materię cœli,ſuppoſito ꝙ ſit alterius rationis à materia inferiorum.De hoc autem loquemur in lib.8. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Q.ō.4. in quo conſiſtat cauſalitas cauſæ efficientis.

Amplius,unde principium permutationis primum aut quietis. Textu 2.

IN hac quæſtione tria agenda ſunt.Primo pertractabitur qnædam opinio quam non credo ueram.Secundo pertractabitur opinio quas credo eſſe de mẽte b. Tho. Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad primum aduerte q, cauſalitas agentis, ſm omnes,in eo conſiſtit, quo poſito eſt cauſa condiſtincta contra alia genera cauſarum,& quo remoto, nulla alia ratione eſt cauſa.Quid autem ſit illud, eſt una opinio, quã recitat Herueus in 4.quolibet.q.8. Hæc dicit,q, actio eſt cauſalitas agentis,quia agens actione agit. Item denominatur agens ab actione. Item quia actione poſita,ponitur agens.& ea remota remouetur, ergo &c.

Sed hæc opinio non eſt uera,qm̃ cauſalitas agẽtis, non eſt effectus agentis,ſed actio eſt effectus agẽtis, cũ ſit realiter idẽ cũ re facta,ut ꝓbabitur in lib.9. ergo &c. Maior aũt ſic probatur, cauſalitas agentis eſt rõ ipſi agenti ut ſit cauſa.Sed ratio rei præcedit oẽm effectum ſuum,ut patet, ergo &c.Præterea,remota actione, adhuc ſtat cauſa agẽs & efficiens, nam de rana genita, adhuc eſt ueꝝ dicere q, pendet à ſole,ut ab efficiente, ergo in actione nõ ſtat cauſalitas agentis.Et ad rationes huius opinionis,reſpõdetur unico uerbo,ꝙ concludunt actionem ſiue in præterito ſiue in præſenti,ſiue poſſibilem in futuro.eſſe neceſſario re

quiſitam in cauſa efficiente,non tamen concludunt, ꝙ ſit primũ p̃ſtans cauſalitatẽ efficienti,ſicut nõ datur mouens ſine motu, tñ non dr̃ primo mouens pp motum, ſed pp potentiam motiuam,nec eſt ueꝝ,ꝙ remota actione actua li,remoueatur cauſa agens.ut diximus de rana genita,ſuf ficit.n.ꝙ actio ſit uel fuerit uel poſſit eſſe.

Quantũ ad ſecũdum aduerte,ꝙ apud Thomiſtas cau ſalitas agentis ꝯſiſtit in hoc.ꝙ eſt efficere uel ꝓducere rẽ, ſiue ſm totam ſbam,ſiue ſm partẽ,ſiue ſm accñs. Primo dr̃ efficere uel producere rem. qm̃ in hoc diſtinguitur à mã,cuius cauſalitatem,diximus,conſiſtere in recipere for mam.& diſtinguitur à forma,cuius cauſalitatẽ.diximus, conſiſtere in hoc,ꝙ eſt dare eſſe formaliter ei cuius eſt for ma.& diſtinguitur à fine,cuius cauſalitas,ut dicemus, ꝯſi ſtit in hoc ꝙ eſt eſſe id gr̃a cuius &c.Et aduerte quod hęc tria uñr eſſe idem,dare eſſe rei productiuæ & nõ formal̃r. Deducere rem ad eſſe,efficere rem.& per unũquodq; iſtoꝝ ſolemus manifeſtare cauſalitatẽ agentis. ut diſtinguitur ab aliis gñibus cauſaꝝ.Dr̃ ſecundo,ſiue ſm totam ſbam, qm̃ agentium quoddam producit totam rem, ut agẽs pri mum.Quoddam producit partem,puta formam,ut agẽs nãle, quod mãm ſupponit in generatione ſubſtantiali. Quoddam producit tm̃ accñs,ut ignis calefaciens aquam in gñatione accñtali.Item aduerte,ꝙ ly efficere rem mul tipliciter cõtingit.ſ.cum nouitate eſſendi, ut ſi mũdus eſt productus in tpe,uel ſine nouitate. ut ſi mundus eſt ꝓdu ctus ab æterno per ſimplicẽ emanationem,quæ eſt ꝓpria actio Dei, uel per motum & mutationem inſtantaneam, q̃ conueniunt agenti nãli per gñationẽ ſubſtantialẽ,uel p ſolum motum,ut qñ agens ſupponit rei ſbam,cauſans in re quantitatem,uel qualitatẽ &c. Et aduerte ꝙ in hac de terminatione ſecutus ſum doctrinam Heruei in 2. quoli bet.q.1.ubi inueſtigat cauſalitatẽ cauſæ efficientis & fina lis,& hanc uiã puto eſſe ad mentem b.Tho. ut patet in 5. metaph.in expoſitione tex.2.ibi,& adinuicem cauſæ,ubi exponens inquit,efficiens eſt cauſa finis, finis aũt eſt cau

nego minorem. Ad probationem dico, ꝙ reſpectu agentium quorum finis eſt ipſa operatio, res effecta, & cui agẽs dat eſſe, eſt ipſa operatio, cum ſit effectus agentis. & ſic patet ꝙ cauſalitas aſſignata agenti; uerificatur de quolibet agente. Vtrum autem per actionem immanẽtem aliquid ultra actionem producatur. manifeſtabitur in lib. 9. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ. 5. in quo conſiſtat cauſalitas cauſæ finalis.

Amplius ut finis, hoc autem eſt quod eſt cuius cauſa. Textu 2.

IN hac q. tria agenda ſunt. Primo præponitur quædã diſtinctio. Secundo ponuntur duæ concluſiones reſponſiuę. Tertio ſoſuentur quædam argumenta.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ finis põt ad duo cõparari. Primo ad agens intendens & operans pp finem. Secundo ad media ordinata ad conſecutionem finis, puta ſanitas poteſt comparari ad medicum, & ad medicinam.

Quantum ad ſecundum, ſit hęc prima concluſio. Comparando finem ad cauſam agentem propter finem, cauſalitas eius eſt eſſe illud, cuius amore, uel deſiderio, uel delectatione aliquid agitur ab alio. Hanc concluſionem primo declaro. deinde probabitur. Aduerte igitur ꝙ de natura finis eſt imprimere ſui amorem & inclinationem in ipſo agente, quibus trahitur ad operandum, & id patet ad ſenſum, niſi. n. finis alliceret agentem, agens nõ ageret & propterea conſuetum eſt dici, ꝙ finis mouet agentẽ. Aduerte inſuper ꝙ ly agitur ab alio, non ſumitur ſolum pro fieri ut diſtinguitur ab eſſe. Sed etiam pro eo ꝙ eſt eſſe effectiuæ ab alio, quod competit rei createʒ ſm totam ſuam durationem in eſſe, reſpectu primi agentis. Hanc concluſionem ſic probo, cauſalitas finis, ſm phm, ubicunqʒ loqtur de fine eſt eſſe id, gratia cuius aliquid fit, ſed eſſe id gratia cuius non eſt aliud, q̃ eſſe illud, cuius amore aliquid agitur ab alio, & effectiuæ habet eſſe ab alio, nam eſſe id, gratia cuius eſt eſſe amatum ab agente, eſſe amatum ab agente infert ꝙ ex amore agitur ab agente, ergo & c.

Secunda ꝯclo eſt. Comparando finem ad media ad finem, eius cauſalitas conſiſtit in hoc, ꝙ eſt dare rei ordinate in finem quandam bonitatem & amabilitatem, ex hoc quod ordinatur in finem, præter eam quam habet ex nã ſua. Hãc ſic declaro, ſanitas deſiderata ab infirmo, dat medicinæ dulci quandam bonitatem & amabilitatem, inquã tum ordinatur ad cauſandam ſanitatẽ, ita ꝙ etiam ſi non ſit dulcis. immo abhominabilis & fœtida, amatur & deſideratur in ordine ad ſanitatẽ, ſublato aũt hoc ordine, reijcitur, ut qd horrendum. Idem experimur in quibuſcunq; alijs medijs arduis & difficilibus, q̃ in ordine ad finem deſideratum, minuũt difficultatẽ ſuã. Hæc ꝯclo adeo eſt manifeſta omni utenti ratione. ꝙ nõ indiget alia ꝓbatione.

Quantum ad tertium aduerte tria argumenta contra determinationem factam ſatis apparentia.

Primo agere amore alicuius, conuenit agenti per intellectum & uoluntatem. Sed non omne agens eſt agens ꝑ intellectum & uoluntatem, ut patet de agente naturali, & irrationali, ergo non omnis finis correſpondens agẽti eſt illud amore cuius aliquid agitur.

Reſpondetur, cum dicimus finem eſſe illud cuius amore &c. non ſumitur ly amore pro actu appetitus ſequente cognitionem, ſed pro appetitu naturali impreſſo in omnibus agentibus & mouentibus effectus ſuos in determinatum finem præſtitutum ſibi ab agente primo, quod eſt agens per intellectum & uoluntatem.

Secundo imprimere amorem & inclinationem in agẽte, dicit cauſalitatem cauſæ effectiuæ, ſic. n. imprimere, eſt rem puta amorem efficere, ergo cauſalitas finis coincidet cum cauſalitate agentis, quod eſt falſum cum ſint diſtincta genera cauſarum.

Rñdetur, imprimere amorem in agente dicit cauſalitatem effectiuam metaphoricæ, ſed non proprię. Metaphoricæ dico, qm̃ finis trahit agentẽ, ac ſi eſſet cã efficiens, nõ repugnant aũt cauſalitas finalis. & cauſalitas effectiua metaphorica, uel poteſt dici, ꝙ non incõuenit idem hr̃e cau-

ſalitatem effectiuam & finalem, diuerſa tamen ratione, ſicut non inconuenit, idem habere cauſalitatem formalẽ & effectiuam, diuerſa ratione. Nam calor in igne, dat igni eſſe calidum formaliter, & dat aquæ eſſe calidum effectiuæ. Sic ſanitas, inquantum imprimit ſui amorem in infirmo, habet cauſalitatem effectiuam, inquantum eſt perfectiua infirmi, & propter ipſam ſuſcipit medicinam, quam facit eſſe amabilem, habet cauſalitatem finis.

Tertio mouere ſupponit eſſe. Sed finis ut cauſa nõ ſemper eſt, quoniam plerunque actione agentis producitur, ut dicemus in quæſtione ſequenti, ergo nõ eſt uerum uniuerſaliter, quòd finis moueat agentem.

Reſpondetur. Ad motionem metaphoricam ſufficit eſſe potentiale cum appræhenſione, ad motionem realem requiritur exiſtentia finis, & ſi non proximi, ſaltem præcedentis, uerbi gratia. Sortes infirmus deſiderat ſanitatem & hanc propter conſeruationem ſui in eſſe. & hanc propter filios paruulos, licet autem ſanitas non ſit, ipſe tamen eſt, & filij ſunt. Ad argumentum ergo dico ad minorem, quòd licet finis proximus non ſemper ſit, aliquis tamen præcedens eſt, & ſufficit. & dato quòd finis proximus nõ ſit in actu, eſt tamen in potentia cum appræhenſione, ꝙ eſt poſſibilis acquiri. & hoc ſufficit. Aduerte tamen ꝙ id magis clarum erit ex quæſtione ſequenti. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ. 6. ſi finis eſt cauſa ut habet eſſe in anima uel extra animam.

Amplius autem quemadmodum finis. Tex. 2.

IN hac quæſtione pertractandæ ſunt opiniones & ſm tertiam determinabitur quæſitum, deinde ſoluentur quædam argumenta.

Prima opinio eſt Auic. in lib. 6. ſuæ metaph. ca. 15. qui tenet ꝙ eſt cauſa ut habet eſſe in anima & probat duplici ratione.

Primo finis ut hẽt eſſe actu extra aĩam eſt cauſatus, qm̃ eſt effectus agentis propter finẽ, ut ſanitas cauſata in infir

mo, ergo non eſt cauſa.

Secundo ideo finis eſt cauſa, quia eſt cauſa ꝙ aliæ cauſæ cauſent. Nam propter finem intentum agens agit. & forma dat eſſe. & materia recipit formam. ſed poſtquam productus eſt finis non eſt cauſa ꝙ aliæ cauſent, qm̃ iam cauſarunt, ergo &c. Hanc opinionem cõiter ſequũtur moderni Thomiſtæ, unde & Paulus Soncinas in 5. metaph. q.3. idem probat quattuor rationibus, quæ coincidunt cũ rationibus Auicennæ, uerum quid ueritatis contineat hęc opinio declarabitur in tertia opinione.

Secunda opinio eſt cuiuſdam moderni, qui dicit duas eſſe ꝯdõnes finis.ſ. mouere agentem ad operandum ut cõſequatur finem. & quietare deſiderium agentis, quantum ad primam ꝯdõnem, dicit ꝙ finis mouet, non ut ꝓductus ad extra. ſed ut habet eſſe in anima per appræhenſionem, & probat ut probauit Auic. Quantum ad ſecundam dicit, ꝙ neceſſe eſt ipſum eſſe actu. & acquiſitum ab agente. Nã donec producibilis aut acquiſibilis eſt non quietat, ut patet de mercatore non quieſcente, donec lucrum fecerit.

Sed hæc nihil ſunt ad rem. Non.n. finis ut cauſa habet quietare, ſed mouere agẽs & facere media amabilia. Quietare autem conſequitur ſui productionem, ſiue acquiſitionem. Non differt ergo hæc opinio à prima quantum ad id in quo conſiſtit formalitet ratio cauſalitatis finis.

Tertia opinio, quã reputo ueram & reſolutam ad mentem b. Tho. & Cõmenta. dicit ꝙ finis complectitur duo. Primo id per quod eſt cauſa. Et eſt illud per quod mouet agens. Secundo illud ſine quo non moueret agens. & dr̃ ꝯdõ neceſſario requiſita. Cauſa finalis habet primum ab eſſe reali ad extra producibili uel acquiſibili. Puta, ſanitás poſſis realr̃ cauſari in infirmo, eſt id quod mouet medicũ. Ideo.n. medetur, ut ſanitatẽ potentialẽ reducat ad actũ, & athleta pugnat, ut acquirat brauium propoſitum, ſ̃m aũt habet ab eſſe in anima. Nam ſi medicus non apꝑhenderet ſanitatem, ut poſſibilem cauſari in Socrate, & poſtq̃ erit ꝓducta, perficiet Socratem, non moueretur ad medendũ,

& athleta,niſi appræhenderet ſe poſſe ꝯſequi brauium,nõ decertaret. Et hanc opinionem reputo magis reſolutã,nec realiter diſcordat à prima,ſed eã magis explicat. Sẽſus.n. primę opinionis nõ eſt.ꝙ finis ſit cauſa ſolo quo ad eſſe in aĩa. Sed intẽdit,ꝙ finis poſſibilis ꝑduci uel acquiri, ita tñ ꝙ ſit apphẽnſus poſſibilis produci habet rõnem cauſæ.

Et aduerte ꝙ ſequendo hanc determinationẽ,clare exponitur & uerificatur dictum Cõmẽtat.in 12.metaph.cõmen.36.ubi inquit forma Balnei ad extra,mouet ut finis. & ut eſt in intellectu agit deſiderium. Sic exponitur, forma Balnei ꝑducibilis ad extra,uel attigibilis aliqua actione noſtra,mouet ut finis.i.habet rõnem cauſæ finalis,cuiꝰ eſt mouere agens. Vt autem eſt ĩ ĩtellectu agit deſideriũ.i. & qm̃ non poteſt cauſare deſiderium in agente,niſi appræhendatur.ideo ut habet eſſe in intellectu agit deſideriũ. Ex eſſe ergo potẽtiali producibili uel attingibili ad extra, hẽt ꝙ ſit finis,ex apphẽſione aũt habet ꝙ actu appetatur ꝓpterea dicitur appæhenſio conditio neceſſario requiſita.

Quantum ad ultimum,aduerte ꝙ contra hanc determinationem ſunt tria argumenta apparentia.

Primo ſic,cauſa realis realiter refertur ad effectũ ſuum, finis eſt cauſa realis,quia realiter cauſat.ergo inter finẽ ut eſt cauſa & effectum ſuum,eſt relatio realis. Sed relatio realis,requirit extrema realia actu,ut dicemus infra, ergo finis ut eſt cauſa,debet eſſe actu ad extra. & non ſolum in potentia.

Reſpondetur ad hoc ꝙ inter cauſam finalem.et ſuũ effectum ſit relatio realis,non ſufficit ſolum eſſe potẽtiale ad extra,nec ſolũ eſſe actu appræhenſum.ſed eſſe potentiale ad extra.ut ſtat ſub actuali apphẽſione,&dico ꝙ ut ẽ producibilis & actualiter appræhẽſus eſt ſufficiens ad fundãdum relationem realem. Ad argumentũ ergo nego illam conſequẽtiam,ergo finis ut eſt cauſa debet eſſe actu ad extra. Hoc inquã non eſt neceſſe,ſed ſufficit ꝙ habeat eſſe potentiale cum actuali appræhenſione. Ex his enim duobus ſimul iunctis tantã habet actualitatem,quanta ſufficit ad

relationem realem.

Secundo ſic cauſa nõ cauſat niſi inquantum eſt ens, eo ꝙ cauſare ſupponit eſſe. ergo ſi finis debet eſſe cauſa, eſt neceſſe ꝙ ſit. Sed antequam producatur non eſt. ergo antequam producatur non poteſt eſſe cauſa.

Reſpondetur licet hic inueniantur plures reſponſiones, melior uidetur eſſe iſta. non tanta entitas requiritur i cauſa materiali & finali, quanta in cauſa formali & effectiua. qm̃ in his requiritur eſſe actu, eo ꝙ forma quę non eſt, nõ poteſt dare eſſe, ſil'r unũquodq; agit inquantum eſt actu. In materiali aũt ſufficit eſſe potentiale, eo ꝙ materia eſt cã inquantum recipit formam. Recipit aũt inquantum eſt in potentia ſimiliter finis eſt cauſa inquantum mouet agens ad ſui ꝑductionem uel acquiſitionem, ad hoc autem ſufficit ꝙ ſit appræhenſus poſſibilis ꝑduci. & cum ꝑductus fuerit, ſit bonum perfectiuum ipſius appetentis.

Tertio ſic ex. 2. phyſi. tex. 31. finis ut eſt cauſa, habet rõnem optimi. Sed antequam producatur non habet rõnẽ optimi, cum tantũ habeat eſſe potentiale. ergo antequam producatur non eſt cauſa.

Reſpondetur. Non dicit Ariſt. ꝙ habet rõnem optimi. ſed ꝙ inter cauſas eſt optima cauſa, eo ꝙ dat quodammodo cauſalitem alijs cauſis. unde dicitur eſſe cauſa cauſarũ, ſtat autem ꝙ habeat optimam cauſalitatem, & tñ non habeat optimum eſſe, niſi poſt ꝑductionem, aut acquiſitionem. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 7. ſi idem effectus numero poteſt produci à pluribus cauſis perfectis eiuſdem ordinis.

Contingit autem multes eiuſdem cauſas. eſſet non ſ͞m accidens. Tex. 2.

CIRCA hanc qõnem aduerte ꝙ poteſt ſub duplici ſenſu pertractari. Primo ſic. utrum idem effectus numero, poſſit produci à pluribus cauſis ꝑfectis & totalibus eiuſdẽ generis. & eiuſdẽ ordinis, puta ꝙ tres Ignes quorum quilibet eſt ſufficiens ad producendũ ignẽ B, poſ

ſint producere ipſum B. Secundo ſic, utrum effectus qui eſt productus ab A, ſi eſſet productus ab alia cauſa, an eſſet idem numero. Vtroque ſenſu intẽdo eam pertractare.

Quantum ad primum ſenſum duo agenda ſunt. Primo declarandus eſt titulus quæſiti. Secundo ponitur concluſio reſponſiua.

Quantum ad titulum aduerte, quòd per ly perfectis & totalibus, intendo cauſas, quarum una quæque eſt ſufficiens ad producendum effectum, ita ꝙ non indiget alia cauſa concauſante, nam ſi indigeret alia, non totalis ſed partialis eſſet. ut duo tralientes nauem, per ly eiuſdem generis intendo, ꝗ oẽs ſint efficientes. uel oẽs formales &c. Nam ſi una ſit efficiens alia formalis, iam non ſunt eiuſdẽ generis, per ly eiuſdem ordinis, intendo ꝙ omnes ſint immediatę & non ſubordinatæ, ut duo homines generãtes. Nam ſi una ſit uľis ut ſol, & alia particularis ut homo, nõ eſt utraque immediata, nec ſunt eiuſdem ordinis.

Quantum ad ſm ponitur hæc concluſio reſponſiua, licet eiuſdem effectus numero poſſint eſſe multæ cauſæ, nõ totales, non eiuſdem generis, nõ eiuſdem ordinis, non tñ multę totales eiuſdem generis & eiuſdem ordinis. Prima pars clara eſt, & ad ſenſum conceſſa. nam eiuſdem tractus nauis contingit eſſe multos trahentes, eiuſdem ſtatuę eſt es cauſa materialis, figura cauſa formalis artifex cauſa efficiens, eiuſdem hoĩs geniti, cauſæ ſunt Deus, ſol, & homo. ſecunda autem pars ſic probatur cõiter ab omnibus, & pręcipue ab Ant. And. in 5. metaph. q. 1. quem ad literam ſequitur. Paulus Soncinas in 5. metaph. q. 6. Si eiuſdem effectus &c. ergo effectus à nulla talium cauſarum dependeret eſſentialiter, ꝯñs eſt falſum. qm̃ de rõne determinati effectus eſt, ut eſſentialiter & per ſe à ſuis proprijs cauſis depẽdeat, qm̃ effectus alicuius cauſę eſt effectus. ꝯñtia autem ſic deducitur, ſint A, & B, totales & eiuſdem gñis ac ordinis ipſius C. Tunc ſic, C, non dependet ab A, qm̃ cum ſufficienter habeat eſſe à B, totali cauſa ſua, põt eſſe ſine A, nec dependet à B, qm̃ cum ſufficienter habeat eſſe ab

A totali cauſa ſua poteſt eſſe ſine B, ergo C, non dependet ab A, nec à B, eſſentialiter. Et aduerte q̃ hæc ratio nõ ualeret ſi A, & B, eſſent diuerſoꝝ ordinũ, ut quæ ſunt eſſentialr̃ ſubordinate, ut ſol, & homo. q̃m ut determinauimus in 2. lib. omnes ſimul requiruntur in productione effectus, aliter non ſeruaretur connexio cauſalitatis inter eas.

Quantum ad ſecundum ſenſum, præponitur quædam diſtinctio deinde concluſio reſponſiua.

Diſtinctio eſt hæc agens reſpectu alicuius effectus poteſt eſſe duplex. ſ. agens per ſe & agens per accidens, agẽs per ſe eſt illud, quod ex ſua uirtute & cauſalitate influit in effectum ut ignis A, per ſuam formam influit in igne B, ab ipſo ꝓducto, deducens ipſum ad eſſe, agens aũt per accidens, eſt illud quod nihil influit in effectu, ut muſicus inquantum muſicus ędificans, nihil influit in ędificato.

Concluſio reſponſiua ſit hæc, licet effectus A, qui eſt à B, agente per accidens, poſſit idem numeri ꝓduci à C, agẽte per accidens, non tñ id uerificatur reſpectu duoꝝ agentium per ſe. Prima pars eſt cõiter conceſſa, & ad ſenſum patet. nam idem leo qui occiſus eſt à Platone, potuit occidi à Socrate. ex ꝯñti eadẽ numero forma cadaueris cauſata à B, potuit cauſari à C, quia diſpoſitio materialis quæ eſt in materia bouis, & uirtute cuius generatur forma cadaueris, eſt eadem numero à quocunque bos interficeretur, ꝑꝑ quod oportet forma cadaueris eius, uirtute genita etiam ſit eadem, ſilr̃ Sortes componens ligna per accidẽs generat ignem A, & ſi Plato eſſet componẽs eadem ligna generaret per accidens A, ſecunda aũt pars, ſic probatur à Capreolo in 2. di. 20. q. 1. ad tertium Scoti factum contra tertiam concluſionem, cauſa & effectus ſibi proportionaliter correſpõdent, ergo ſicut calidum eſt à calido, ſic hoc calidum eſt ab hoc calido pręciſę, & hic homo, ab hoc homine præciſę, aliter inter cauſam efficientem & ſuũ proprium effectũ non eſſet ordo per ſe, ſed à caſu, nec effectus determinatus hr̃et cauſam determinatam, ſed indifferentem, ex quo põt eſſe ab hoc agente & ab alio. Alias proba

tiones adducit Capreolus in eodem loco,quas omnes formalizat Paulus Soncinas in 5.metaph.q.6.& tu uide eas ad placitum,ne tempus conteram. Et aduerte ꝙ hęc conclusio conſonat pħo in 8.lib.metaph.tex.12. ubi tenet,ꝙ diuerſitas effectuum prouenit propter diuerſitatem materiæ proximę.& propter diuerſitatem agentis proprij. Diſtincta, ergo agentia non poſſunt eundem numero effectum producere. Prҿterea diſtincta agentia habent diſtinctas actiones, diſtinctæ actiones terminantur ad diſtinctos terminos,qui ſunt effectus ipſarum actionum, ergo diſtincta agentia neceſſario ꝓducunt diſtinctos effectus, intelligendo de agentibus non partialibus, nec ſubordinatis,ſicut hic intelligimus. Et aduerte ꝙ in epitomate in 2. de generatione in fine tenui oppoſitum, nunc autem melius conſiderans determinaui pro parte negatiua.

Sed contra hanc determinationē ſunt aliqua argumenta apparentia,& quidem contra primum ſenſum ſic cōiter arguitur,ſit minima materia combuſtibilis ſummę diſpoſita.et applicentur tres ignes quorum quilibet ſit ſufficiēs ad gñandum ignem A,ex dicta materia. Tunc arguo ſic A,ignis aut generabitur ex diſtincta materia, aut non, ſi non,ergo agente naturali debitę approximato et materia debitę diſpoſita, non ſequitur actio, quod eſt manifeſtę falſum,ut probabitur in lib.9. Si ſic,cū non poſſit aſſignari ratio quare ſit magis ab uno igne,ꝗ̄ ab alio,ſequitur ꝙ à tribus generabitur quorum quilibet ponitur ſufficiens.

Ad hoc argm̄ & Paulus ſonc. ubi ſupra & Capreolus ubi ſupra,quaſi eodem modo multipliciter rn̄dent,& oēs concedunt, ꝙ illa materia igniretur, ego autem dico ꝙ non,& cauſa huius non eſſet, ꝙ dicti ignes non eſſent debitę approximati,nec ꝙ materia eſſet indiſpoſita,ſed quia implicaretur contradictio.ſ.quia daretur effectus, qa nulla cauſarum ſuarum dependeret,ſuppoſito, (ut ſupponitur)quod quælibet earum eſſet totalis & ſufficiens.

Contra ſm ſenſum,arguitur ſic, idem effectus numero eſt corruptibilis ab hoc agente & ab alio, ut patet quòd

idem ignis poteſt extingui ab hac aqua & ab alia, ergo poteſt generari ab hoc agente & ab alio, tenet conſequentia, quia non uidetur maior ratio hic quam ibi.

Ad hoc negatur conſequentia, ad probationem dico, ꝙ eſt maior ratio hic q̃ ibi. Nam ꝙ res deſinat eſſe, contingit pluribus modis, ꝙ autem producatur, contingit tãtum uno modo, unde uidemus ſolum edificatorem edificare domum, quam contingit pluribus modis deſtrui. Præterea, ſi omnes cauſæ corruptiuæ eſſent generatiuæ, ſequitur equum poſſe generari ab igne, et ab aqua, & à ligno, quoniam ab his omnibus poteſt corrumpi.

Item arguitur ſic, ſi idem effectus numero puta. Sortes genitus à Platone, nõ potuiſſet produci ab alio homine, ergo inter indiuidua eiuſdem ſpeciei, eſſet ordo per ſe & eſſentialis. cuius oppoſitum probatum eſt in 2. lib. quoniam in per ſe & eſſentialiter ordinatis, non eſt proceſſus in infinitum, indiuiduis aũt eiuſdem ſpeciei, eſt proceſſus in infinitum, quare &c.

Ad hoc reſpondetur, concedo ꝙ inter indiuidua eiuſdẽ ſpeciei, eſt ordo per ſe cauſalitatis, in hoc ſenſo, ꝙ A, ita eſt à B. ꝙ non poteſt eſſe niſi à B, & B, ita eſt à C, quòd non poteſt eſſe niſi à C, &c. non tamen concedo ꝙ inter ea ſit eſſentialis ordo, qm̃ ut diximus in 2. lib. cauſæ eſſentialiẗ ſubordinatæ, ſunt diuerſarum naturarum, et una eſt formaliter perfectior altera, negatur ergo hæc ꝯñtia A, eſt per ſe à B, ergo A, eſſentialiter ſubordinatur B.

Plura alia argumenta, ſolent adduci, quæ uidebis in quæſtionibus Marſilij ſuper lib. 1. de gener. in q. 8. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 8. ſi cauſæ ſunt ſibijnuicem cauſæ. Et adinuicem cauſæ ſunt. Textu. 2.

CIRCA hanc queſtionẽ aduerte ꝙ difficultas ſtat in quibuſdam incõuenientibus, quæ vñr ſequi ex hoc textu, & ſunt tria. Primo ſi cauſæ ſunt ſibijn-

uicem cauſæ, ergo idē reſpectu eiuſdem eſt cauſa & effe-
ctus, puta finis apprehenſus poſſibilis produci, mouet agentē, & ut ſic reſpectu agentis eſt cauſa, inquantū aūt ꝓducitur in eſſe, eſt effectus agentis, ergo finis eſt cauſa agētis & eſt effectus eiuſdem. Hoc aūt uidetur incōueniens, qm̄ cum cauſa ſit prior effectu, ſequitur ꝙ idem reſpectu eiuſdem ſit prius & poſterius, puta finis cōparatus agenti, ut eſt cauſa agentis, eſt prior agente, ut autem eſt effectus agentis, eſt poſterior agente, & augetur difficultas ex eo ꝙ cauſa eſt nāliter prior effectu, & effectus nāliter poſterior, ex quo ſequitur ꝙ ſi idem reſpectu eiuſdem eſt cauſa & effectus, ergo idem erit prius & poſterius nā ſe ipſo, quod uidetur penitus impoſſibile,

Secundo ſequitur, ꝙ cum effectus poſſit demonſtrari per cauſam. ſi cauſæ ſunt ſibiȷ̃nuicem cauſæ, ꝙ efficient poteſt demonſtrari per finem, inquantum finis eſt cauſa efficientis. & finis per efficientem, inquantum efficiens eſt cauſa finis. Hoc autem eſt inconueniens, qm̄ tunc demonſtratio eſſet circularis, quæ non admittitur ex. 1. poſter.

Tertio ſequitur ꝙ idem ſit cauſa ſui ipſius, nam finis eſt cauſa agentis. & finis cauſatur in eſſe ab agente. ergo finis cauſat ſe ipſum. Tenet ꝯñtia ex illa maxima, Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati à cauſa. Repugnat autem ex natura rei, idem eſſe cauſam ſui ipſius, ergo &c.

Reſpondetur. Ad primum concedo, ꝙ idem eſt cauſa & effectus, ſed nō in eodem genere cauſę, unde finis eſt cauſa agentis, ut finalis, & finis eſt effectus agentis, ut effectus cauſæ productiuę, & concedo ꝙ idē eſt prius & poſterius reſpectu eiuſdem. ſed non eodem modo, nec eadem ratione. Nam finis eſt prior agente ſm intentionem & deſiderium. Prius. n. agens intendit & deſiderat finem. q̄ agat, eſt autem poſterior quo ad eſſe actu, producitur. n. uel attingitur actione agētis, nec augetur difficultas, ex eo qđ idē erit prius & poſterius natura ſe ipſo. Nam prius natura dicitur multipliciter, & pro nunc duo modi ſufficiant. Primo aliquid eſt prius natura, quia eſt illud qđ natura i ſua

actione ſupponit. Sic materia eſt prior natura, q̄ forma, & forma eſt poſterior. & finis eſt prior natura q̄ agens, q̄m agens ſupponit finem, aliter non induceretur ad agendū. Secundo aliquid dicitur prius natura quia eſt illud, q̄d natura prius intendit, ut perfectius. Sic forma eſt prior natura, ordinat. n. materiam ad formam, & non econuerſo. & agens eſt ꝑus natura, q̄ finis, ut mouet, agens. n. ut agens eſt actu, finis aūt ut mouet, eſt in potentia ꝓducibilis uel acquiſibilis, perfectior eſt autem eſſe actu, quam eſſe in potentia. Dico ergo non eſſe inconueniens idem eſſe prius & poſterius ſeipſo natura; dummodo ſumatur prius & poſterius natura diſtinctis modis, unde finis ut ſupponitur agenti. eſt prior natura primo modo aſſignato, ut aūt eſt producibilis ab agente, eſt poſterior natura ſecundo modo aſſignato.

Ad ſecundum concedo conſequentiam. & nego ꝙ ſit inconueniens, ad probationem nego, ꝙ eſſet demōſtratio circularis, talis qualē reprobat p̄hs in. 1. poſter. Nā illic reprobat demonſtrationem circularem in eodē genere cauſæ, puta ſi demōſtrarem A, per B, & B, per A, in genere cauſæ effectiuę, ſi aūt demonſtratur A, per B, ut per cauſam finalem. & B, per A, ut per cauſam effectiuam, non eſt inutilis demonſtratio, nec talem reprobat philoſophus.

Ad tertium, negatur conſequentia. Ad probationem dico, ꝙ illa maxima non uerificatur niſi in eodē genere cauſæ, puta quia ignis eſt cauſa effectiua caloris in aqua, et calor in aqua eſt cauſa effectiua caloris manus, ueræ dr̄ ꝙ ignis eſt cauſa caloris manus. In ꝓpoſito aūt licet finis ſit cauſa agentis. & agens cauſa finis, non tñ in eodē gñe cauſæ, ut patet ꝑ prædicta, ideo non ſequitur ꝙ idem ſit cauſa ſui ipſius. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quęſtio. 9. ſi cauſa in actu, & effectus in actu ſimul ſunt & non ſunt.

Differunt autem intantum ꝙ agentia quidem ſingularia ſimul ſunt & non ſunt, cum his quorum ſunt cauſæ. Textu. 3.

CIRCA hanc quæſtionem aduerte ꝙ licet multi multa dicant, tamen habito ſenſu p̄hi, non eſt magna difficultas, tria igitur agenda ſunt. Primo declarabitur ſenſus p̄hi, ex quo apparebit quomodo hæc cõcluſio eſt uera, cauſa in actu, & effectus in actu ſimul ſunt, & non ſunt. Secundo declarabitur, quomodo ex dicta cõcluſione, uerificantur iſtæ duæ maximæ, poſita cauſa ponitur effectus. Remota cauſa, remouetur effectus. Tertio ſoluentur quædam argumenta.

Quantum ad primũ aduerte ꝙ ſenſus p̄hi eſt iſtæ, cauſa in actu, eo modo quo eſt cauſans; & effectus in actu eo modo quo cauſatur à cauſa, ſimul ſunt, & non ſunt, nam quædam eſt cauſa effectus in fieri, & in eſſe, & in conſeruari, & reſpectu talis cauſæ, clara eſt propoſitio p̄hi, nam bene ſequitur. Sol actu illuminat aerem. ergo aer actu illuminatur, & econuerſo, ſimiliter ualet, ſi arguatur negatiuæ. Quædam autem eſt cauſa ſolum in fieri, ſicut ædificator reſpectu domus, & omnia agentia naturalia inferiora. & reſpectu talis cauſæ uera eſt propoſitio p̄hi, ſolum in fieri, uel in cauſari. Nã bene ualet. Hic ædificator ædificat hanc domum, ergo hæc domus ædificatur, ſimiliter ualet negatiuæ. Non aũt ualet quo ad eſſe, non. n. ſequitur. Sortes genitor Platonis eſt, ergo Plato eſt, nec econuerſo. Stat. n. genitorem eſſe, & genitum non amplius eſſe. & econuerſo. Id aũt non contingit in cauſa effectiua & conſeruatiua, qm̃ ipſa remota deſinit effectus omnino. Hoc modo ſe habent inferiora reſpectu motus cœli, quoniam illo ceſſante, deſtrueretur omnis generatio & eſſe rerꝫ compoſitarum corruptibilium, ut manifeſtabimus in lib. 12.

Quantũ ad ſecundum aduerte, ꝙ ex dicta declaratione patet ueritas huius maxime. Poſita cauſa ponitur effect⁹. Hæc eſt uera in hoc ſenſu, poſita cã, eo modo quo eſt cã, ponitur effectus. Nã ſi eſt cã in potentia. i. potens cãre, ponitur effectus in potentia. i. põt cãri. Si eſt cã in actu, uel quo ad fieri, uel quo ad eſſe, uel quo ad ꝯſeruari, ponitur ꝯſilr̃ effectus in actu, ſilr̃ uerificatur iſta. Remota cã, remo

uetur effectus. Nam eo modo, quo eſt cauſa, ſiue in potentia, ſiue in actu, quo ad fieri, uel quo ad eſſe, ſi remouetur, remouetur & effectus. Et aduerte ꝙ multæ eueniunt circa hoc deceptiones, ex eo ꝙ non ſumuntur cauſa & effectus quo ad cauſalitatẽ, ſed quo ad entitatem, ſicut aliqui arguunt. Sol eſt actu, erga aer noſter illuminatur. Conſtat ꝙ hæc ꝯñtia non ualet. qm̃ licet ſol quo ad ſubſtantiam ſuam actu exiſtat, tñ non ſemper actu cauſat lumen in noſtro aere, ut quando eſt in oppoſito emiſphærio, negatur ergo hæc conſequentia, ſol eſt actu, ergo eſt actu cauſa.

Quantũ ad tertiũ aduerte tria argumenta apparentia. Primum eſt, ſtat cãm eſſe in actu & tñ effectum nunq̃ eſſe actu, puta ignis actu calefacit lignũ ut generet ignẽ, dũ calefacit ſuperfunditur aqua extinguens ignẽ, quo caſu poſito, patet cãm eſſe in actu & tamen effectus non eſt actu.

Reſpondetur, licet non ſit effectus in facto eſſe eſt tamẽ in fieri. nam illa calefactio ut ordinatur ad ignem generandum poteſt dici factio ſiue generatio ignis ſumendo generationem pro alteratione præcedenti. unde dico ꝙ hæc conſequentia eſt bona, cauſa eſt in actu, ergo effectus uel quo ad fieri, uel quo ad factum eſſe eſt actu, ſufficit autem huius diſiuncti alteram partem eſſe ueram.

Secũdo oĩs cauſa eſt prior ſuo cauſato, ut dictũ eſt in 1. q. huius libri ergo repugnat cauſam eſſe ſimul, & non eſſe cum ſuo cauſato. Simultas enim & prioritas opponuntur.

Rñdetur, cauſa dupl'r ſumitur, uel quo ad entitatẽ ſuã, uel quo ad relationẽ, ut refertur ad effectum. Quo ad entitatem eſt prior, quo ad relationem eſt ſimul. In 5. quidem metaph. in q. 1. locuti ſumus quo ad entitatẽ, hic aũt loquimur quo ad cauſam, ut ſtat ſub relatione ad effectum.

Tertio ſi poſita cã i actu ponitur effectus i actu uel quo ad fieri, uel quo ad factũ eſſe, ergo oẽ qd' fit fieret ex neceſſitate, ꝙ eſt falſum, qm̃ nulla eſſet productio contingens, ex ꝯñti omne productum eſſet neceſſarium, cuius oppoſitum probabitur in lib. 6. Probatur conſequentia, ſi hæc eſt uera, poſita cauſa in actu, ponitur effectus in actu,

ergo eſt neceſſaria illatio,quoniam omnis illatio uera, eſt neceſſaria,ergo illatum eſt neceſſarium,illatum autem eſt effectus,uel quo ad fieri uel quo ad factum eſſe, ergo &c.

Reſpondetur, hoc argm̄, ſi quid concludit probat ꝙ poſita cauſa i actu,de neceſſitate ponitur neceſſitate ꝯñtiæ effectus,in fieri uel in facto eſſe, ex hoc tamen non ſequitur omne fieri uel factum eſſe neceſſarium abſolutæ, qm̄ neceſſitas ꝯñtiæ, non infert neceſſitatem̄ conſequentis, utrum autem à cauſa agēte neceſſario.poſſit prouenire effectus contingens,determinabitur in li.6.ubi quæremus, ſi prima cauſa ageret de neceſſitate naturæ, an omnia euenirent de neceſſitate.Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō.10.Si materia prima eſt propriæ elementum. Elementum dicitur illud: ex quo componitur res primo. Et eſt in ea exiſtenter,indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem. Textu 4.

CIRCA hanc q.tria agenda ſunt.Primo.Quid ſentiat Commen.Secundo.Quid ſentiat b.Tho. Tertio,ſi b. Tho. realiter diſſentit à Commentatore.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Cōment. tenet partē affirmatiuam.Nam in fine cōmen.4.ſic dicit. Manifeſtū eſt ꝙ uerum elementum eſt cōe omnibus compoſitis, qd' eſt primum, ex quo componuntur omnia, & eſt exiſtens in unoquoq; eorum & in quod diſſoluuntur omnia. & iſtud elementum debet eſſe cauſa alioꝝ elementoꝝ.& hoc quod dixit eſt materia prima. Hæc. Cōmenta.& aduerte fundamentum Cōmenta.fuit ꝙ arbitratus eſt de ratione ueri & proprij elementi eſſe tm̄ tria, primo ꝙ ſit illud ex quo res primo componitur.Secundo ꝙ remaneat in compoſito.Tertio ꝙ non diuidatur in priorem ſpeciem,& qm̄ hæc tria proprijſſimæ ſeruantur in materia prima, ideo credidit ipſam eſſe ueræ & propriæ elementum, quattuor autem corpora ſimplicia eſſe elementa ſm̄ famoſitatem, & præcipue quoniam antiqui credebant ipſa eſſe prima componentia ſimplr. non.n.peruenerunt ad cognitionē materiæ primæ,ut patet ex 1.lib.huius ſcientiæ.

Quantũ ad ſecundũ aduerte ꝙ b. Tho. in expõne hui' tex. tenet partem negatiuã & fundamentũ ſuum fuit, qm̃ ultra tres ꝯdões aſſignatas in opinione Comment. arbitratur elñtum includere quartam .ſ. ꝙ habeat aliq̃ ſpẽm, ita ꝙ ſit corpus. ſed non ſit reſolubile in priora corpora, q̃ ſint diſtincta℞ ſpecie℞, ſiue natura℞, & quia mã prima p̃ciſę ſumpta, non habet aliquam ſpeciem, nec eſt corpus, ió licet non ſit reſolubilis in priora, tñ non eſt ueræ elñtum. & ſenſus quidem b. Tho. uř magis conformis literæ. Dicit. n. pħs, indiuiſibili ſpẽ in aliam ſpeciem, ly aliam uř p̃ſupponere, ꝙ habeat propriam ſpeciem. & ideo tenendũ eſt diffinitionem elementi datam ab Ariſt. non proprie cõuenire materiæ primæ, ſed 4. corporibus ſimplicibus.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Paulus Soncinas in 5. metaph. in expõne huius tex. arbitratur b. Tho. non diſſentire à Cõmenta. & adducit dictũ b. Tho. in 1. de cœlo. lect. 18. ubi dicit, ꝙ materia prima eſt elementum & qm̃ hic exponens præſentem tex. dicit oppoſitum. (Sic. n. inquit. Quartum eſt ut dicat aliquam ſpeciem, quæ non diuidatur in ſpecies diuerſas in quo differt elementum à mã prima, quæ nullam habet ſpẽm) ideo Paulus conatur exponere hoc dictũ & dicit ꝙ b. Tho. accipit elñtũ ẜm cõem uſum loquendi, ẜm quẽ ꝯſueuimus appellare elñta, quattuor corpora ſimplicia. Quę dñr ſimplicia, nõ ꝙ ſint oĩno ſimplicia, componuntur. n. ex materia & forma, ſed quia non componuntur ex prioribus corporibus.

Sed ꝙ ꝓ utroq; dicto non hẽat mentẽ b. Tho. declaro, & ꝓmo ad auctoritatẽ b. Tho. i 1. de cœlo, dico ꝙ b. Tho. illic accipit elñtũ ſiĩtudinariæ. Nã in tex. 91. pħs dicit tribus. n. entibus elñtis corporalib. q̃ ſunt cœlũ terra & intermedia &c. Cõſtat aũt ꝙ cœlũ nõ eſt ꝓprie elñtum, cũ non ueniat in uerã compõnẽ alicuius, niſi ipſius uniuerſi. Qđ' qdẽ nõ eſt totũ ex cõpõne. ſed ex ordine. Sicut ergo Ariſt. improprie dixit cœlum eſſe elñtum, ſic b. Tho. dicit mãm primam eſſe elñtum. Præterea dicit illic b. Tho. ꝙ pħs accipit elñtum pro quocunq; corpore ſimplici, & dicitur ele

mentum

mentum corporale,ad dñiam materiæ primæ,quæ eſt elementum.ſed non corporale,prout conſideratur abſq; omni forma,hæc illæ. Accipit ergo omne ſimplex ex quo res componitur,poſſe dici elementum. Sed hoc eſt accipere elñtum large,ut etiam illic dicit b. Tho. cũ ergo hic in 5. metaph.ſcrutetur elñtum ẜm proprijſſimam rationem,& in 1.cœli in tex.91.loquatur de elñto large dicto,non debemus facere fundamentum ſuper dictum in 1. cœli. ſed ſuper dictum hic in 5.metaphy. conſtat autem ꝙ hic negat materiam eſſe elementum. Quare &c.

Quod ẽt expõ,quam dat dicto b.Tho.in 5. metaphyſ. non ualeat,ſic declaratur, pħs & b.Tho. diffiniunt elñtũ in ſuo proprijſſimo ſigñato,ergo falſum eſt,ꝙ lumat elementum ẜm cõem uſum loquendi,& cõfirmatur.qm̃ pħs illic exemplificat de proprijſſimis elñtis in diuerſis gñib⁹, ut in uocibus & ſillabis.& in deſcriptionibus geometricis & in demſ̃onibus.Tenendum eſt ergo ꝙ b. Tho. diſſentiat à Cõmen.quia.ſ.non concedit mãm primam dici elementũ,niſi ut quoddam ſimplex & primũ componens. Sed ueꝝ elñtum ultra hoc requirit ꝙ habeat ꝓpriã ſpẽm. quod nõ uerificatur de materia prima ẜm ſe conſiderata.

Et aduerte ꝙ Iandu.in 5. metaph. q.5. pro defenſione Commenta.ſic arguit. Qñ aliquod prædicatum uniuocũ conuenit cauſæ & cauſato,prius conuenit cauſæ q̃ cauſato.Sed eſſe elementum.& ſubſtare conuenit mixtis,& ſimplicibus.& materiæ primæ, & omnibus alijs ꝯuenit per materiam primam,qm̃ eſt primum ſubm̃,ergo mã prima prius & magis proprie eſt elñtum q̃ corpora ſimplicia.

Rñdetur non eſt idem eſſe elñtum & ſubſtare, nã ſubſtare conuenit alicui inquantũ eſt in potentia paſſiua, & q͂a mã prima, eſt ꝓprie potẽtia paſſiua, ideo prius ꝯuenit ei,& ſi ꝯuenit alijs conuenit inquantũ participant potentiam paſſiuam.Sed eſſe elñtum,ꝯuenit rei ſimplici hñti aliquam determinatam ſpẽm,nõ diuiſibili in diuerſas ſpẽs, & qm̃ materia prima nullã habet determinatam ſpẽm ex ſe,prima aũt. corpora componibilia adinuicẽ hũc deter

minatã ſpẽm, & ſunt indiuiſibilia in diuerſas ſpẽs, iõ illa ſunt ꝓprie eĺnta, mã aũt ꝓma iproprie, ad argm̃ ergo cõcedo, ꝙ ſubſtare primo cõuenit mãæ primæ. & ſi inferatur, ergo & eſſe eĺntum. nego ꝯñtiam, quã non ꝓbat, deceptus eſt aũt Iandu. qm̃ arbitratur cui primo conuenit ſubſtare eidem primo conueniat eſſe eĺntum, quod eſt falſum, ut declarauimus. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ. 11. ſi pħs ſufficienter enumerauit oẽs modos nãæ.

Natura quidem dicitur uno modo naſcentium generatio. Textu 5.

CIRCA ꝯſiderationem de nã, ſatis immorati ſum⁹ i 2. phy. ſupeſt nũc declarare ꝙ pluribꝰ modis dr̃, q̃ hic dr̃ à pħo, nec tñ ꝑꝑ hoc fuit diminutus. qm̃ non aſſumpſit ꝓuinciam declarãdi omnimodã multiplicitatem terminoꝶ cõium, qui cadunt ſub conſideratione metaphyſici. ſed ſolum ut expedit metaphyſico, cuius ſignum eſt ꝙ agens de modis entis non enumerauit oẽs, non. n. diſtinxit ꝑ reſpectiuum & abſolutum, per finitum & infinitum, & agens, de ſuƀa non poſuit expſſæ modũ, ut dr̃ de mã, ꝓ uťi igitur doctrina numerabimus oẽs modos quibus ſolet dici natura, & in ſumma ſunt decem.

Primo natura dicitur generatio uiuentium, q̃ſi naſcitura, uel à natiuitate dicta, & hic modus ſatis patet i textu.

Secundo natura dr̃ illud, qđ eſt intrinſecũ principium motus primo & ꝑ ſe in re naturali, ſiue hoc ſit mã, ſiue forma, & ſic conſiderata eſt & diffinita in 2. phyſ.

Tertio nã ſumitur ꝓ q̃cũꝗ eſſentia, uel qdditate, ut cũ dicimus alia eſt nã ſuƀæ, alia quantitatis, alia q̃litatis, &c.

Quarto natura ſumitur pro quacunꝗ dr̃ia ſpecifica eſſentialiter diſtinguente, ut cum dicimus, natura hominis eſt eſſe rationalem, æqui uero eſſe hinnibilem.

Quintũ nã ſumitur ꝓ quacunꝗ ꝓprietate ꝯñte rẽ inſeparabiľr, ſicut dicimus hõ nã. i. nãli inclinatione ſcire deſiderat, nã lapidis eſt deſcendere, ignis autem aſcendere.

Sexto nã ſumitur ꝓ cauſis motiuis uťibꝰ ipſius uniuerſi, tam intellectualibꝰ q̃ corporalibus, ſicut cũ dicimus to

ta nā cōparatur Deo,ut inſtr̄m principali agenti. Itē cum dicimus ꝯſeruatio ſpēi eſt ꝑ ſe intēta à nā. Itē cū dicimus, corruptio & mors ſunt intētæ à nā uli,nō aūt particulari.

Septimo, natura ſumitur pro eſſentiali rerum ordine, concurrentium per ſe & principaliter ad perfectionē uniuerſi.ita ꝙ talis ordo eſt firmatus & immutabilis.ut cum dicimus ſolem ſtare,eſt contra naturam. Mortuum reſurgere,eſt contra naturam Dari uacuum,eſt contra naturā.

Octauo,natura ſumitur pro Deo non in ſe conſiderato. ſed prout eſt dirigens oēs cauſas ſecundas in actionibus ſuis naturalibus,& inquantum eſt omnium motuum primum principium, iuxta ordinem rebus inſtitutū firmum & ſtabilem.ut cum dicimus nā inſtituit ſolē declinare ab æquinoctiali, ꝑꝑ alternam generationem & corruptionē in inferiorib.unde aduerte, ꝙ in actionibus miraculoſis, Deus non debet dici naturæ.ſed naturæ dominator.

Nono, nā ſumitur à medicis pro complexione, ut cum dr̄.Reubarbaꝝ eſt calidæ naturę.Aliqñ pro uirtute formatiua.quæ deſeruit generatiuæ, ut diximus in 2.de anima, ut cum dicimus,nā in gñatione animalis incipit à formatione cordis,aliquando ſumitur pro collo matricis.

Decimo,nā ſumitur apud ph̄m moralem ꝓ conſuetudine,ut cū dicimus,nā ueri regis eſt ſeruare ſubditos, tyrāni aūt natura eſt opprimere.Et aduerte ꝙ hic modus cōcordat cum quinto.Hęc de præſenti quęſito dicta ſint,nec occurrunt apparentia argumenta,quæ indigeant ſolutione.

Q̄ō.12.ſi neceſſaria habent cauſam efficientem.

Horum quidem altera cauſa eſſendi neceſſaria. horum autem nulla. Tex.6.

CIRCA hāc q.ꝓ declaratione tituli, ꝑpono duas diſtōnes.Prima ē.Neceſſariū ē duplex.ſ. icōplexū & cōplexū, icōplexū ut De⁹ & entia icorruptibilia & de his utrū hēant cām effectiuā dicem' i li. 12. qñ q̄remus ſi oīa ꝑter ꝑmū hñt eē effectiuę à ꝑmo.Aliud ē cōplexū & ꝑcipue in 1.mō ꝑ ſe,ut hoiem eſſe aial.& de tali neceſſario q̄ritur hic & eſt ſenſus.utrū ſit aliq̄ cauſa effecti

ua,quæ facit hoīem eſſe aīal.Scđa diſtō eſt de cauſa,nā cō plexi neceſſarij,ſaltē in 2.mō ꝑ ſe,pōt aſſignari cā formalis,puta ꝙ hō ſit riſibilis,cauſa formalis eſt, quia eſt rōnalis.Sed dubium eſt de cauſa effectiua,licet.n.clarum ſit ꝙ riſibilitas cauſatur in hoīe à ꝓducente hoīem. tñ adhuc dubitatur.utrum hoc totū enunciabile neceſſariū, hoīem eſſe riſibilem habeat cām efficientem.Pro reſolōne igr̃ huius dubij tria agenda ſunt.Primo quia intendo ſequi Herueū in quodlibet.1.q.10.cuius ſenſum in hoc dubio reputo eſſe Thomiſticum ꝑpono aliquas diſtōnes.Secūdo rñdebitur per ↄclōnes. Tertio ſoluentur rationes Pauli Soncinatis,qui in 5. metaph. q.10.tenet contra Herueum.

Quantum ad primum præpono quattuor diſtōnes.

Prima eſt.Complexa neceſſaria affirmatiua ſunt triplicia.Quædam componuntur ex terminis, quibus nullum correſpondet eſſe,ut chimera eſt chimera.Quędam ex terminis diuinis intrinſecis,ut Deus eſt infinit⁹, omnipotēs, ſummum bonum. Quædam ex terminis ſignificantibus ens productum,ut homo eſt animal.

Secunda eſt,complexa neceſſaria.3.mō dicta, duplr̃ cōſiderantur.ſ.quo ad habitudinem terminoꝝ, & quo ad eſſe reale actu,puta hoc complexum,hō eſt aīal,pōt ↄſiderari prout ꝑdicatum ex nā ſua eſt aptum conuenire ſub̃o,ſiue homo & animal exiſtant,ſiue non,eo ꝙ aīal eſt de rōne hoīs,pōt ēt conſiderari ꝓut homo &animal ſunt actu, & nō pōt eſſe hō actu,quin ſit aīal actu, & hæc connexio ſignatur ꝑ copulā,unde hoc complexum. Actu hō eſt actu animal,eſt cōplexum reale actu,ex parte ſignificati.

Tertia eſt, neceſſitas complexoꝝ pōt eſſe duplex.ſ.abſoluta & cōnexionis,ſiue comparationis. Illud eſt neceſſarium abſolute,ꝙ ẜm ſe impoīe eſt alr̃ ſe hr̃e,ut Deus eſt infinitus. illud aūt eſt neceſſariū cōnexione,qđ nō pōt eſſe ſine aliquo alio ad qđ cōparatur in ſe,tñ pōt nō eſſe.Sicut non pōt eſſe curſus ſine motu,nec hō ſine aīali,nec ſb̃m ſine ꝓpria paſſione, & hæc nō dñr neceſſaria abſolutæ, eo ꝙ hō & curſus,& ſiīa in ſe conſiderata poſſunt non eſſe.

Quarta eſt,ſubm complexi neceſſarij, puta huius, hõ eſt aial,poteſt cõſiderari in ſenſu diuiſo, ut conſiderando hoiem ut hoiem pręciſe,& in ſenſu compoſito, ut ꝯſiderã do hoiem ut actu exiſtentem,ita ꝙ ſicut album põt acci- pi pro ſubo albedinis,& albũ ut ſtat ſub albedine, ſic po- teſt conſiderari homo ut homo & homo ut exiſtens.

Quantũ ad ſcdm ex his diſtõnib' ponũtur.4.ꝯcſones.

Prima ꝯcſo.Complexũ neceſſarium ꝯſtans ex terminis, quibus nullũ eſſe corrñdet,neq; actuale,neq; potentiale, non hẽt cauſam efficienté,probatur, oĩs cã effectiua eſt re ſpectu alicuius ꝓducti,uel ꝓducibilis. ſed cõplexum con ſtãs &c.nõ eſt ꝓductũ,nec ꝓducibile, ut patet. ergo &c.

Secunda ꝯcſo. Complexa neceſſaria cõpoſita ex termi- nis ſignificantibus ens diuinum, nullam hñt cauſam effe ctiuam probatur. quod Deus ſit,nulla eſt cauſa,eo ꝙ eſt penitus independens cũ ſit ens à ſe,ergo ꝙ Deus ſit Deus, & bonus,& ſapiens,&c. nulla eſt cauſa effectiua. qm̃ ſua perfectio eſt ſua ſubſtantia, quæ non pendet ab alio.

Tertia ꝯcſo.Complexa neceſſaria ſignãtia ens produ- ctũ,ut hõ eſt aĩal, ſi ꝯſiderentur in habitudine terminoꝝ nullã hñt cãm effectiuã,ꝓbatur talis habitudo eſt rſo rõ- nis,ut declarabitur in lib.6.cũ diſputabitur de ente uero. ſed rſo rõnis cũ ſit ens rõnis nullã hẽt cãm effectiuã, de- clarabitur.n.in lib.6.ꝙ ens rõnis ut diſtinguitur ꝯtra ens reale,à nullo eſt effectiuæ,& in nullo eſt ſubiuę.ergo &c.

Quarta ꝯcſo.Complexa neceſſaria ſignificantia ens ꝓ- ductum,ſi ꝯſiderentur quo ad eſſe reale actuale, hñt cãm effectiuam,probatur, eſſe reale actuale huius complexi, hõ eſt animal,hoie exiſtente,& animali exiſtente. eſt ens reale actu,ut patet.ergo uel eſt ens increatum,uel creatũ, non increatum, qm̃ eſſet Deus, ergo creatum, ſed omne creatum habet cauſam effectiuam,ut patet.ergo &c.

Huic rõni conatur rñdere Paulus Soncinas,& dicit.qñ dr̃ homo eſt animal,ly eſt non ſignãt aliqd' ens reale,ſed ens rõnis,per opus intellectus cõponentis, quod quidem cõpetit homini & animali,ẽt ſi non eſſent in reꝝ natura,

Sed conſtat ꝙ non rñdet ad ꝓpoſitum,qm̃ ſumere hoc cõplexũ,hõ eſt aïal,in habitudine terminoꝝ,eſt iuxta ſenſum tertiæ ꝯclõnis.Hic aũt loquimur iuxta ſenſum quartæ ꝯclõnis,quæ riquirit actuale eſſe reale, qđ neceſſe eſt eſſe creatum,uel increatum, laborat ergo Paulus in ęquiuoco. qm̃ non attingit ſenſum Heruei pro 4.concluſione.

Sed dices,quæ eſt cauſa effectiua huius complexi, homo eſt animal,quo ad eſſe reale actuale.

mo & per ſe, ſunt eiuſdem prædicamenti, quia utrunque cõuenit quantitati,& nulli alteri,niſi per quantitatem.Secundo potentia & actus ſunt eiuſdem gñis.i.eiuſdem rõnis,quo ad ingredi rõnem quidditatiuam alicuius, & ſic nego eã,nã eſſe mobile eſt de eſſentia entis naturalis, non tñ eſſe motũ uel actu moueri,hoc.n.ſeparabile eſt ab ente naturali. Sic in ꝓpoſito eſſe actu diuiſum eſt ſeparabile à quantitate,ut patet.nõ aũt eſſe diuiſibile. Oïs.n.quãtitas diuiſibilis eſt,non aũt oïs eſt actu diuiſa. patet igitur, ꝙ rõnes Ant.And.non concludunt contra uiam noſtram.

Quantum ad quartum aduerte,ꝙ tria faciunt difficultatem contra determinationem poſitam,primo eſſe diuiſibile non ſolum ſimplr ſed ẽt in infinitũ demonſtratur de quantitate continua in 6. phyſi. ergo eſſe diuiſibile non eſt ratio formalis & quidditatiua quantitatis añs manifeſtum eſt diffinitione continùi, ꝯñtia patet. qm cum ratio quidditatiua ſit mediũ demonſtrandi paſſionem de ſubiecto,ipſa eſt indemonſtrabilis,unde cum prędicatur de eo cuius eſt ratio, efficitur ꝓpoſitio immediata ex. 1. poſter.

Rñdetur,aliud eſt quantitatem eſſe diuiſibilem, & eſſe diuiſibilem in infinitum.primũ.n.primo & per ſe,& non ꝑ aliqd prius cõuenit quãtitati,ideo eſſe diuiſibile ꝑmo et per ſe eſt indemonſtrabile de quantitate.ſm̃ aũt conuenit quantitati,nõ abſolutæ,ſed rõne cõtinuitatis.ideo demõſtrari põt,ex eo.n. ꝙ continuũ non põt componi ex indiuiſibilibus,prouenit cõtinuum eſſe diuiſibile in infinitũ.

Secundo, ratio formalis alicuius generis uniformiter conuenit ſpeciebus illius generis,ut patet pro quanto conueniunt in genere,ſed eſſe diuiſibile non uniformiter conuenit ſpeciebus quantitatis, puta diſcretæ & continuæ. Quantitas.n.diſcreta habet partes actu diuiſas, ut binarius lapidum. continua autem habet partes non diuiſas abinuicem,ſed diuiſibiles,cuius ſignum eſt, quòd copulantur ad unum terminum communem.

Reſpondetur,licet partes quantitatis diſcretæ nõ copulentur ad unum terminum cõem, tamen ut partes ſunt

& actu conſtituunt unum totum, puta ternarium, non ſunt actu abinuicem diuiſæ, alioquin numerus non eſſet unum per ſe, cuius oppoſitum manifeſtabimus infra, nego igitur quin eſſe diuiſibile conueniat uniformiter quantitati continuæ & diſcretæ, ut ſunt quoddam totum.

Tertio uidetur q eſſe diuiſibile primo & per ſe conueniat quantitati, nam ante omnem quantitatem ſecũdum uiam noſtram recipitur forma ſubſtantialis in materia, ergo ante omnem quantitatem materia eſt diuiſa uel diuiſibilis, alioquin determinata forma ſubſtantialis, aut in nulla aut in omni materia reciperetur.

Reſpondetur dico iuxta determinationem quam fecimus in.q.de principio indiuiduationis ſupra, in hoc.5. lib.licet forma ſubſtantialis præcedat natura omne accidens in materia, non tamen reciperetur in ea, niſi eſſet ſignata, ex conſequenti diſtincta à qualibet alia materia, quam diſtinctionem nõ habet à ſe, ſed ex ordine ad hanc determinatam quantitatem. Dico igitur, q, eſſe diuiſibile primo & per ſe conuenit quantitatis, quoniam nihil quantitatiue diuiſibile eſt, niſi ſit quantitas uel ſub quantitate, uel ordinem habeat ad quantitatem.

De loco, & motu, & tempore, an ſint quantitates per ſe, iam determinauimus in noſtris epit.in cap. de quanto in 5.lib.metaph. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.21.ſi modi relatiuorum ſunt ſufficienter aſſignati.

Ad aliquid dicuntur alia per ſe ut duplum ad dimidium. Text.20.

PRO reſolutione quæſiti, licet de relatione iam locuti ſumus in tracta. de tranſcendentibus, ad præſens pertractanda ſunt ſeptem. Primo ſi relatio eſt ens reale. Secũdo ſi relatio realis ſufficienter diuiditur per mutuam & non mutuam. Tertio quid requiritur ad mutuam & non mutuã. Quarto quotuplex ſit fundamentum rľonis realis. Quinto ſi p̃ntum ad aliquid ꝯtinet in ſe oẽm rľonem realem. Sexto ponetur ꝯclo reſponſiua quæſito. Septimo

ſoluentur quædam argumenta.

Quantum ad primum aduerte quod ut recitat Auic. in 3. lib. ſuæ metaph. cap. 10. quidam dixerunt, ꝙ non eſt relationum certitudo, niſi in anima, cum intellıgit res, & in hanc opinionē conuenerunt quidam poſteriores, ut Petrus Aureoli, q̄ dixit illud quod eſt in re de relatione, non eſt niſi fundamentum & termini, habitudo uero inter illa eſt ſolum obiectiuæ in anima cognoſcente, & hanc ſuā imaginationem conatur ſic declarare. Relatio realis non dr̄ eo ꝙ eſt actu in re, ſed eo ꝙ eſt in re ſm̄ potentiam propinquam, ita ꝙ cogitur intellectus, illā reducere in actu non ab extrinſeco, ſed ex intimis fundamēti, ſicut per oppoſitum, relatio dextri in columna, eſt relatio rōnis, eo ꝙ nihil in columna ponitur, quod cogat intellectum ad cōcipiendum relationem dexteritatis circa ipſam, dñr ergo reales, quia ſunt propinquiſſimę rei, intantum ꝙ intellectus neceſſitatur à re ad concipiendum eas, quaſi in re eſſent reperte, ſicut per oppoſitum dñr relationes rōnis, eo ꝙ intellectus non neceſſitatur à re ad eas concipiendum, immo eas fabricat per ſe. Et quidem ꝙ nulla relatio ſit in re, ſed in anima, probat in omni modo relatiuorum.

Primo probatur de relatione primi modi ſic, identitas, ſimilitudo, æqualitas, & alię relationes modo numeri nō ſunt aliud q̄ quædam unitates, quæ unitas non eſt aliud niſi quædam indiuiſio & indiſtinctio. Sed huiuſmodi indiuiſio & indiſtinctio non poſſunt fundari in aliqua re communi à natura, quia talis non eſt, nec in duabus rebus indiuidualibus, quia ſic una res eſſet in duobus ſubiectis, ergo hmōi relationes nō ſunt in re, ſed in intellectu.

Secundo ꝓbat de relatione ſecūdi modi ſic, paternitas & filiatio non fundantur niſi in actu, qui trāſit. Sed actus q̄ tranſit nihil fundat in re, quia non eſt, ergo paternitas & filiatio non ſunt in re, ſed in intellectu. Præterea paternitas à quo ꝓduceretur, nō à patre, qa ſequitur abſurdū, ſ. ꝙ aliqd actione tranſeunte agat in ſeipſo, nec à filio, qa recipit & nō imprimit in patrē, non ab actione ꝓfluente

à patre,quia illa recipitur in filio, & ſic quicquid derelinquitur eſt in filio & non in patre, cum igitur paternitati non poſſit aſſignari principium productiuum, patet, ꝙ non eſt in re,ſed in intellectu.

Tertio probat de relatione tertij modi ſic. impoſſibile eſt rem realiter dependere à non re,quia dependeret à nihilo. Sed hoc ſequeretur in tertio modo relatiuorum, ſi relatio eſſet res,ſtat.n. ſcientia etiam deſtructo ſcibili. ergo inter ſcientiam & ſcibile non eſt relatio in re, ſed in intellectu. Vltimo probat propoſitum generalirer ſic,illud non eſt res extra intellectum, quod fit ſine omni agente reali, ſed albo exiſtente in oriente, ſi fiat aliud album in occidēte, intelligitur ſimilitudo per intellectum inter ea, & non fit per aliud reale agens, immo ſm.philoſophum in 5.phyſi.text.10.contingit aliquid de nouo relatiue dici ad alterum,altero mutato,ipſo tamen non mutato.

Hæc fuit phātaſia Petri Aureo.cui cōtradicitur de mente Ariſt.& Cōment.& Auic.nam Ariſt.in.12.lib.metaph. tex.19.quærens,utrum ſubarum & alioꝝ prædicamentorū ſint eadem principia,inter prædicamenta connumerat ad aliqd,immo de eo ſolo mētionem expſſam facit. inqt .n.utrum altera aut eadem ſunt principia & elementa ſubaꝝ, & eoꝝ quæ ſunt ad aliquid &c. Conſtat aūt ꝙ in 6.lib.tex.4.diuiſit ens,in ens uerum, quod eſt ens in aīa, & in ens diſtinctum in prædicamenta, quod neceſſe eſt eſſe ens extra animam, alioquin membra diuiſionis non eſſent oppoſita.Cū igr̃ connumeret ad aliquid inter prædicamēta.patet ſuam intentionē fuiſſe,ꝙ ſit ens reale. Comment.aūt in 12.lib.exponens tex.19.& reddens rationē, quare pħs quærens, utrum ſint eadem principia ſubſtantiaꝝ & alioꝝ prædicamentoꝝ.ex alijs prædicamentis nullum nominat,niſi ad aliquid,dicit ſic, & dicit proprie relationem,quia eſt debilioris eſſe alijs prædicamentis, ita ꝙ quidam reputauerunt eam eſſe ex ſecundis intellectis, hęc ille. Quaſi dicat.ideo nōīat ſolum ad aliqd,ut manifeſtet,ꝙ eſt ens reale,de quo poſſet eſſe maius dubium pro-

pter debilitatem ſui eſſe. Auic. uero in. 3. li. ſuæ. metaph. ca. 10. manifeſtę ſentit aliquam relationem eſſe realem & habere eſſe, nullo intellectu cogitante. ſic enim inqt. Nos ſcimus, ꝙ hæc res ineſſe eſt pater illius, & ille filius illius, ſiue intelligatur, ſiue non, & ſcimus ꝙ planta accipit nutrimẽtum, ſic ꝙ ibi eſt agens & patiens. & ſcimus ꝙ cœlum eſt ſuper terram, & terra eſt inferior eo, ſiue hæc intelligantur, ſiue non, & iſtud quod aſſignamus, eſt ſimile in alijs relatiuis. ultra expreſſam mentem Ariſt. & Commentato. & Auic. eſt manifeſta ratio ad ꝓpoſitum, quam adduximus in tractatu de tranſcendentibus, ꝙ ordo qui eſt relatio, eſt de perfectione uniuerſi, Specialiter autem arguitur ſic ꝯtra immaginationẽ Aureoli. quando intellectus cogitur ad intelligẽdũ dñm in habitudine ad ſeruũ, aut ꝑceſſit ex natura rei, & in actu primo, talis habitudo, aut non, ſi ſic, ergo eſt ens reale, qm̃ ſm te præcedit actũ intellectus. ſi non. ergo quantum ſi ex parte rei, poteſt intellectus intelligere dominum, ſine habitudine ad ſeruum quia ſm te non præcedit actum intellectus, ex conſequenti non cogitur intellectus ad intelligendum hmõi habitudinem quãdo uult intelligere dñm, quod tamen eſt contra ipſum Aureolum, ut patet ex prædictis.

Nunc igitur reſpondendum eſt argumentis ſuis, iuxta uiam noſtram.

Ad ꝑmũ nego minorem. nam ſicut inter duo alba eſt unitas rationis in qualitate, ſic & illa unitas poteſt fundari in nã ſpecifica albedinis, quæ eſt cõis ſm rõnem, & ſi dicas. ergo relatio realis qualis ponitur ſimilitudo, fundabitur ſuper unitatem rationis, quod uidetur impoſſe, cum relatio trahat realitatem à fundamento. Rñ. non fundatur præciſe ſuper unitatẽ rõnis naturæ cõis, ſed inquantum talis unitas adiuuatur diuerſitate reali ſuppoſitorum. Poſſet etiam dici, ꝙ fundamentum ſimilitudinis non eſt unitas naturæ cõis, ſed res ſingulares, non abſolutę, ſed ut ſunt unum ſpecie. Ad ꝑmum inductum contra ſcd̃m modum, nego maiorem. nam fundamentum eſt potentia ge

nerandi ut fuit ſub actu,& ille actus permanet in uirtute, & hoc ſufficit. Ad ſecundum contra eundem modũ dico, ꝙ producitur à patre & à filio,nõ quidem directe, ſed per quandam reſultãtiam,nam ex hoc ꝙ pater gñat, & filius gñatur,reſultat in pr̃e paternitas,& in filio filiatio. Et aduerte ꝙ hæc reſponſio non placet Paulo Soncinati in 5. metaph. q.25. & ꝙ filius nõ ꝑducat paternitatem in pr̃e ꝓbat tripliciter, primo ſi filius ꝓducit paternitatẽ in pr̃e. ſequitur ꝙ eã producat in primo inſtanti ſui eſſe. Sed hoc eſt falſum. Tum quia nullum agens nãle producit in inſtanti formam accñtalem. Tum quia nullum tale agit in principio ſui eſſe,licet incipiat agere. Probatur aũt illa prima ꝯñtia. qm̃ in primo inſtanti in quo filius eſt, in eo filiatio eſt.ergo & paternitas,qm̃ relatiua ſunt ſimul natura.ſecundo uel filius producit paternitatem eadem actione qua pater,uel alia.non eadem,quoniam à duobus agẽtibus nõ egreditur eadem actio,ſi alia. ergo datur aliqua productio,quę per ſe terminatur ad relationem.ſ.illa qua filius producit paternitatem in patre. tertio,agere præſupponit eſſe.ergo filius prius natura eſt, quam cauſet paternitatem,ſed in illo priori. filius habet relationem producti.ergo rl̃o producti ſiue filiationis eſt prior natura relatione paternitatis,quod eſt falſum. Quòd etiam pater nõ producat in ſe paternitatem,ſic arguitur. quælibet productio prius natura terminatur ad terminum rectum, ſiue ſit per ſe,ſiue ſit per accidens,quàm ad terminum reflexũ. ergo pater prius natura cauſaret filiationem q̃ paternitatem in ſe reflexæ,quod eſt abſurdum,uerum quia reſponſionem datam teneo eſſe ueram.ideo ſoluendæ ſunt prædictæ inſtantiæ.Ad primam nego falſitatem conſequentis.Ad probationes dico,ꝙ non concludunt, niſi de agente actione proprie dicta, non autem de agente per modũ reſultantiæ,quo modo agendi, filius cauſat paternitatem in patre,& de tali modo agendi,nego antecedens ſiue aſſumptum utriuſ probationis.

Ad ſecũdum dico ꝙ eadem actione,& ꝙ pater & filius

poſſunt dici ſuo modo duæ cauſæ partiales paternitatis, & nego quin eadem actio, poſſit eſſe à duabus cauſis partialibus. nec propoſitio quam aſſumis eſt uera, niſi in agẽtibus totalibus & diſparatis.

Ad tertium dico, ꝙ antecedens poteſt dupliciter intelligi. primo agens ſupponit eſſe .i. prius eſt eſſe agentis ꝙ̃ ſuum agere, & hoc non eſt neceſſarium, aliter non daretur effectus coæuus cauſæ ſuæ, ſecundo agens ſupponit eſſe in conſequentia, nam bene ſequitur hoc agit, ergo eſt, & in hoc ſenſu antecedens eſt uerum, & neceſſarium, & non in alio ſenſu, & ſic intellecto antecedente, nego conſequentiam. unde nihil concludit.

Ad illud quo probat, patrem non producere in ſe paternitatem, dico ꝙ aſſumptum non eſt uerum, niſi in agere proprie dicto, & non in agere per modum reſultantiæ. Itẽ uerificatur de agente abſoluto, ut ignis prius calefacit, ꝙ̃ rarefaciat. In agente autem relatiuo, eo modo quo poteſt eſſe agens aſſumptum non eſt uerum. quare &c.

Ad illud quod inducitur contra tertium modum, dico ꝙ maior pōt hr̄e duplicem ſenſum, primo ꝙ non dependeat à non re in actu, quæ tñ eſt res in potentia. ſecundo ꝙ non dependeat à non re in actu, quæ nec eſt res in potentia. in primo ſenſu negatur maior præcipue in reſpectiuis. nam q̃ ſunt ad finem, pendent à fine, qui non eſt in actu, ſed producibilis, ſic eſt in ꝓpoſito, licet ſcibile deſtruatur actu, remanet tñ in potentia, ut roſa in hieme. unde non inconuenit ſcientiam ab eo dependere. & negatur illa ꝯñtia. ergo dependeret à nihilo, pōt ẽt dici, ꝙ quandiu ſcibile eſt actu, inter ſcientiam et ſcibile eſt relatio realis actu, deſtructo autem ſcibili, quod tamen remanet in potẽtia, eſt relatio realis potentialis, & de hac non inconuenit dicere, ꝙ dependet à non re. non tamen à nihilo.

Ad illud quod gn̄alr̄ inducitur, nego minorem, teneo .n. ut manifeſtabitur infra, ꝙ relatio nō diſtinguitur realiter à fundamento. unde producens, album in oriente producit ſimilitudinem, quo ad ſuam realitatem, qñ au-

tem ſit album in occidente, ſimilitudo non recipit niſi ſuũ formale .ſ. dici ad alterum, ad ꝙ ſufficit productio alterius albi in occidente. Hoc.n.poſito, naturali ſequella ſequitur album in oriente aſſimilari formaliter albo exiſtēti in occidente. Hæc de primo dicta ſint.

Quantũ ad ſecundũ dico, ꝙ ſufficienter diuiditur per mutuam & non mutuã, nam cum omnis relatio realis ſit inter extrema realia, & trahat realitatem à fundamento, ut dicemus infra, uel in utroq; extremo eſt fundamẽtum reale uel in altero tm̃. Si in utroq;, erit relatio mutua, quales ſunt relationes primi modi. ut identitas duoꝝ indiuiduoꝝ in ſpecie. nam ſicut ex natura rei, ſubſtantia Socratis continetur ſub homine. ſic ſubſtantia Platonis. Silr ſicut ex natura rei duplum reſpicit dimidium, ſic & ecõuerſo, & ſicut ex natura rei album. aſſimilatur albo b. ita & econuerſo. Tales etiam ſunt relationes ſecundi modi ut dñium & ſeruitus, ſicut.n. in dño eſt potentia actiua regẽdi, ita eſt in ſeruo potentia paſſiua, qua regitur. idem intellige de omni actiuo & paſſiuo naturali &c. Dico naturali, ut excludam agens diuinum, & paſſiuum naturale, qm̃ inter ea non ſeruatur relatio realis mutua, & ratio huius aſſignabitur infra. Si in altero tm̃, erit non mutua, quales ſunt relationes tertij modi, nam licet unum extremũ dependeat ab altero. non tñ econuerſo, ut ſcientia noſtra dependet à ſcibili, & non econuerſo. & ſentire à ſenſibili, nõ econuerſo, & menſuratũ à menſura non econuerſo. ꝑpea inquit Ariſt. in 5. metaph. cap. ad aliquid. Menſurabile ꝓo & ſcibile & intellectuale eo ꝙ aliud dr̃ ad ipſum, ad aliquid dicuntur. Sed non ꝙ illa ad aliud &c. Et ſi quæras quõ differunt, mutua, & non mutua, uel quot requirantur ad mutuam. Rñ. tria requiruntur, quæ iam expſſi in trac. de tranſcendentib. in 2. diuiſione entis realis, & illic inuenies, quare inter primam cauſam & effectum ſuum nõ ſit relatio mutua, cum in utroq; extremo ſit fundamentum reale. Quot autem requirantur ad non mutuam, dico, ꝙ requiruntur extrema actu diſtincta, & quòd fundamen-

tum ſit ſaltem in uno extremo,uel ſi ſit in utroq; extremo non tamen habeant mutuam dependentiam nec mutuo ſe perficiant. Et per hoc patet quid dicendum ſit ad tertium propoſitum.

Quantum ad quartum,aduerte, q́ de fundamento poſſumus loqui dupl'r. primo quo ad modū. ſecūdo quo ad entitatē. Si primo modo,ſic ſunt tm̄ duo modi p̄cipuæ in relatione mutua.ſ.modus quantitatis, qui conſtituit primum modum relatiuoꝝ,& modus potētiæ ſiue actionis, qui conſtituit ſcd̄m modū. Si uero loquimur de entitate fundamenti,ſic dico,q́ non ſolū quantitas & potētia ſiue actio fundat,ſed ēt ſub̄a ſunt in creatione,& in diſtōne numerali & ſpecifica ſubſtantiali. Silr quantitas fundat ut in æqualitate,& qualitas ut in ſimilitudine,& actio & paſſio ut patet in relatione, quæ eſt inter agens & patiens, & in potentia actiua & paſſiua, ut inter calefactiuum & calefactibile.& de his omnibus magis loquemur infra.

Quantū ad quintnm aduerte,q́ aliqui Thomiſtæ non audent determinate tenere partem affirmatiuam,ſed tu ſine dubio tene eam,& ratio tua erit hæc. quia ens finitum ſufficienter continetur in decem prædicamentis. Oīs autē relatio in creatura, eſt quoddam finitum. ſaltem ratione fundamenti.quod dico,qm̄ relatio ut relatio nō eſt quid finitū nec infinitū entitatiue, ergo ſufficienter continetur in p̄nto ad aliqd.Nec contra hanc reſolutionem inueniēs obiectionē difficilem, niſi quia ſic tenueris relationē identificari fundamento,ſeqtur ſub̄am eſſe in p̄nto accn̄tis,puta ſi relatio diſtōnis ſpecificæ ſub̄alis, ē in p̄nto ad aliqd, & ſi eſt idem cum ſub̄a rei, quæ eſt fundamentum huius diſtōnis.ſequitur manifeſtæ ſub̄am eſſe in ad aliquid, qđ eſt p̄ntum accn̄tis.ſed quod hoc non obſtet, declarabitur cum agemus de identitate rlonis et fundamenti. Et aduerte q́ rō fortior eoꝝ,qui tenent oppoſitum,eſt hæc. Rlo cōtenta in p̄nto ad aliquid fundatur in accn̄te.ergo q̄ fundatur in ſub̄a,erit tranſcendens. Sed hæc ratio non cogit, quia non eſt neceſſe rlonem p̄ntalem fundari in re, quæ

ſit accn̄s,ſed ſufficit ꝙ habeat modum accn̄tis, puta quantitatis uel actionis &c. Sic ſub̄a pōt fundare rōnem ut induit modū unitatis uel potentiæ actiuę uel paſſiuę,ut manifeſtum erit quādo agemus de relatione & fundamēto.

Quantū ad ſextū,ponitur hæc ↄclo rn̄ſiua. Modi relatiuoꝝ ſunt ſufficienter aſſignati,& huius ↄclonis duplex rō pōt aſſignari.primo tot ſunt modi relatiuoꝝ; quot modis contingit unam rem ordinari ad aliam,qm̄ rlo dicit ordinem. Contingit aūt unam rem ordinari ad aliam tribus modis.pmo ſm eſſe,ꝓut eſſe unius depēdet ab alia uel eſſentialr uel mēſuratiuæ, & maximæ mēſura ꝑfectionali. & ſic eſt tertius modus.dico eſſentialr,ut idæa tū ab idæa, ſcia à ſcibili,ſenſus à ſenſibili.Dico mēſuratiuæ,ut oēs colores ab albedine,oīs ſb̄a à pma & nobiliſſima ſub̄a.Scdo ſm uirtutē actiuā uel paſſiuā,ꝓut una res patitur ab alia, & illa aliqd ſibi ↄfert,& ſic eſt ſcd̄s modus,qualis eſt inter gn̄ans & genitū,inter docentē & addiſcentem, ædificantē & ædificatū.Tertio ſm quantitatē,ꝓut quātitas unius, pōt mēſurari ꝑ quantitatē alterius,& ſic eſt prim⁹modus. ad quē reducūtur rlones fundatæ ſuꝑ unitatē, q̄ eſt principiū quātitatis.uñ idētitas fundata in unitare ſubæ.& ſilitudo fundata i unitate qualitatis. ↄtinētur ſub pmo mō.

Scd̄a rō. Qm̄ rlo trahit ſuam realitatē à fundamento, tot ſunt modi relatiuoꝝ. quot ſunt fundamenta quo ad modū fundādi. Hæc aūt ſunt tm̄ tria in gn̄e.ſ.quātitas,actio.mēſura ꝑfectionalis.ſi quātitas,ſic eſt pmus modus, ſumēdo quātitatē ꝑ uera quātitate,uel ꝑ hn̄te modū quātitatis,ꝑ uera quātitate,ut oēs ꝓportiones numerales fundantur ſuꝑ eā.ꝑ hn̄te modū quantitatis. ut ſub̄a ↄſiderata,ut una fundat identitatē,ut plures fundat diſtōnē, q̄litas ut una in ſpē,fundat ſilitudinē.ut plures.diſſimilitudinē.ſi actio,ſic eſt ſcd̄s modus.ſumendo actionē ulr. ut ſe extendit ad oēm motum & ꝓductionem, & qm̄ paſſio eſt ſupponēs actionē. iō rlones fundate ſuꝑ paſſionē in hoc 2.mō ↄtinentur,ut ſeruitus & filiatio.Silr rlones fundatæ ſuꝑ pncipia,actiua & paſſiua in eodē mō continētur, ſiue

hmõi principia ſunt ſubæ,ſiue qualitates. ſi menſura per‐fectionalis,ſic eſt tertius modus,ſumendo menſuram per fectionalem.ꝓ omni eo qđ in quocunqꝫ gñe eſt menſura alioꝝ. & qm̄ oẽ ſcibile eſt menſura ſcientiæ ſm ueritatem & ꝑfectionẽ. iõ oĩs rľo inter ſciam & ſcibile in hoc 3. mõ ꝯtinetur.Patet igitur ꝙ iſti tres mõdi gñici ſufficienter di uidunt rľonem realẽ,qm̄ nulla põt inueniri quæ non con tineatur ſub aliquo iſtorum modorum,ut declaratũ eſt.

Quantũ ad ſeptimũ aduerte ꝙ non uř primus modus bene aſſignatus.nã de quolibet ente cõparato alteri, uerũ eſt dicere,ꝙ eſt idem cum eo uel diuerſum,& hoc tam in ſuƀa,ꝗ in quantitate, & qualitate &c. Ergo non bene di‐xit Ariſt.eadẽ ſunt.quorum una eſt ſubſtantia. Præterea. Oẽ ens comparatũ cuilibet enti, uel eſt ſiľe,uel diſſiľe illi. Et ſm ꝑfectionem,uel eſt æquale, uel inæquale illi. ergo ſiľitudo non ſolum põt fundari in qualitate, & æqualitas non ſolũ in quantitate,ſed in quolibet gñe entis abſoluti.

Rñdetur. Qñ dicit Ariſt. ꝙ eadem ſunt quoꝝ una eſt ſubſtãtia,nõ ſumit ſubſtantiã ut diſtinguitur ꝯtra accñs, ſed ut uerificatur de ꝗlibet eſſentia, ꝓut intelľr illud uni‐uoca ſunt,quoꝝ rõ ſubſtãtiæ eſt eadem. nec qñ dicit. ſiľia ſunt quoꝝ qualitas eſt una,ſumit qualitatem ut diſtingui tur contra alia p̃nta.ſed ꝓ oĩ hñte modum ꝗlitatis.& qm̄ formæ ſubſtantiales & drĩæ,& actiones,et paſſiones ꝗlifi cant rẽ,iõ iuxta hæc oĩa,põt attẽdi ſiľitudo & diſſiľitudo. Nec qñ dicit. æqualia ſunt quoꝝ quantitas eſt una,ſumit quantitatem ut diſtinguitur contra alia p̃nta, ſed pro oĩ hñte modum quantitatis.ut albedo.6.graduũ,& albedo. x.graduũ.& qm̄ oĩs forma intenſibilis & remiſſibilis põt induere modũ quantitatis. iõ iuxta eas ut ſic põt attendi æqualitas.& per hoc patet quid dicendum ſit ad argm̃.

Aduerte ẽt,qa non uř ſcđs modus bene aſſignatus. nã ſm pħm potentia actiua refertur ad paſſiuam,ut calefacti uum ad calefactibile,& refertur ad actum ſuũ. ut ad cale‐ficere,& uiſus ad uidere. Sed id uř falſum,qm̄ uni relati‐uo corrñderent plura correlatiua in eodẽ gñe relationis,

quod non poteſt eſſe, aliter ſequitur ꝙ idem relatiuum eſſet & non eſſet. uerbi gratia. ſi a, refertur ad b, et ad c, remoueatur b, & remaneat c, dum remouetur b, remouetur a. & dum remanet c, remanet a, per regulam. Relatiua poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt. ergo &c.

Rñdetur. & concedo ꝙ uni relatiuo pñt correſpondere plura relatiua partialia, ut uni patri plures filij. uni magiſtro plures diſcipuli, uni continenti plura contenta, nõ tñ plura totalia. qm̃ ut argm̃ probat, idem ſit eſſet. & non eſſet. Item pñt corrñdere plura, non tñ æque primo. ſed unũ primo & per ſe. alteꝝ aũt per ſe, ſed non primo. ut ſpecies refertur per ſe primo ad genus, & ad indiuidua per ſe non primo. Et cũ arguitur. ꝙ idem eſſet & non eſſet. negatur ꝯñtia, quæ tñ ualeret ſi idem diceretur ad plura æque primo. nã relatiuum reſpicit primo & ꝑ ſe ſuũ primũ & tota ſe correlatiuũ. Vñ ſi remoueatur ſecũdarium correlatiuũ. non deſinit eſſe relatiuum. niſi reſpectu illius ordinis. quẽ habet ad ſecũdariũ correlatiuũ. In ꝓpoſito igitur dico. ꝙ non inconuenit potentiã actiuã dici ad paſſiuã & ad agere, ſed ad unũ ꝑ ſe primo. ad aliud aũt ꝑ ſe. ſed nõ primo.

Præterea. Aduerte ꝙ tertius modus, non uĩ bene aſſignatus. Nam aſſignatur iuxta rõnem menſuræ & menſurabilis. ſed id uĩ pertinere ad primum modum. nam duplum eſt menſura dimidij. & oẽs duæ quantitates finitæ habentes proportionem adinuicem. ita ſe hñt ꝙ una põt eſſe menſura, & alia menſurata. ꝓ quanto una eſt maior uel minor, uel æqualis alteri. non uĩ ergo tertius diſtingui à primo. Præterea. Relatio inter ſcientiam & ſcibile. ponitur in hoc 3. modo. & tñ eſt in 2. modo. qm̃ ſcia cauſatur à ſcibili. unde ſcibile ſe habet ut factiuum. & ſciẽtia ut factum. ergo non diſtinguitur tertius à ſecundo.

Rñdetur. & dĩ ꝙ non oĩs relatio inter menſurã & menſurabile eſt in primo modo, ſed tm̃ illa quæ eſt mutua, & eſt illa quæ fundatur ſuꝑ quantitatẽ continuã uel diſcretam. Illa aũt quæ non eſt mutua, ſed unum extremũ pendet ab altero, & non econuerſo. conſtituit tertium mo

dum. Ad ſecundum dico, ꝙ relatio inter ſcientiam & ſcibile, aliqñ eſt in 2. modo, aliqñ eſt in 3. nam ſcibile poteſt comparari ad ſcientiam, ſicut cauſa ad cauſatum in ſcientia ſpeculatiua, uel ſicut cauſatũ ad cauſam in ſcientia practica, & tunc eſt relatio ſecundi modi, & pōt cōparari ut obiectum terminatiuũ ſcientiæ & menſuratiuũ. non quidem quantitatiuæ, ſed quo ad ueritatem, & ſic relatio erit tertij modi. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō. 22. ſi relatio diſtinguuntur realiter à fundamento.

PRO completa conſideratione relationis quantum ſpectat ad metaphyſicum, intendo inueſtigare de relatione & ſuo fundamento ſi ſunt idem uel non, & præcipue quæ fuerit mens p̄hi & Cōmen. & b. Tho. circa hoc. ſic igitur procedam primo propono de hoc uarias opiniones. ſecundo intendo ſequi Herueum, & declarabo determinationem ſuam, eſſe ad mentem p̄hi & Commen. & b. Tho. tertio ſoluam rationes quæ ſunt contra determinationem Heruei, quam reputo eſſe ad mentem b. Tho. & exponam quædam dicta p̄hi, & b. Thom. in quibus fundant ſe, tenentes oppoſitum.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ circa hoc ſunt tres famoſæ opiniones. Duæ quidem extremæ, & una media. prima extrema eſt Io. Cap. in 1. ſen. di. 30. q. 1. & Thomæ Caeta. exponentis in 1. parte b. Tho. in q. 28. in art. 2. iſti tenent omnem relationem realem diſtingui realiter à ſuo fundamento, & hanc eſſe mentem b. Tho. Secunda extrema eſt Heruei in 1. ſen. di. 30. q. 1. ar. 1. & Greg. de Arim. in 1. ſen. di. 28. q. 2. iſti tenent omnem relationem realē identificari ſuo fundamento. Tertia quæ eſt media, attribuitur Scoto, qui ī 2. ſen. di. 1. q. 5. & in quolibetis. q. 3. tenet oēm reſpectum extrinſecum diſtingui à ſuo fundamento, intrinſecum aũt identificari. ſed hanc Scoti opinionē ꝑ nūc relinquimus, qm̄ controuerſia uerſatur circa Thomiſtas. & ideo uidendum eſt, ſi prima extrema, uel ſecunda eſt ad mentem b. Thom. Sic enim loquitur in diuerſis locis,

ut difficile ſit uidere,quid de hoc determinate ſentiat.
Quantum ad ſm.qm̄ intendo ſequi Herueum,quem ex
timo loqui ad mentem b.Tho.in hoc.ideo ꝑpono unam
diſtinctionē, ex qua eliciam duas ꝯclones & defenſabo.
Aduerte igr̄, ꝙ ut notat Herueus in 1.ſen.d.30.q.1.ar.1.
Rl̄o dupl̄r ꝯſiderari pōt.primo quantū ad id qđ dicit i re-
cto et intrinſecę.ſcđo quantū ad id qđ dicit in obliquo ex
connotato qđ eſt terminus.Et quidē quantū ad ſm ſenſū
manifeſtū eſt,ꝙ diſtinguitur real̄r à ſuo fundamēto, qm̄
fundamentū cū ſit quid abſolutū, non includit terminū,
rl̄o aūt cum ſit ad alteꝝ,ip̄m includit.Conſtat aūt ꝙ fun-
damentū & terminus diſtinguūtur real̄r.quare &c. Quā-
tum aūt ad primū ſenſum de quo ꝓprie intendimus.ꝓbo
ꝙ rl̄o & fundamentū ſint idem real̄r, ita ꝙ hæc eſt identi
ca.Albedo eſt ſimilitudo.non aūt formal̄r,qm̄ fundamē-
tum eſt ad ſe,relatio aūt ad alterum.Et pro hac ꝯclone ſic
arguo,uult Ariſt.in.5.phy.tex.x. relationem realem ad-
uenire ſub̄o ſine mutatione ſub̄i,ex quo ſic arguitur. im-
poſſibile eſt,& oīno non intelligibile aliquid de nouo ad
uenire alicui ſub̄o. diuerſum realiter ab omni eo ꝙ prius
inerat eidē ſubiecto, & qđ ſubiectū non ſit mutatum ſm
tale ſibi de nouo aduenieˉs. nā tale ſubiectū recipiens rem
nouā quā prius non habebat, uel ſe hēt eodē modo quo
ꝑus,uel al̄r.ſi eodē modo. ergo nihil noui & diſtincti re-
aliter recepit,ſi al̄r,ergo mutatū eſt. mutari.n. eſt rem al̄r
ſe hr̄e quam prius,ſed relatio aduenit de nouo alicui ſub-
iecto ſm Ariſt. ſine mutatione ſubiecti. ut patet ſi hodie
ſit tm̄ unū albū in mundo, & cras fiat aliud albū. uerum
erit dicere cras,hoc albū eſt ſimile illi, & tn̄ hodie non eſt
uerū cum nondū ſit poſitum ſuum correlatiuū.ergo ſimi
litudo de nouo aduenit ꝑori albo, nō facta mutatione in
priori albo,ſed ex ſola ꝓductione alterius coalbi.ex qbus
manifeſtæ ſequitur ꝙ relatio nō eſt quid real̄r diſtinctū à
fundamēto,qđ prius inerat ſubiecto.unde poſito uno ſo-
lo albo in mundo,ponitur tota realitas ſimilitndinis. ſed
non formalitas,donec alterum coalbum producatur.

Et aduerte ꝙ Tho. Caeta. ubi ſupra conatur hãc rõnem ſoluere. & dicit ꝙ poſito fundamento, ponitur relatio incõpletæ, & ꝙ cõpletur ſola põne termini. & ideo põt aduenire de nouo ſine mutatione eius in quo eſt. & adducit exemplũ de actione quæ ponitur ex ſola poſitione paſſi.

Sed contra. Si cõpletur ſola poſitione termini, uel completur quo ad ſuũ formale p̃ciſe, uel quo ad ſuã realitatẽ. ſi 1. modo. ergo tota realitas ſimilitudinis inerat ſubo ante poſitionẽ termini, in ſubo, aut nõ erat niſi fundamẽtũ, puta albedo. ergo eſt eadẽ realitas albedinis & ſimilitudinis. ſi. 2. modo, nõ eſt intelligibile, ꝙ poſito termino compleatur, niſi qa realitas relationis, q̃ erat in potẽtia poſito fundamẽto, fiat actu i ſubo ex poſitione termini, ſed hoc eſt impoſe, ſine mutatione ſubiecti. Qđ. n. tranſit ab eſſe i potẽtia, ad eſſe in actu, neceſſario ſe habet alr quam prius. ergo ſtat ratio inducta pro ↄctone. Exẽplum aũt de actione nõ iuuat, nã ideo poſito paſſo ſequitur actio, qa eſt productiuę ab agẽte & recipitur i paſſo. ſed rło, ut patet, non eſt ꝓductiuæ realr à ſubo & recepta in termino. ergo &c.

Qđ aũt hæc determinatio ſit ad mentẽ p̃hi & Cõmen. et b. Tho. oſtẽdo ſic. Pħs in 5. phy. tex. x. tenet ꝙ ad rłonẽ nõ eſt motus, quia põt aduenire alicui, altero ſolo mutato. ſed ſi relatio eſſet res diuerſa à fundamento, oporteret ꝙ aliqua mutatio accideret ei, cui aduenit. & nõ ſolũ in altero extremo qđ de nouo ꝓducitur. alr pħs i hac ſua rõne peteret principiũ. Si. n. ſupponit ꝙ rło ſit alia res à fundamento, & cũ hoc uelit probare, ꝙ ad eam non eſt motus ꝑ hoc medium, ꝙ aduenit uni extremo altero ſolo mutato. patet ꝙ principiũ petit. Reſtat. n. ꝓbandum, ꝙ noua relatio poſſit alicui aduenire, ꝑ ſolã mutationem factã in altero extremo. Præterea. Pħs in 7. phy. tex. 17. probans non eſſe alterationẽ ad primã ſpẽm qualitatis, ſic arguit. in ad aliqd non eſt alteratio, ſicut nec motus, ſed habitus eſt ad aliqd. ergo &c. Patet aũt ꝙ ſi rło fundata ſuꝑ habitũ, eẽt alia res ab habitu, rõ p̃hi nõ ualeret. nõ. n. ſeqtur in ad aliquid nõ eſt motus. ergo in habitu nõ eſt motus, niſi i uni

tute iſtius medij. Habitus & ſua rło ſunt eadẽ res, & ad relationem non eſt motus. ergo ad habitũ non eſt motus. Preterea ꝙ ſit de mente Cõmen. oſtẽdo ſic. Dicit Cõment. in lib. de ſuƀa orbis. ꝙ potentia mãæ eſt ipſa ſuƀa mãæ. et in 1. phy. tex. 70. Vult, ꝙ potẽtia differat à mã, qa potẽtia eſt de ꝑdicamento ad aliqd. Si igr̃ dictũ primũ debet concordare cũ ſcđo, neceſſe eſt dicere, ꝙ relatio & fundamentũ ſunt idẽ re, licet differãt rõne, ſiue ꝑdicamentaliter. Pręterea. ꝙ ſit de mente b. Tho. patet intuenti uerba ſua in 5. phy. in expõne tex. x. ubi ſic arguit. in illis in qbus rło inuenitur realr̃ in utroq; extremoꝝ, vr̃ difficile, ꝙ aliqd relatiuę dicatur de uno ꝑmutationem alterius, abſq; mutatione ſui, cũ nihil de nouo adueniat alicui, abſq; mutatione eius cui aduenit. Rñdens aũt dicit, ꝙ ſi aliqs ꝑ ſui mutationẽ efficiatur mihi ęqualis, me non mutato, iſta ęqualitas primo erat in me quodã modo. ſicut in ſua radice, ex qua hr̃ eſſe reale, ex hoc. n. ꝙ habeo talẽ quantitatẽ, cõpetit mihi ꝙ ſim ęqualis oĩbus illis q eandẽ quantitatẽ hñt. Cũ ergo aliqs de nouo accipit illã quantitatẽ, iſta cõis radix æqualitatis determinatur ad iſtũ: Et ideo nihil aduenit mihi de nouo ꝑ hoc ꝙ incipio alteri eſſe æqualis per eius mutationẽ. hæc illæ. Ex qbus ſic arguo, ſi dictũ ultimũ eſt uerũ. ſ. & ideo nihil aduenit mihi &c. uel uerificatur de ſuƀo ęqualitatis ſm eſſe reale æq̃litatis, uel ſm eſſe formale. nõ ſm eſſe formale, qm̃ qñ ego ſolus habeo talẽ quãtitatẽ, nõ dicor formalr̃ ęqualis, poſita aũt eadẽ quãtitate in alio, ſtatim dicor formalr̃ æqualis illi. æqualitas ergo quo ad eſſe formale de nouo aduenit mihi. Si igr̃ dictũ b. Tho. eſt ueꝝ, neceſſe eſt ut uerificetur de eſſe reali. q. d. Statim ꝙ hẽo talẽ quantitatẽ, hẽo ęqualitatẽ quo ad eſſe reale, & iõ qñ incipio eſſe ęqualis alteri. i. dici formalr̃ æqualis, nihil de nouo quo ad eſſe reale aduenit mihi, ex ꝯñti rło ęq̃litatis nõ differt realr̃ à quantitate ſuꝑ quã fundatur. Patet igr̃ hanc eſſe mentẽ pħi & Cõmen. & b. Tho.

Quantũ ad tertiũ aduerte, ꝙ tres ſunt fortiores rõnes tenentiũ oppoſitũ, quas intendo ſoluere. Prima eſt hæc.

Relatio & fundamentum ſunt in diſtinctis p̄ntis. ergo ſūt duę res. añs patet. ꝯñtia ꝓbatur. nā ex. 6. metaph. diſtō entis in. x. p̄nta, ē diſtō entis realis. ergo quolibet p̄ntum ē ens reale. ergo ſunt decem res ergo relatio & fundamentum ſunt duæ res, cum ſint in prædicamentis diſtinctis.

Rñdetur. dico ꝙ non eſt neceſſe p̄nta, ut res ſunt, diſtingui realiter. al̄r actio, & paſſio, non eſſent duo prædicamēta, cū ſint unus motus numero ex. 3. phyſi. Vt aūt prędicamēta ſunt. i. ut ſtāt ſub rōne formali, neceſſe ē ut diſtiguātur formaliter, ita ꝙ ſub eadē rōne formali, una res nō pōt locari ī p̄ntis diſtinctis. Ad argm̄ igr̄, nego ꝯñtiam. Ad ꝓbationem ꝯcedo totū uſq; ad illud qđ dr̄. ergo ſunt decē res. nā hoc p̄t hr̄e duplicem ſenſum. Primus eſt, ſunt decē res. quia oē p̄ntum ſignatū eſt res, & eſt uerus ſenſus ſed nego ultimam ꝯñtiam. Sc̄ds ſenſus eſt; ſunt decem res, quia oē p̄ntum ſignatum comparatum alteri eſt res, & res diſtincta. Et hic ſenſus eſt falſus, qm̄ ſi illum concederem, neceſſario concedenda eſt ultima ꝯñtia. Exemplum habemus in diurnis pfectionib⁹. de quib⁹ loquemur in lib. 12. nam de qualibet uerum eſt dicere, ꝙ eſt res, non tñ ſunt diſtincte res, ſed ſufficit ꝙ diſtiguātur ſuis rōnib⁹ formalib⁹.

Sc̄da ſubſtantia & accidens nō ſunt eadem res, ſed fundamentum alicuius relationis eſt ſubſtantia, ut diſtō numeralis Sortis et Platonis fundatur ſup utriuſq; ſubſtātiā, & tñ omnis relatio realis eſt accidens. qm̄ ſm te cōtinetur in p̄nto ad aliquid: qđ eſt unum, eſt ex p̄ntis accidentiū.

Reſpondetur accidens ſumitur dupl̄r. Primo, ut inhęrēs & ſuperadditū ſub̄æ, quales ſunt quātitates & qualitates. Secūdo, ut id quod eſt extra rōnem rei, & ſiue quo res poteſt intelligi ſm ſuam ꝓpria rōnem formalem, ſicut locus pōt dici hoc modo eſſe accidens ſuperficiei, quia nō eſt de rōne ſuperficiei eſſe locum, ſed econuerſo. Ad argumētum igitur dico ad maiorem, ꝙ licet ſub̄a & accidens p̄mo modo, nō ſint eadem res, ſtat tamen ꝙ ſub̄a & accidens ſecūdo modo ſint eadem res, & qñ dicitur in minori, ꝙ fundamentū alicuius rl̄onis eſt ſub̄a. concedo. & ꝙ omnis rela-

tio eſt accidens.concedo ꝑmo uel ſecundo modo. Nã rela tio fundata in quantitate uel qualitate eſt accidens ꝑmo modo.quia non diſtinguitur à fundamento, & eſt accidens ſecundo modo.quia non eſt de rõne ſui fundaměti, põt.n.intelligi quãtitas ſine equalitate. Rľo aũt fundata ĩ ſuƀa,ut creatio paſſiua,eſt accidens tantum ſecundo modo,cum non addat aliquod reale ſuper fundamentum.& ſi dicas.cum omnis rľo realis contineatur in p̃nto ad aliquid.& aliqua rľo ſit ſuƀa erit in p̃nto accidentis.qđ' uidetur abſurdum.Rñ.immo hoc eſt neceſſe concedere, nam cum motus & terminus motus ſint idem realiter. generatio paſſiua.& ſuƀa genita erunt idem.Cõſtat aũt ꝙ generatio paſſiua.eſt in prædicamento paſſionis. ergo ſuƀa ẽ in prædicamento accidentis.nõ ergo inconuenit id quod eſt ſuƀa.eſſe in prędicamento accĭdẽtis,nõ tñ rõne ſubſtã tiæ,qm̃ prædicamenta formaliter ſunt impermixta.

Tertia ratio fundatur in dicto b.Tho.in.1.parte.q.28. arti.2.ad ſecundum. ubi ponens dr̃iam inter rľones in creaturis.& rľones in diuinis inquit. Id quod inuenitur ĩ creatura,præter id quod continetur ſub ſignificatione nominis relatiui.eſt alia res.ex quibus ſic arguo.in creaturis conſtat ꝙ fundamentum non continetur ſub ſignificatione nominis relatiui,ergo fundamentum eſt alia res diſtincta ab ea quę ſignificatur nomine relatiuo.

Reſpondetur.b.Tho.in illo loco non comparat rľonẽ ad fundamentum,ſed ad ſuƀm,quod ſignatur nomine relatiuo.& ꝯcedo ꝙ cõparata ſuƀo.eſt alia res à ſuƀo,dummodo ſit fundata in accidente,puta in potentia actiua uel paſſiua.uel in actione aut paſſione.Quod ideo dico. qm̃ fundate in ſuƀa,ut ſupra dixi,nõ diſtinguitur à ſuƀo. nec à fundaměto. Vnde aduerte ꝙ b.Tho.in loco p̃alleg.& ĩ ꝑmo ſen.diſ.33.q.1.arti.1.nõ itẽdit loqui de rľonibꝰ creaturarũ uľiter.ſed de fũdatis ſuper actionẽ & paſſionẽ creature. ꝯſtat aũt ꝙ actio & paſſio in creatura ſunt accidentia,& ut ſic diſtinguuntur à ſuo ſuƀo,quod eſt ſuƀa.et ex ꝯnti.rľones fundate ſuper hmõi actionẽ & paſſionẽ ſunt

accidentia,& diſtinguuntur à ſuo ſubiecto,quod eſt ſ͞ba, non t͞n à fundamento ſuo. Et ꝙ fuerit mens b.Tho.loqui de r͞onibus creaturarum fundatis in actione & paſſione. patet ex hoc. ꝙ proportionaliter loquitur de r͞onibus diuinis non abſolutæ, ſed fundatis ſuper cõmunicationem diuinæ naturæ, ſignatam per generare & generari.

Quarta ratio fundatur ſuper dict͞u b.Tho.in.q.de potentia Dei.q.8.ar.2.ad prim͞u. ubi h͞r ꝙ nulla ſu͞ba in g͞ne poteſt eſſe idem realiter quod relatio. Conſtat aũt ꝙ aliqua relatio fundatur in ſu͞ba. ut diſtinctio ſu͞balis inter duo indiuidua eiuſdẽ ſpeciei.ergo ſaltem in r͞onibus fundatis in ſu͞ba eſt diſtinctio realis à ſuis fundamentis.

R͞ndetur.non dicit b.Tho.in illo loco,ꝙ nulla ſu͞ba in g͞ne poteſt eſſe idem real͞r ꝙ r͞o. ſed dicit ꝙ nulla ſ͞ba in g͞ne eſt r͞o. quæ propoſitio intelligenda eſt ſ͞m prædicationem formalem, nam arg͞m erat tale,nulla ſ͞ba eſt r͞o. hæc.n.eſt immediata ſicut iſta. nulla ſu͞ba eſt quantitas, ſed diuina eſſentia eſt ſu͞ba &c. Patet aũt ꝙ q͞n p̄dicamentũ negatur à p̄dicamento,intelligend͞u eſt de prędicatione formali & nõ identica,al͞r iſta non eſſet uera,identica, actio eſt paſſio, quæ t͞n de prædicatione formali non eſt uera. Sed hęc eſt uera,nulla actio eſt paſſio. Cũ ig͞r dicat b.Tho.ꝙ hęc ꝓpoſitio eſt immediata,nulla ſu͞ba eſt r͞o, intelligenda eſt ſ͞m diſtinctionem formalẽ & non ultra.

Quinta ratio fundatur ſuper dict͞u philoſophi in.12. metaph.tex.19.ubi uult ꝙ diuerſaꝝ generum.i.p̄dicamẽtoꝝ diuerſa ſunt principia & el͞nta.ſed r͞o eſt aliud genus à quãtitate,& qualitate,& actione, & paſſione, quæ ſunt fundamenta r͞onis, ergo r͞onis et fundamenti ſunt alia & alia principia,ex conſequenti diſtinguuntur realiter.

R͞ndetur Ariſt. in dicto loco & præcipuæ in text.22. declarans mentem ſuã dicit, ꝙ per principia & el͞nta intẽdit formã,& priuationẽ,& mãm,quę licet ꝓportionaliter inueniantur in omni g͞ne,t͞n ſunt alia alioꝝ g͞num, ut in g͞ne coloꝝ,forma eſt albedo.priuatio,nigredo,materia ſuperficies in diſtinctione temporum.forma eſt lumen,tene

bra priuatio.aer materia ſiue ſubiectum,ex quibus elicere poſſumus,ꝙ rľo ſi debet habere alia & alia elementa.non eſt comparanda fundamento ſed materiæ uel ſubiecto in quo recipitur,qñ ſuum fundamentum eſt accidens,& tūc concedo ꝙ rľo ut includit fundamentum quod eſt accidens,eſt alia res à ſuo ſubiecto, puta ſimilitudo quæ identicæ eſt albedo,eſt alia res à corpore albo. Ad argm̄ dico, ꝙ ſupponit falſum, credit enim ſecundum Ariſt. in dicto loco,rľonem comparandam fundamento quo ad diuerſitatem elementorum. & tamen eſt comparanda ſubiecto, reſpectu cuius concedo quod realiter diſtinguitur ab eo, quando fundatur in accidente.

Plura alia argumenta poſſent adduci & ſolui,ueꝝ quia ab alijs ſoluuntur & p̄cipuæ à Paulo Sonc.in 5.metaph. q.18.ideo pertranſeo. Hæc de p̄nti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.23. ſi ultima prædicamenta dicunt rem abſolutam uel reſpectum.

IN hoc quęſito difficilis eſt reſolutio ad mentem philoſophi & Comment.& b.Tho. nam philoſophus parū de eis locutus eſt,& ut patet in prædicamentis conſiderationem ſuam terminauit in quattuor primis, & in tota metaphyſica,quoties diuidit ens in p̄dicamenta,pro maiori parte exēplificat de quattuor primis, & ſi ultra procedit,nunq̄ p̄uenit ad 10.nā in 5.metaph.cap.de ente, exēplificat uſq; ad p̄dicamentū qñ,& non ultra, & poſito ꝙ oia numeraret.Quòd tñ ultima dicant, nō habem⁹ ab eo exp̄ſſum,& p̄pea multi putātes ſe ſequi uiā Ari.uarię locuti ſunt,nō intēdo aūt recitare ſingulas opiniones,p̄cipuæ Scoti & Her. & Cap. in his.n.ſatis immoratus eſt Paulus Sonc.in 5.metaph. Mea intentio eſt inueſtigare quid ad hoc diceret b.Tho.,p̄ cuius reſolutione tria agenda ſunt. Primo oſtendetur q̄ uariæ ſuper id locutus eſt. Secundo quid tenendū eſt.Tertio ſoluentur quædam argumenta.

Quantū ad primum aduerte tria dictā à b.Tho.nā 5. metaph.in cap.ad aliqd,poſtq̄ aſſignauit ſufficientiā triū modoꝝ relatiuoꝝ,loquēs de ultimis p̄dicamētis inqt,alia

uero gña magis rōnem conſequuntur, ꝙ poſſint rōnem cauſare, nam qñ, conſiſtit in aliquali relatione, ad tps, ubi uero, ad locū, poſitio aūt, ordinem partium importat. Habitus aūt, rōnem habentis ad habitum, hæc illæ, ex quibus conſtat ꝙ vř ſentire illa dicere reſpectum, & non rem abſolutam in 3. autem phyſic. in tex. 22. aſſignans ſufficientiā prædicamentoꝝ, & in lib. 10. metaph. vř ſentire ꝙ dicant abſolutū, ut tñ denominant aliud denominatione extrinſeca. i. ut denominant illud in quo non ſunt ſubiectiuæ, putà tempus, ut denominat rem temporalem, ad quam non comparatur ut accidens ad ſubm, ſed ut menſura ad menſuratum, conſtituit prædicamentum, qñ, locus aūt ut denominat locatum, in quo nō eſt ſubiectiuę, cōſtituit p̄dicamentum ubi. Veſtis aūt ut denominat habentē, puta ueſtitū, in quo non eſt ſubiectiuæ, ſed ſolū circūdatiuę, conſtituit p̄dicamentū habitus. In. 5. autem metaph. in cap. de hře, exponens primū modū, ubi dicit pħs (& ueſtimentū induti) vř ſentire ſpecialiter de habitu, ꝙ dicat abſolutum, & reſpectum, puta ꝙ eſſe ueſtitum dicat ueſtem non abſolute, ſed ut coaptatur & configuratur ueſtito, coaptatio autem reſpectum dicit. & quod dicit de habitu præſumendum eſt, ꝙ diceret de alijs, ut de quando, & ubi, & ſitu. Propter hanc ergo diuerſitatem loquendi difficile eſt uidere, quæ fuerit mens beati Thom.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ illud tenēdum eſt. ꝙ tamen non repugnet doctrinę philoſophi & b. Tho. & ut reſoluamus quæſitum, pono quinque concluſiones.

Prima prædicamenta ultima non dicunt purum reſpectum, qm̄ cum motus localis ſit in p̄dicamento ubi, ſi ubi dicit ſolū reſpectū, motus eſſet primo & per ſe ad rōnem, quod repugnat pħo in 5. phyſi. tex. 10. illic pħs non concedit motum in ad aliquid, niſi per accidens, puta qñ aliquis ꝑ ſe dealbatur per accidens fit ſimilis alteri. Accidit enim ꝙ Sorte dealbato, fit aliud album cui fiat ſimilis.

Secūda, non dn̄t abſolutum ſimplř. i. nullo addito qm̄ non diſtinguerētur à tribus primis p̄dicamentis, ſi. n. qñ

dicit tempus ſimpl̃r, & ubi, & ſitus, dñr locum ſimpl̃r, & habitus dicit indumentum ſimpl̃r, cum tp̄s & locus ſint in p̃nto quantitatis. & indumentum in p̃nto ſub̃æ, ꝯſtat ꝙ non conſtituerent p̃nta diſtincta à tribus primis.

Tertia, non dñt abſolutum cum reſpectu, quia cum oẽ ens abſolutum ſit ſub̃a, uel quantitas, uel qualitas, & oīs reſpectus realis ſit ĩ p̃nto ad aliquid. ut declaratũ eſt ſupra. Si dñt abſolutum cum reſpectu, non dñt niſi aggregatum ex duobus p̃ntis, hoc aũt repugnat ſimplicitati p̃ntali. & præterea dicerent unum per accñs, qm̃ ut declaratum eſt in 4. li. res diuerſoꝝ prædicamentoꝝ. apud metaphyſicũ, ꝯſtituunt unum per accñs. Nullum autem unum ꝑ accñs eſt p̄dicamẽtum, nec reponitur in prædicamẽto, ergo &c.

Quarta, dñt abſolutum cum denominatione extrinſeca, pro cuius euidentia aduerte, ut notat Herueus i 1. quo lib. q. 9. ꝙ denominatio pōt fieri tribus modis. primo ab aliquo abſoluto intrinſeco ipſi denoīato, qd'. ſ. eſt intrinſecum ipſi denoīato, uel per identitatem, ut Sortes eſt ſub̃a, Sortes eſt rõnalis, uel per inhærentiam, ut ſortes eſt quantus, eſt q̃lis, & ſecundo ab aliquo intrinſeco ipſi denoīato, importante tñ aliqd' extrinſecum, ut terminum, ad quod denoīatum ſe habet relatiuæ. ut Sortes eſt pr̃. tertio ab aliquo extrinſeco, qd' non eſt idem cum noīato nec eſt ſubiectiuæ innoīato, ut Sortes eſt locatus, ꝯſtat. n. locum nõ eſſe ſubiectiuæ in locato, ſed in locante, prima denoīatio fit per p̃ntum ſub̃æ, & quantitatis, & qualitatis. ſecunda per p̃ntum ad aliq̃d. tertia per ultima p̃nta, & aduerte ꝙ hãc denoīationem extrinſecam fieri ab ultimis p̃ntis, eſt de intẽtione ex p̄ſſa b. Tho. in 3. lib. phy. ſuper tex. 22. ubi inq̃t. Tertius modus prædicandi eſt. qñ aliquod extrinſecũ de aliquo prædicatur per modum alicuius denoīationis, & exemplicat de agere & pati, de qñ, & ubi, & ſitu, & habitu. Ex qb' ſeq̃tur corollariæ ꝙ ultima prædicamẽta, licet nõ differant à tribus primis quantũ ad rem denoīantem. Differunt tñ quantum ad modum denominandi & prædicãdi, qm̃ à tribus primis fit prædicatio & denominatio ab

intrinſeco abſoluto.et ab iſtis fit ab extrinſeco abſoluto,et iſta diuerſitas ſufficit ad diſtinctionem formalem prædicamentorum.non enim eſt neceſſe omnia prædicamenta, diſtingui realiter ut declaratum eſt ſupra.

Quinta.Licet ultima pñta;dicant abſolutũ cum denominatione extrinſeca , ad talem denoîationem ꝯſequũtur quidam reſpectus inter denoîans & denoîatum . quos tñ non ſignãnt hæc ultima pñta . & quidem qđ tales reſpectus conſequantur, patet, qm̃ non dr̃ denominans niſi qa aliquid denoîat,nec dr̃ denoîatum niſi quia ab aliquo denoîatur. Quòd aũt non ſignificentur per ultima pdicamẽta , patet, qm̃ cum ſignificent abſolutum,ſi ſignãnt ẽt reſpectum , ſignificarent aliquod unum per accñs ut dictũ eſt in tertia ꝯcſone.Tenendum eſt ergo ꝙ ſignificant purum abſolutum cum denoîatione extrinſeca, ad q̃ conſequuntur quidam reſpectus & ſi tenueris hanc uiam, optime ſaluabis motum in ubi,& ſimplicitatem, & perſeitatẽ & formalem diſtinctionem prædicamentorum .

Quantum ad tertiũ aduerte ꝙ tria uĩr obſtare pdictæ determinationi pmo authoritas b. Tho. nã ut patet in 5. metaph.in cap.ad aliquid . ut adductũ eſt in pncipio qõnis.uĩ ſentire ꝙ dicãt reſpectũ,& ꝯfirmatur qm̃ in lib. 11. metaph.in lec.12.inquit.Habitus importat habitudinem indumenti ad indutũ,& ꝙ dicit de habitu,eſt rõnabile ut intelligat de alijs, ſecũdo obſiſtũt diffõnes date ab authore ſex principioꝝ,ex qbus ꝯſtat ꝙ dñt non abſolutum ſed reſpectũ,ut patet de qñ,inquit.n.Qñ,eſt qđ ex adiacentia tpis relinquitur.ubi aũt,eſt circũſcriptio corporis . ex loci circũſcriptione ,pcedens.tertio obſiſtit tractatus de rõne compoſitus à b. Tho. in quo determinat ꝙ dñt reſpectũ fundatum,non ſuper abſolutum, ſed ſuper reſpectum.

Rñtur.cum habeamus clare ex doctrina Ariſt.ꝙ nõ eſt motus ad reſpectum.& in lib.11.metaph.in tex. qui incipit.Si igr̃ pñta diuiſa ſunt.dicit neceſſe eſſe tres motus.q̃lis,quanti,& loci,manifeſtũ eſt cum ponat motum ad locum,non diſtingui realr̃ locũ ab ubi, ex conſequenti ubi,

non dicit reſpectũ. Siſr cũ b. Tho. ex ꝓpoſito aſſignãs ſufficientiã & diſtõnẽ p̃ntoꝝ, declaret ea diſtingui ex denoĩatione extrinſeca, qđ & manifeſtauit in lib. 11. metaph. in le. 9. ubi inq̃t. Prędicaměta diuerſificãtur ſ̃m diuerſos modos p̃ndi. Vñ idẽ ſ̃m ꝙ diuerſimodæ, de diuerſis p̃tur. ad diuerſa p̃nta ꝑtinet. Locus. n. ſ̃m ꝙ de locãte p̃tur. ad p̃tũ quantitatis ꝑtinet. Secundum aũt ꝙ denoĩatiuę de locato p̃tur, conſtituit p̃ntum ubi. Siſr motus ſ̃m ꝙ p̃tur de ſubõ in quo eſt, conſtituit p̃ntum paſſionis, ſ̃m autem ꝙ p̃tur de eo à quo eſt. conſtituit p̃ntum actionis. hæc ille. ſtãdum eſt in determinatione facta. Et ad primum dictũ b. Tho. dicendum eſt, ꝙ non uerificatur, niſi cõnotatiuæ uel conſecutiuæ. ex eo. n. ꝙ denominant denoĩatione extrinſeca conſurgit reſpectus inter denoĩans & denominatum. qui tñ reſpectus non ſignificatur ab hmõi p̃ntis. aliud eſt. n. ſignificare, & aliud connotare, ſicut accñs concretum connotat ſubiectum, ſed non ſignificat ipſum.

Ad authoritatem authoris ſex principiorum. dico ꝙ non eſt acceptanda in hoc. qm̃ non poſſet ſaluari, quia eſſet motus primo & per ſe ad relationem.

Ad inſtantiam fundatam ſuper tractatum de rſone, dico ꝙ ille trac. non eſt b. Tho. Nam ſi difficile eſt ſaluare rſonem realem fundatam in rę abſoluta. ut declarauimus in q. 22. huius lib. multo minus poſſet ſaluari ea quæ fundaretur ſuper aliam rſonem, & ꝓpea illa poſitio non eſt ſuſtinenda à uero Thomiſta. Et confirmatur. qm̃ b. Tho. in 12. metaph. exponens tex. 19. in quo Ariſ. exemplificat de ſubã & de ad aliquid, dicit. Ea quæ ſunt ad aliquid. remotiora uñr eſſe à ſubã, q̃ alia genera, eo ꝙ ſunt debilioris eſſe. Vnde & ſubæ inhærent mediantibus alijs generibus. ſ. abſolutis ſi inhęrent ſubſtãtiæ mediantibus alijs generibus abſolutis. ſignum eſt quod non fundantur niſi in generibus abſolutis. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Expliciunt. q. ſuper 5. metaphyſ. Fr. Chryſ. Iauelli Canap. ord. præd. philoſophiæ et ſacræ Theologiæ profeſſoris.

In hoc 6. libro pertractanda ſunt dubia infraſcripta.

1 *Si ens inquantum ens habet principia & cauſas.*

2 *Si ſolus metaphyſicus conſiderat quod quid eſt ſubiectorum ſcientiarum particularium.*

3 *Si textus ſecundum translationem arabicam poteſt ſaluari in quo ſic habetur. & ipſa ſcilicet phyſica ſpeculatur de ente quod eſt impoſsibile moueri.*

4 *Si aliquis actus intellectus poteſt dici praxis.*

5 *Si ſcientia practica, eſt practica ex obiecto uel ex fine.*

6 *Si omnis ſcientia eſt practica uel ſpeculatiua.*

7 *Si tantum tres ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ.*

8 *Si omnes ſpeculatiuæ, ſunt nobiliores omnibus practicis.*

9 *Si de ente per accidens poteſt eſſe ſcientia.*

10 *Si de mundo inferiori datur aliquis effectus contingens.*

11 *Si à cauſa proxima, effectus contingens habet contingentiam.*

12 *Si effectus contingens, dum eſt ſit contingens.*

13 *Si ens uerum excluditur à metaphyſico.*

QVAESTIO PRIMA.

SI ENS INQVANTVM ENS HABET PRINCIPIA ET CAVSAS.

PRINCIPIA ET CAVSÆ QVÆRVNTVR entium,palàm autem quia inquantum entia.Tex.1.

IN hac quęſtione quattuor agēda ſunt. Primo declarandum eſt, quid intendit phs per principia & cauſas. Secūdo declarandum eſt in quo ſenſu ens inquātum ens,habet principia & cauſas. Tertio ponetur concluſio reſpōſiua. Quarto ſoluentur quædam argumenta.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ ſpeculatiuæ poſſunt in nobilitate comparari practicis ratione obiectorũ, uel ratione finium. Rationem quidem obiectorum, ut.ſ.ille ſint nobiliores, quæ ſunt de nobiliori obiecto, & ex parte finium ille ſint nobiliores, quæ ad nobiliorem finem ordinantur. finis autem poteſt eſſe communis & proprius. Communis quidem, ut ſi dicamus, ſpeculatiuas ordinari ad ſcire tantum, practicas autem ad operari ſiue ad uſum noſtrũ. Proprius uero, ut ſi dicamus, hanc ſpeculatiuam puta metaphyſicam ordinari ad tale ſcire, quale eſt ſcire diuina. hanc autem practicam puta moralem, ordinari ad tale operari. quale eſt operari ſecundum uirtutem.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ ſi ſpeculatiuæ cōparantur practicis quo ad finem cōem, nobiliores ſunt, qm̄ finis ſpeculatiuarum eſt ſcire, practicarum aũt eſt noſtrũ operari, ſed ſcire nobilius eſt noſtro operari, qm̄ per ipm ſcire conuenimus cum nobiliſſimis ſubſtantijs intellectualibus, non aũt per noſtrum operari, ut patet, ꝙ nr̃a artificia non conueniunt eis, ergo &c. Si aũt comparentur quo ad ſermones proprios, puta quo ad tale ſcire & tale operari. aliqua ſpeculatiua eſt nobilior aliqua practica. & aliqua practica eſt nobilior aliqua ſpeculatiua, qm̄ ſcire alicuius ſpeculatiuæ. ut notitia de cœlo, de anima, de hoīe. excedit in nobilitate, uſum ſiue operari alicuius practicæ, puta ſcientiæ freneſactiuæ. Et opari alicuius practicæ, puta ſciẽtiæ moralis, ut bene regularē ſubditos, & operari ſ̃m uirtutē excedit in nobilitate aliqđ ſcire. puta ſcire triangulum hr̃e tres. & ſcire formicam, unde dixit ph̃s in lib. 12. metaph. tex. 51. ꝙ inconueniens eſt de quibuſdam

meditari,& dignius eſt quædam non uidere quam uidere,ergo &c. Si aũt ſpeculatiuę ↄparētur abſolutę & ſimpľr practicis, dico ꝙ ſpeculatiuæ ſunt nobiliores, qm̃ in gñe ſpeculatiuarum inuenitur aliqua puta diuina, excedens in nobilitate omnes practicas. Verſatur.n.circa ens diuinũ.quod eſt nobiliſſimum,& in tali ſcire ſtat humana fœlicitas ex.10.ethicorum.nulla aũt practica eſt nobilior toto genere ſpeculatiuarum,nec ex parte obiecti, qm̃ nullum obiectum cuiuſcunqȝ practicæ eſt nobilius ente diuino. nec ex parte finis,qm̃ actiones noſtræ practicæ etiam morales, ſunt media ad felicitatem. & non ſunt ipſa felicitas.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ hæc determinatio nõ uř ſaluare dictũ philoſophi quo dicit. ergo theoricæ alijs ſcientijs deſiderabiliores ſunt, nam qm̃ comparat theoricas alijs. & nullam excipit, uidetur hæc comparatio eſſe vlis.ut ſit ſenſus.ergo omnes theoricæ ſunt deſiderabiliores ex conſequenti nobiliores alijs ſcientijs.ſ.practicis, nõ ergo oportebat tot diſtinctiones & concluſiones ponere, ſed probare ꝙ omnes theoricæ ſunt nobiliores practicis, aliter non ſaluatur dictum philoſophi.

Reſpõdetur à Paulo Soncin.in.6.metaph.q.6.propter hoc argumentum dicit. ꝙ phs non comparat theoricas practicis in nobilitate.ſed cõparat theoricas, quas enumerauerat inter ſe dicens,ꝙ metaph. eſt dignior mathematica.& naturali,& dictum ſuum manifeſtat per tex.cõmen. & per Cõmenta.in fine.2.comment. Verũ ſit intendebat, ut Thomiſta,non deuiare à mente b.Tho.non potuit ſic reſpondere,qm̃ b.Tho.exponens dictum phi, manifeſtę comparat theoricas practicis,& non ſolum theoricas inter ſe,ſic.n.inquit. Ergo cum hæc ſcientia.ſ.metaph.ſit honorabiliſſima inter omnes,quia eſt honorabilior theoricis,ut prius oſtenſum eſt,quæ quidem ſunt honorabiliores practicis,ut in 1.lib.habitum eſt.hæc ille.

Propterea tenendo ꝙ comparet theoricas practicis, dicẽdum eſt,ꝙ nõ intẽdit concludere omnes & ſingulas ſpe

cuſatiuas eſſe nobiliores omnibus practicis, niſi quo ad fi nem communem, ut declarauimus. ſed ꝙ abſolutæ & ſim pliciter loquendo ſpeculatiuæ ſunt nobiliores practici, in hoc ſenſu, qm̃ aliqua ſpeculatiua ratione obiecti, & ratio ne proprij finis, eſt nobilior omni practica. Nulla autem practica eſt nobilior omni ſpeculatiua. & ſic nulla eſt dif ficultas in dicto phi, nec repugnat determinationi factæ.

Alia argumenta, nec difficilia ſunt, & ab alijs ſoluũtur. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 9. Si de ente per accidens eſt ſcientia.

Nulla ſcientia ſtudioſa eſt de eo, nec practica, nec theorica, non enim faciens domum &c. Textu. 4.

IN hac quæſtione cito expediemus nos quoniam in epitomi noſtra ſuper 6. lib. metaph. ſatis de hoc locuti ſumus. Pro uniuerſali tamen reſolutione, hic duo age mus. Primo præponuntur duæ diſtinctiones. Secundo duæ concluſiones reſponſiuæ.

Quantum ad primum aduerte aliquos formare talem diſtinctionem, ens per accidẽs poteſt eſſe quatrupliciter. primo accidentalitate prædicationes, ut qñ prædicatum dr̃ de ſubiecto, ſed non in aliquo modorum per ſe aſſigna torum in 1. poſter. 2. accidentalitate rei, ſed non prædica tionis, & hoc reperitur, qñ prædicatum eſt paſſio ſubiecti, licet. n. riſibile prædicetur per ſe de homine, eſt tñ accidẽs in homine ſm uiam noſtram, tertio quia ſunt diſtinctæ res, quarum una accidit alteri, ut homo albus, muſicum album, quarto dr̃ ens per accidens accidentalitate cauſali tatis. ut album ędificat, fodiens ſepulchrum inuenit the ſaurũ, ſub cane pluit. Et huius quidẽ diſtinctionis primũ membrũ non eſt alicuius momenti in propoſito nr̃o, nec ſcd̃m habet difficultatem, nullus. n. dubitat quin iſta hõ eſt riſibile, ſit concluſio ſcibilis & demonſtrabilis, & hõ, ut de eo propria paſſio prædicatur, eſt ſubiectum ſcibile

tertium autem,& quartum membrum deſeruiunt ꝓpoſi-to noſtro,qm̃ de tali ente per accidens, & non alio modo intendit philoſophus,cùm dicit de eo non eſſe ſcientiam.

Secunda diſtinctio quam innuit b.Tho.exponens tex. 5. in hoc 6. lib. & quam cōiter adducunt expoſitores ſit hæc,ens per accidens tertio & quarto modo.dupliciter cō ſiderari pōt.primo formaliter,ſiue pro conceptu, quem ꝑ ſe importat hoc,ꝙ eſt ens per accñs . ſecundo mãliter ſiuè pro re ſubſtracta,eui ineſt & de qua prædicatur denomi-natiue,Alij ponunt eandem diſtõnem ſub his uerbis . ens per accidens ſumitur dupliciter.primo ſm rõnem cōem , quam importat hoc nomen cōe, ens per accidens , ſecun-do ſm rationem ſpecialem & determinatam, inquantum importatur per ſpeciale nomen,ut fodiens ſepulchrum in uenit theſaurum,muſicum ædificat,ſub cane pluit &c.

Ex his diſt.pono duas concluſiones reſponſiuas .

Prima,de ente per accidens tertio & quarto modo for-maliter ſumpto,ſiue quo ad rationem ſuam cōem , poteſt haberi & habetur ſcientia, uel ſaltem certa notitia , nam Ariſt.in tex.5.inueſtigat quæ ſit ejus natura , & quæ eius cauſa, ſicut diffuſe pertractauimus in epitomi noſtra , er-go de eo formaliter ſumpto habetur certa notitia .

Secunda de ente per accidens tertio & quarto modo, ſumpto pro re ſubſtracta , non poteſt haberi ſcientia , nec certa notitia.nã ex 1.poſter. Quicquid ſcitur aut eſt ſemꝑ aut frequenter,& habet determinatam cauſam. Qđ autē eſt ens per accidens tertio modo & quarto modo,nullam harum conditionum habet, immo oppoſitas, ut patet de fortuito & caſuali,ergo &c.Et aduerte ꝙ in 2.phyſ. text. cōmen.55.agens de fortuna,tangit idem,dicit.n.fortunã dicere eſſe extra rationem,recte eſt. Ratio.n.ideſt ratioci-natio per quàm acquirimus certam notitiam,aut eſt eoꝝ quæ ſemper ſunt,aut eorum quæ ſicut frequenter;ſed for-tuna,ſiue effectus fortuitus,nec eſt ſemper,nec frequēter. immo ut in paucioribus, ergo &c.

Contra hanc determinationē ſolent fieri duo argumē-

ta alicuius apparentiæ.

Primo quod eſt à cauſa determinata agēte ut in pl̄ibus uidetur ſcibile.hæc eſt manifeſta,ſed ens per accidens pręcipuę quarto modo eſt huiuſmodi,dicit enim ph̄s in tex. 5.Quod eſt ſ̄m magis.i.ut in pluribus , hoc principium , & hæc cauſa eius,quod eſt accidens eſſe, ergo &c.

Rñ.Ariſt.nō dicit ꝙ cauſa agens ut in pluribus, inquantum agit ut in pluribus,ſit cauſa entis per accidens quarto modo,ſed inquantum deficit aliqñ , nam inquantum agit ut in pluribus agit ex intentione , & effectum proprium ac per ſe,inquantum autem aliqñ deficit, agit præter intentionem & effectum per accidēs, nego ergo minorem,& ad dictum philoſophi,patet quid dicendum.

Secundo quod eſt à cauſa neceſſaria & immutabili uidetur eſſe neceſſarium & immutabile,ſicut quod eſt à cauſa contingente eſt contingens,& à mutabili eſt mutabile, ſed ens per accidens quarto modo eſt à cauſa neceſſaria et immutabili , quoniam eſt à cauſa prima,quæ eſt neceſſaria & immutabilis . Omnis enim effectus poſitiuus,eſt à cauſa prima mediate uel immediatę , ergo eſt neceſſarius & immutabilis, ex conſequenti ſcibilis , quoniam huiuſmodi non contingit aliter ſe habere.

Reſpondetur,negatur maior,de cauſa remota,& conceditur de cauſa proxima,neceſſitas.n.& contingentia effectus attenditur penes cauſam proximam , ut dicemus infra , & quoniam ens per accidens quarto modo , non eſt proxime & immediate à cauſa prima immutabili, ideo nihil concluditur.utrum autem ſi prima cauſa ageret de neceſſitate naturæ,cauſæ ſecundæ de neceſſitate agerent . ex conſequenti nullus eſſet effectus contingens. diſcutiemus infra. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō. 10. Si ſ̄m doctrinam Ariſt. poteſt ſaluari ens per accidens,quarto modo . quod eſt effectus contingens per reſpectum ad cauſam ſuam proximam.

CIRCA hanc.q.aduerte, ꝙ idē eſt ac ſi quæratur, an omnes effectus ſint neceſſarij,uel aliqui neceſſarij,& aliqui contingentes. Hāc qōnem multi pertractant,ſed nō reſoluunt. Tu igitur ſic procedes, effectus contingens dupl'r conſiderari pōt,primo quantum ad eſſe ſuum,quod eſt eſſe corruptibile & deſinibile,& ſic patet ad ſenſum, ꝙ effectus uoluntarij & cauſaꝝ inferioꝝ ſunt contingentes, qm̄ pro aliquo tp̄e hn̄t eſſe. & pro aliquo non eſſe,& de hoc fuit dubium apud pħm. & Cōmenta. ut patet in hoc lib.6. commen.7. Secundo quantum ad cauſalitatem,& ſenſus huius eſt. utrum dētur aliquæ cauſæ contingenter cauſantes,uel omnes neceſſario cauſent. Et in hoc ſenſu ſtat tota difficultas quæſiti, & totum pendet ex modo cauſandi,quo prima cauſa cauſat, nam ſi ad mentem pħi, prima cauſa cauſat & agit libere, facile erit ſm pħm ſaluare cōtingentiam effectus, per reſpectum ad cauſam proximam, ſi autem cauſat & agit de neceſſitate naturæ, difficilius erit, ut igitur ad quæſiti reſolutionem deueniamus.tria agenda ſunt,primo. ſi eſt tenendum ad mentem pħi,primam cauſam agere de neceſſitate naturę. ſecundo ſuppoſito ꝙ ſic. utrum cum hoc ſuſtinere poſſimus non omnia euenire de neceſſitate,ſed ſeruari contingentiam effectus per reſpectum ad cauſam proximā. tertio ſoluetur ratio Scotiſtarum tenentium oppoſitum determinationis,quam facturi ſumus.

Quantum ad primum aduerte,ꝙ Deum agere de neceſſitate naturæ,dupliciter poteſt intelligi. Primo,quia agit per nām, ut præueniens intelligere & uelle,ita ꝙ nō agit per intelligere & uelle.ſed per aliquod an̄s ad iſta,ſicut homo de neceſſitate naturæ digerit cibum,& ignis calefacit, & ſol illuminat,& hoc modo nullus pħs,qui uerā de Deo cognitionem habuit,poſuit Deum agere de neceſſitate naturæ, cognouerunt.n. ueri pħi,ꝗ omne agens aut agit à caſu,aut propter finem,conſtat autem ꝗ Deus non agit à caſu,quia agens à caſu eſt cauſa per accn̄s, Deus aūt cū ſit prima cauſa,non poteſt eſſe cauſa per accidens,eſt.n.cau-

ſa per accidens,poſterior cauſa per ſe, igitur Deus eſt cauſa agens pp finem, omne aũt hmõi agens, aut proſtituit ſibi finem,aut proſtituitur ſibi finis ab alio, Deo non põt proſtitui finis ab alio,qm̃ non eſſet primum agens ſimplr & nobiliſſimum,proſt.tuens.n.finem alteri,prius & nobilius eſt,utpote regulans & dirigens. igitur Deus ꝓſtituit ſibi finem,ergo eſt agens per intellm & uoluntatem, non .n.poſſet ſibi finem proſtituere,niſi intelligeret,& uellet finem,quicquid ergo Deus agit ad extra,agit per intellm et uoluntatem.ita ꝙ productum eſt intellm & uolitum. & per ɔñs non agit de neceſſitate naturæ, prout nã præintelligitur actui intelligendi & uolendi. Secundo poteſt intelligi,ꝙ agat de neceſſitate naturæ.non prout nã præintelligitur actui intelligendi &uolendi,ſed prout uoluntas uult neceſſario quædam uolita,ſicut primum uult neceſſario bonitatem ſuam, & homo uult neceſſario felicitatem, ita ꝙ hæc neceſſitas ſit quædam habitudo neceſſaria uoluntatis ad aliqua,ut uolita,& ſic Deum agere de neceſſitate naturæ,eſt ipſum uolendo neceſſario bonitatem ſuã; uelle ẽt neceſſario omnia reducibilia in bonitatem ſuam, ſm ꝙ ſunt reducibilia in ipſam,et uelle neceſſario cuilibet cõicare bonitatem ſuam, quantum unumquodq; eſt capax,ad qd' uelle, ſequitur de neceſſitate effectus, & in hoc ſenſu tenendum eſt pħm putaſſe, Deum agere de neceſſitate nãæ.nam in 8.phyſ. ꝓbauit motum cœli eſſe æternum de neceſſitate,ergo motorẽ primum de neceſſitate moueꝛe, & in 2. de g̃natione probauit g̃nationem inferioꝝ de neceſſitate eſſe æternã. & hanc cauſari ex motu diurno & motu erraticoꝝ, ergo primũ de neceſſitate producit inferiora,mediante motu. & 12.metaph.ubi idem ex ꝓpoſito pertractabitur. probat pħs,in motore æterno non eſſe potentiam,ſed actum,& facit hãc ɔñtiam. ſi in eius ſubã eſt potentia,continget non eſſe motum, quod.n.eſt in potentia poteſt non eſſe, & huius quidem conſequentiæ,ita reputat falſitatem conſequentis eſſe manifeſtam, ꝙ non immoratur circa eam,reputauit ergo motum cœli,& produ

ctionem

ctionem rerum eſſe neceſſariam & ſempiternam, ex conſe quenti primum de neceſſitate naturæ mouere & produce re. Quòd autem Commenta. eiuſdem fuerit ſententię, ma nifeſtabimus in lib. 12.

Quantũ ad ſecundũ aduerte, ꝙ cũ Deũ agere de neceſſi tate nãæ ſecũdo mõ, idẽ ſit, ꝙ uoluntatem ſuã hr̃e neceſſa riã habitudinẽ ad ea q̃ uult facere, ita ꝙ non põt nõ uelle ea facere, hoc põt hr̃e duplicẽ ſenſum, primo ſic. De⁹ uult neceſſario hc . ſ. cœlũ ꝑducere, & cœlũ neceſſario hr̃e . i. ꝙ hẽat eẽ neceſſariũ & imutabile, & ꝙ cœlũ hẽat cãlitatẽ . i. ṽtutẽ cauſandi neceſſariã, quo ad ea q̃ põt cãre, & ſicut dico de cœlo, itellige de quocũqȝ alio, qđ De⁹ uult ꝑduce re. Scđo ſic. Deus uult neceſſario aliq̃ ꝑducere, q̃ habeant eſſe neceſſariũ, & uirtutẽ cauſandi neceſſariã, & uult neceſ ſario aliq̃ ꝑducere, q̃ tñ habeant eſſe non neceſſariũ, nec uirtutẽ cauſandi neceſſariam, ſed contingentẽ. iuxta ꝓmũ ſenſum. ſi Deus agit de neceſſitate nãæ, oĩa de neceſſitate eueniunt nec põt ſaluari ꝯtingẽtia effectus ꝑ reſpectũ ad cauſam ꝓpriã & ꝓximam, quia iuxta ꝓmũ ſenſum, tã cau ſa ꝓma, q̃ oẽs cãæ ſcđæ hr̃ent cauſalitatẽ neceſſariã, cum qua nõ ſtat ꝯtingentia effectus, ideo. n. effectus habet ꝯtin gentiã, quia cauſa contingenter cauſat. ſi ergo oẽs cauſæ de neceſſitate cauſant, oẽs effectus de neceſſitate eueniunt. iuxta ſm ſenſum põt ſaluari, ꝙ nõ de neceſſitate oĩa eue niunt, qa licet Deus qcqd uult ꝑducere, neceſſario uelit ꝑ ducere, non tñ uult qcqd ꝑducit hr̃e neceſſariam cauſali tatẽ ſuꝑ effectũ ſuũ. ſed aliqđ neceſſariam, & aliqđ cõtin gentẽ. ex ꝯñti ſtat, ꝙ cũ uoluntate primæ cauſæ uolente neceſſario ꝯtingentiã cauſæ ꝓximæ in cauſando, ꝙ cauſa ꝯtingẽter cauſat. & ꝙ effectus contingẽter cauſatur, & nõ neceſſario. & iuxta hũc ſm ſenſum, tenendũ eſt, ꝙ ꝑ̃s opi natus fuerit Deũ agere de neceſſitate nãæ, & tñ nõ oĩa eue nire de neceſſitate, & quidẽ ꝙ teneat Deum agere de neceſ ſitate naturæ, iam ꝓbauimus. ꝙ aũt arbitratus ſit, non ő mnia de neceſſitate euenire, patet hic in lib. 6. in tex. 7.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ Scotiſtæ tenent hanc

ꝯñtiam,eſſe ſimplŕ uerã,ſi quicquid agit Deus agit de neceſſitate.oia eueniũt de neceſſitate. unde ſi Ariſt. admittit aña,de neceſſitate admittit ꝯña,ex ꝯñti ſibi contradicit, in eo ꝙ uult ſaluare cõtingentiã in cauſatis ſtante añte. Rõ aũt eoꝝ eſt hæc. ſi prima cauſa neceſſario cauſat a.neceſſario mouet a.ſ.ad cauſandũ,ſi a.eſt neceſſario motũ ad cauſandũ.neceſſario mouet b,ſilŕ b.neceſſario motũ, neceſſario mouet c.&ſic uſqȝ ad ꝓximã cãm.qm̃ poſterior nunq̃ mouet.niſi mota à ꝓori.Si ergo ꝓma cauſa neceſſario cauſat & mouet.ſeqtur ꝙ oẽs aliæ neceſſariæ cauſabũt & mouebũt.ex ꝯñti oia neceſſario eueniẽt à ꝓximis ſuis cauſis.

Rñdetur.& dico ex determinatione facta ꝙ ꝓma ꝯñtia põt duplŕ intelligi.primo ſic.ſi ꝓma cauſa neceſſario cauſat a.neceſſario mouet a.ſ.ad cauſandũ neceſſario.&ſic nego eam.quia non eſt neceſſe,ꝙ eo modo quo prima cauſa cauſat a.moueat a.ad cauſandũ. qm̃ cauſalitas neceſſario impſſa à prima cauſa in a.recipit ut & modificatur in a.ſm ꝙ cõuenit nãę ipſius a.ſecũdo ſic.ſi prima cauſa etc. neceſſario mouet a.ad cauſandũ neceſſario uel ꝯtingẽter; & ſic cõcedã eã,qm̃ ſi nã ipſius a. eſt talis. ꝙ ei competat cauſalitas neceſſaria. ꝓma cauſa neceſſario mouebit a. ad cauſandũ neceſſario.ſi aũt cõpetit ei mouere cõtingenter, ꝓma cauſa neceſſario mouebit ipſam ad cauſandũ ꝯtingẽter.& ſic nihil ꝯcluditur, niſi ꝙ oia eueniũt à ꝓximis cauſis,neceſſario uel cõtingẽter.Et aduerte,ꝙ cauſa erroris in Scotiſtis fuit,qa opinati ſunt.oẽm cauſam ſcdam cauſare, eo mõ quo cauſatur & mouetur à prima.ꝙ nõ eſt ueꝝ,qa ut diximus cauſalitas actiua,nõ recipitur i ſecũda. niſi ut competit nãæ ſuæ.Patet ergo.qũo hæc duo poſſumus ſuſtinere,Deus agit de neceſſitate nãæ,& tamen non oia eueniunt de neceſſitate. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ. 11. Si effectus cõtingens habet contingentiam à cauſa prima, uel à cauſa proxima.

IN hac.q.ſic ꝓcedemus.primo ponetur diſtõ de effectu cõtingẽte. ſecũdo de effectu cõtingẽte in primo ſenſu. ꝓbabitur ꝙ hẽt contingentiã à cauſa ꝓxima.tertio de

effectu contingente in ſecundo ſenſu pertractabitur opinio b. Tho. & Scoti. & determinabimus ſm mentem b. Tho. & ſoluemus rationes Scoti.

Quantũ ad primũ aduerte, q̃ effectus põt dici contingens, dupl'r. pmo qa caſualis ſiue fortuitus, & eſt ille q pducitur à cauſa pter intentionẽ, & ut in paucioribꝰ. & pprie dr̃ ens per accñs, de quo ſupra locuti ſumus ad mentẽ pħi. q̃ de eo non hr̃ ſcientia. ſecũdo dr̃ contingẽs, nõ ſolũ qa hẽt eſſe defectibile, ſed qa eſt à cauſa, q̃ põt cauſare & nõ cauſare, & ut ſic opponitur effectui neceſſario, q eſt à cauſa, q̃ nõ põt nõ cauſare, in quo ſenſu dicemus, pductionẽ roſæ eſſe contingentem & motũ ſolis eſſe neceſſarium.

Quantũ ad ſecundum, pono hanc ↄclõnẽ. effectus contingens in primo ſenſu non hẽt contingentiã à pma cauſa. Hæc eſt de mente pħi in hoc lib. 6. in tex. 5. ubi inueſtigans principiũ & cauſam entis p accidens. i. effectus fortuiti. dicit q̃ cauſa neceſſaria. i. q̃ non contingit al'r ſe hr̃e, & q̃ eſt ut ſemp. i. infallibilis, nõ eſt principiũ & cã entis p accidẽs. ſed q̃ ſm magis. i. quę ut in plibus pducit effectũ. & aliqñ deficit. ſed ſm doctrinã Ariſt. prima cauſa ut docuimus in. q. pcedẽti. eſt cã neceſſaria de neceſſitate agẽs, & infallibilis. ergo ab ea effectus contingẽs in pmo ſenſu non habet contingentiã. Præterea, effectus contingens in primo ſenſu hẽt contingẽtiam à cauſa agente pter intentionẽ, ſed ut uidebimus in lib. 12. prima cauſa. nihil põt agere pter intentionẽ. ergo &c. Patet ergo q̃ cõtingẽtia. i. caſualitas effectus contingentis in primo ſenſu, reducẽda eſt in cauſam pximã potentem deficere. ſicut monſtrum reducitur in deficientem uirtutem formatiuam generãtis.

Quantũ ad tertiũ aduerte, q̃ ibi non habemus inueſtigare qd in hoc ſentiãt b. Tho. & Scotus inquantũ theologi, ſed inquantũ innitũtur doctrinæ & fundamẽtis Ariſt. puta ſi b. Tho. & Scotus teneãt Ariſt. ſenſiſſe Deũ eſſe cãm neceſſariã, & neceſſario agentem quæcũq; agit, & neceſſario mouentẽ quæcunq; mouet. utrum effectus cõtingens ſit contingens pp primã cãm. an pp cãm pximã. Ad hu-

ius igitur reſolutionem aduerte, ꝙ mēs b. Tho. fuit, ut patet in 1. par. q. 14. art. 13. in rñſione ad primũ, ꝙ licet prima cauſa ſit neceſſaria, tamen effectus poteſt eſſe contingens ꝑꝑ cauſam proximam contingentem. & exēplificat de germinatione plantæ, quæ eſt contingens, ꝑꝑ cauſam ꝓximam contingentē, licet motus ſolis q̃ eſt cauſa prima ſit neceſſarius, cauſa aũt ꝓxima eſt radix plātę. Siſr q̃ ſunt ſcita à Deo, ſunt cōtingentia ꝑꝑ cauſas ꝓximas, licet ſcia Dei, q̃ eſt cauſa prima ſit neceſſaria, & huius quidē rō eſt, qm̄ nāſr effectus aſſiſatur cauſæ ſuæ ꝓpriæ, q̃ eſt eius cauſa ꝓxima. ꝯñs ergo eſt, ut effectus cōtingēs reducatur in cām ꝓximā cōtingentē. & effectus neceſſarius in cām ꝓximā neceſſariā. Mens aũt Scoti fuit, ꝙ ſm doctrinā Ariſ. neceſſitas & cōtingētia effectus, principaſr reducēdæ ſint in cām primam. Arbitratur. n. ut patet in 2. ſen. di. 2. q. 2. ꝙ ſi cā prima neceſſario agit & mouet cās ſcđas, oēm effectũ eſſe neceſſariũ, & cām ſcđam non poſſe dare contingētiā effectui ſuo, ſi aũt cā prima contingēter ſiue libere agit & mouet cās ſcđas, ſeruari poterit ꝯtingētia in effectu cāę ſcđæ. ita ꝙ neceſſitas & ꝯtingētia reꝝ pendēt ex mō agēdi cāæ primæ. Vñ tenet Ariſt. inaduertenter poſuiſſe ꝯtradictoria. ſ. ꝙ prima cauſa agat & moueat de neceſſitate nāę, ad ꝙ ſequitur ꝙ oīa eueniant de neceſſitate, & tñ in 6. metaphy. tenet ꝙ non oīa eueniant de neceſſitate. Hanc autē imaginationē ſuā, conatur Scotus ꝓbare duplici medio.

Primo, cauſa q̃ mouet inquantũ mouetur, ſi neceſſario mouetur. neceſſario mouet, ſed oīs cauſa ſcđa mouet & agit inquātũ mouetur à prima. ergo ſi cā prima neceſſario mouet ſecũdā, ipſa quoqȝ neceſſario mouet & agit, ex ꝯñti nulla remanet cauſa contingens, nec effectus contingens.

Rñdetur. iam diximus in. q. ꝑcedenti. hoc argm̄ nō cōcludere, & de nouo formaſr rñdendo, negatur maior. qm̄ licet cauſa ſcđa non moueat niſi inquantũ mouetur à ꝓma, non tñ eſt neceſſe ꝙ in ſe recipiat uirtutem motiuā eo modo quo eſt in prima, ſed ut ꝓportionatur nāæ ſuæ, ſicut aer recipit lumen à ſole, & luna ſiſr recipit uirtutē illu

minatiuā à ſole,nō tñ eo modo quo eſt ī ſole.ſed modo cō petenti nãæ lunari. Vnumqđq;.n.recipitur ī aliquo, nō ꝑ modū quo ē in dãte,ſed ꝑ modū cōuenientem recipienti.

Scđo,cā prior,prius nãlr & ſimplr reſpicit effectū ꝗ cā poſterior.ergo in illo priori cauſa prima ſi de neceſſitate agit & mouet.dabit effectui neceſſitatem.ergo in ſcđo inſtanti nãæ.cauſa proxima non ꝑt eidem effectui dare con tingentiam, neceſſitas ergo & contingentia in effectu cauſæ proximæ pendet à cauſa prima.

Rñdetur.ſi añs ſic intelligatur,cā ꝑor ꝑus nãlr &c.i.pro aliquo inſtanti reſpicit effectum,ꝑ quo nondum attingitur à cā ſcđa.nego iꝑm.qm̄ ſimul & ꝑ eodē iſtãti ab utraque attingirur. Si aūt ſic itelligatur,cā ꝑor ꝑus etc.i.à ſe & ꝑpria uirtute,cā aūt ſcđa poſterius.i.uirtute ſibi imꝑſſa à ꝑori,ita ꝙ ꝑus et poſterius non reſpiciunt durationis ordinē,ſed ordinē cãlitatis.ſic ꝯceditur.ſed nego utrãq; ꝯñam, qm̄ ex quo effectus ſimul attingitur à cā prima & ſcđa,ab utraq; ſimul habet contingētiã.Poſito.n. ꝙ cā ꝑma agat de neceſſitate ꝗcunq; ímediate agit.tñ nō coagit cãæ ſcđo niſi mō cōpetenti cãæ ſcđæ.Hæc de pñti ꝗſito dicta ſint.

Q.ō.12. Si effectus contingens,dum eſt,eſt cōtingēs.

IN ISTA.q.aduerte ꝙ non eſt difficultas de contingenti,anteꝗ ꝑducatur,quia ꝑt cãri & non cãri à cā ſua impedibili,nec ēt poſtꝗ eſt ꝑductum dubitatur, quin ſit cōtingens ꝑ tpe futuro.poteſt.n.deficere ab eſſe.cū hēat eē trãſmutabile.Difficultas ergo ſolū eſt.ꝑ iſto inſtanti,ꝑ quo eſt actu,utrum poſſit eſſe & non eſſe. uidetur.n. pro tunc eſſe neceſſarium; quoniam res dū eſt, neceſſe eſt eſſe.

Pro reſolutione huius,pono duas concluſiones.deinde ſoluam quoddam dubium.

Primo ꝯclo.effectus ꝯtingens q ex nã ſua ē ꝯtingēs,puta ꝗa,ex natura ſua & itrinſecæ pōt eſſe & nō eē,ēt dū ē,eſt ꝯtingens.ꝓbatur.Qđ ex natura ſua eſt tale,& à ꝑncipio ſibi intrinſeco.puta ex materia ſubīta ꝑuationi.uel ex compoſitione contrarioꝝ,ad qđcunq; cōparetur,et ad ꝗcunq; driam tpis,ſemꝑ eſt tale.ꝑta.n.ꝑ ſe inſeꝑabilia ſunt. ſed eſ

fectus contingens.qui ex nã ſua eſt contingens, eſt tale, ꝙ.ſ.ex ſe põt eſſe et non eſſe.Hæc eſt.n.diffõ contingentis, ut patebit in lib.9.ergo ad qdcunq3.& q̃cunq3 drĩam tpis comparetur,ſemper eſt tale.ergo dum eſt,ad huc contingens eſt.Præterea.neceſſitas & ꝯtingentia ſunt generales modis entis,quoꝝ alterum neceſſe eſt de unoquoq3 ex ſui nã uerificari,nã cũ ens ſit cui debetur eſſe.uel ex nã ſua nõ põt nõ eſſe,& ſic ẽ ens neceſſariũ,uel põt eſſe & nõ eẽ,et ſic eſt ꝯtingẽs,ſed de ꝯtingẽti dũ eſt.nõ põt ex nã ſui uerificari neceſſitas,qm̃ ꝯtingens ex nã ſui põt eſſe & nõ eſſe.ergo etc.Dico aũt ex nã ſui.qm̃ licet nã ꝯtingẽtis nunquã traſmutetur in neceſſariam abſolute, tñ non inconuenit ꝙ fiat neceſſaria ex aliquã conditione,& ꝑ comparationẽ ad alteꝝ, quæ tamen in ſe ſemper remanet contingens. & hoc declarabitur in concluſione ſequenti.

Scda concl'o.effectus contingens,licet ex nã ſua ſemper ſit contingens,ſiue ſit,ſiue non ſit.tamẽ non inconuenit, ꝙ ꝑ tali menſura tẽporis.ꝑ qua eſt,ſit neceſſe eẽ.Pro cui' euidẽtia aduerte,ꝙ res ꝯtingens põt duplr ꝯſiderari. ꝑmo ſm ſe et abſolutæ.i.quantũ non eſt determinata ad aliquã drĩam tpis.ſcdo inquantũ iã eſt determinata ad tale tps. puta inquantum iam extitit in tali tpe ꝑterito.uel inquantũ exiſtit in tpe pñti. Et quidẽ ſi ꝑmo modo ꝯſideretur ſp eſt ꝯtingens.qm̃ & in ſe,& ꝑ reſpectũ ad cãm ſuã. põt eſſe & nõ eſſe.Si aũt ſcdo modo.dico ꝙ eſt contingens & neceſſaria,ꝯtingens quidẽ quo ad nãm ſuã,neceſſaria aũt ꝑp reſpectũ pñtialitatis,& ſic ꝓbatur.ſicut ſe habet res cõtingens ꝑterita ad tps ꝑteritum,ſic res cõtingens pñs ad tps pñs.ſed illa non põt nõ fuiſſe,ex reſpectu prætaeritionis.ergo iſta nõ pt nõ eſſe,ex reſpectu præſentialitatis. ergo ꝑ tali mẽſura tpis.ꝑ qua ẽ neceſſe ẽ eẽ.Preterea ſi res ꝯtingens.q ut præſens,eſt põt non eſſe.ponatur in eſſe, ergo ſimul erit & nõ erit,qđ implicat erit ergo & ꝯtingens, & neceſſaria.Contingens quidem ex ſe.neceſſaria aũt ꝑ reſpectum ad alterum,nec id eſt,incõueniens,qm̃ licet cõtingens abſolutæ. & neceſſarium abſolutæ repugnẽt eidẽ.nõ

tñ neceſſarium ex conditione, & contingens abſolutæ.

Sed cõtra determinationem hanc, uĩ eſſe dubium, qm̃ ſi contingens qñ eſt, eſt cõtingens, ergo qñ eſt, põt eſſe & non eſſe, ex diffõne ꝯtingentis, ſed hoc eſt falſum, qm̃ qñ eſt, non põt eſſe quin ſit, alr̃ cõtradictoria uerificarẽtur de eodem, ergo neceſſarium eſt, ergo non eſt contingens, ꝑpea dixit Ariſt. in 1. periher. res dum eſt, neceſſe eſt eſſe.

Rñdetur, nõ inconuenit ꝙ aliqd uerificetur de re, conſiderata ſub rõne. qđ tñ non uerificatur, ſi conſideratur ſub alia rõne. u.g. ſi ꝯſideratur lapis, ut hẽt eſſe intellectu per ſpeciem intelligibilem, eſt immãlis, ſi aũt conſideratur, ut habet eſſe ad extra, eſt mãlis, & nõ immãlis, ſic in ꝓpoſito ſi contingens qñ eſt conſideretur ut ꝯtingens. i. rõne qua contingens, ſic põt eſſe, & nõ eſſe, qm̃ hæc eſt natura ſua, q̃ immutabilr̃ manet, ſi aũt ſi ꝯſideretur ut exiſtens, uel ut pſens. ſic non põt non eſſe, & ut ſic eſt neceſſe eſſe, ex hoc tñ non deſinit eſſe ꝯtingens ex ſui natura, ſicut licet lapis ut intellr̃s ſit immãlis, ꝑ hoc tamen non deſinit ex natura ſua eſſe materialis. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ. 13. Si ens uerum excluditur à metaphyſico.

Et qđ ut uerũ ens, prætermittendum. Tex. 8. ubi inquit Cõmen. ens qđ eſt ueridicans non hẽt cauſam, niſi aĩam, & ideo utrũque. ſ. ens ꝑ accidens, & ens ueridicans numeratur in genere entis diminuti, & ideo ꝑſcrutandũ eſt. ſ. à metaphyſico, de ente perfecto. qđ eſt ens extra animam.

IN hac. q. ſic procedemus. Primo aſſignabim' tres modos ueritatis, Sc̃do relictis duob' modis, ꝓſequemur tertiũ de quo ꝓprie phs intendit, quãdo dicit, ens uerũ ꝑtermittendũ. Tertio ꝓ deciſione quæſiti, ponemus, tres ꝯclones reſpõſiuas. Quarto ſoluemus quędã argumenta.

Quantũ ad primũ aduerte, ꝙ iuxta doctrinã Heruei in 3. quolibet. q. 1. ueritas dr̃ de tribus, primo de rei entitate, ſicut dicim' hoc eſt de ueritate humana, qđ ad entitatẽ & quidditatẽ hois pertinet, ut aĩa intellectiua eſt de ueritate hois, ſc̃do de actu cognoſcẽdi cõplexo, ſiue de uoce ſignificatiua cõplexa, tertio de obo itellr̃s enũciatiui, ſignato ꝑ

complexũ infinitum. ſicut cum dicimus. hoiem eſſe riſibi lem, eſt ue℞, ueritas quidẽ dicta de entitate rei, eſt ueritas mal̃r, ſiue fundamental̃r, non aũt formal̃r, q̃d ſic patet, ſi eſſet ueritas formal̃r, ergo uoces incõplexe, ſignificantes rerũ entitates, ſignificarent uerum uel falſum, q̃d eſt contra p̃hm in 6. meta. tex. 8. ubi inq̃t, circa uero ſimplicia. i. terminos ſimplices, non eſt ueritas & in 3. de aĩa text. 21. inquit. indiuiſibiliũ intelligentia in his eſt, circa q̃ non eſt ue℞ neq; falſum, in quibus aũt ue℞ & falſum, compoſitio quædã eſt, ueritas aũt ſc̃do modo, dr̃ ueritas repræſentatiuæ, uel ſignificatiuę, uoces. n. cõplexæ ſignificãt cõceptus cõplexus, conceptus aũt complexi, ſignificant rem ſic eſſe uel non ſic eſſe, unde dr̃ ꝓpoſitio ſiue in mẽte. ſiue in uoce ſignificare ue℞ uel falſum, ueritas. 3. modo dr̃ ueritas formal̃r, q̃d ſic patet. q̃d correſpõdet uero rep̃ſentatiuę eſt uerũ formal̃r, ſicut q̃d correſpondet ſano rep̃ſentatiuæ puta urinæ eſt ſanũ formal̃r, ſed ob̃m intell̃s enunciatiui, puta hoiem eſſe riſibilem, in ſui natura corr̃ndet huic ꝓpõni quã diximus eſſe ueram repræſentatiuæ, hõ eſt riſibilis, ergo in obiecto intellectus enũciatiui ſtat formal̃r ueritas.

Quantũ ad ſecundũ relicto primo, & ſecũdo modo, in ueſtigandum eſt de 3. de quo proprie intendit p̃hs hic in lib. 6. tex. 8. cum dicit, quod aũt ut uerum ens, & non ens ut falſum, q̃m ſ̃m compoſitionem & diuiſionem &c. ex quibus innuit, ꝙ non intendit, niſi de ueritate ſignata ꝑ enunciationẽ, quã diximus eſſe ueritatẽ formal̃r. De hac igr̃ inueſtigandũ eſt, quid ſit, & q̃m cõiter tenetur, ꝙ eſt ens rõnis, ideo prius ꝑſcrutandũ eſſet, q̃d ſit ens rõnis, ut diſtinguitur ꝯtra ens reale, ue℞ quia de hoc ſatis locuti ſumus. in tractatu de tranſcendentibus, ideo reſolue te illic.

Poſtq̃ cognoueris quid ſit propriĳſſimum ens rõnis, q̃d p̃hs hic in 6, appellat ens uerum. & diſtinguit contra ens reale, erit tibi uia ad ſciendum, quid ſit ueritas formaliter. Tu igitur aduerte, quòd de ea ſunt duæ opiniones, prima dicit, ꝙ eſt conformitas ſiue adęquatio, quę eſt relatio realis, inter actum intelligendi cõplexum & rem intellectã,

ſm ꝙ eſt obiectum intellectus enunciatiui, pura adæqua tio quæ eſt inter hoc enunciabile ex parte rei, hominẽ eſſe animal, & complexum actum intelligendi, quo intellect' cõponens intelligit ſic eſſe, ſicut intelligit, dr̃ ueritas for maliter. & hanc opinionẽ recitat Herueus in.3.quoli.q.1. art.2.in principio & multiplr̃ improbat, uerũ qa hæc opi ṇio contradicit pᵬo in.6.metaph.tex.8.& Commenta. ꝙ ens uerum diſtinguitur contra ens reale, relatio aũt realis non diſtinguitur contra ens reale, ideo relinques hãc opi nionem. quæ non poteſt fortius improbari, q̃ per dictum phi, ſecunda opinio dicit, ꝙ eſt relatio rationis, & in hoc conueniunt b.Tho. & Herueus. ſed diſſentiunt in hoc, ꝙ. b.tho.in.6.metaph.exponens tex.8.uult, ꝙ hmõi ueritas cõſiſtat in ordine, ſiue in cõparatione duorũ conceptorũ ab intellectu, ſiue illa duo cõcepta ſint idem ſm rem, ſiue diuerſa, nam intellectus cõceptionem formans, utitur ali quando uno ut duobus, ut cum dicitur, homo eſt homo, ex quo patet inquit, b.Tho. ꝙ talis cõpoſitio eſt ſolũ in in tellectu, ideo illud quod eſt ita ens, ſicut in tali cõparatio ne conſiſtens, eſt alterum ab his, quæ proprie ſunt entia extra animam, ergo eſt mere ens rationis. Herueus aũt in. 3.quo.q.1.art.2.tenet, ꝙ hmõi ueritas eſt cõformitas rei, quæ eſt ad extra ad ſe ipſam, ut eſt in intellectu enuncia tiuo ſm eſſe cognitum, et ſuam quidem opinionẽ prius de claro. deinde ꝓbo hmõi ueritatem eſſe mere ens rationis.

Tu igitur nota entitatẽ rei duplr̃ conſiderari poſſe, pri mo ut eſt hñs eſſe extra intellectum & in rerum natura, ſe cundo ut obijcitur intellectui ꝑ ſpẽm intelligibilem. Qñ igitur intellectus per ſpẽm intelligibilem repræſentãtẽ ꝑ dicata rei obiecte, apꝑhendit aliqđ ex ſuis ꝑdicatis. & for mat cõceptum de nã obiecta, deinde enunciat talẽ ꝯceptũ uel ꝑdicatũ de re, puta dicendo, hõ eſt aĩal. inter rẽ ad ex tra & ipſammet ut eſt ſic apꝑhenſa uel concepta, cõſurgit quædã cõformitas, quæ repræſentatus ꝑ hãc copulã ẽ, per oppoſitum aũt conſurgit difformitas ſi alr̃ apꝑhendatur uel concipiatur, q̃ ſit conueniens rei. Hanc igr̃ cõformita

tem, Herueus uocat ueritatē formalr. Difformitatē uero, falſitatē. Quę quidē ſunt reſpectus nō reales, ſed rationis, ꝯñtes operationem ſecundā intellectus, nā remoto intellectu res non conciperetur conformiter, nec difformiter, ex ꝯñti tales reſpectus non conſurgerent. Præterea eiuſdē ad ſeipſum eſt reſpectus rōnis, cum non ſint extrema realia realr diſtincta, ſed hæc conformitas eſt reſpectus eiuſdem ad ſeipſum, eſt.n. eiuſdem rei, ut habet eſſe ad extra, ad ſeipſam ut eſt apprehenſa ab intellectu, ergo &c.

Poſita declaratione ſic probo propoſitū, qđ diſtinguitur ꝯtra ens reale, eſt ens rōnis, qm̄ nō datur mediū inter ens reale & ens rōnis, ſed ens ueꝝ qđ ꝯſiſtit in cōpoſitione & diuiſione. & de quo intendit pħs, diſtinguitur ꝯtra ens reale ex. 6. metaph. tex. 8. ergo &c. Tunc ultra, omne, ens rōnis uel eſt reſpectus uel eſt negō, ut declarauimꝰ in tractatu de trāſcendentibus. conſtat aūt ens ueꝝ ſiue ueritatē formalr nō eſſe negationē, ergo eſt reſpectus & ab oibꝰ. cōiter ꝓceditur ꝙ eſt cōformitas, ſiue adæquatio, ſiue conuenietia iuxta famoſā diffōnem, qua dr̄. Veritas eſt adæquatio rei & itellectus, ergo ueritas formalr eſt cōformitas; q̄ eſt reſpectus rōnis inter rem ut hēt eſſe ad extra, & ipſammet, ut hēt eſſe cognitū in intellectu enunciatiuo.

Et aduerte ꝙ Her. non loqtur de ueritate ulr, ſed ſolum de ueritate cōplexa, q̄ ſignificatur ꝑ ꝑpōnem. & de qua ſola loqtur pħs in ꝑiperier. & in 6. meta. & id dico, qm̄ non oībus modis qbus dr̄, eſt ens rōnis. ſed abſtrahit ab ente reali, & ab ente rōnis, ut uidere poteris in tra. de trāſcendētibus in capite de uero, ubi ꝑtractauimus mentē b. Tho.

Quantum ad tertium ponuntur tres concluſiones reſponſiue præſenti quæſito.

Prima ueritas fundamētalis nō excluditur à metaph. ꝓbatur, ut declaratū eſt in 1. lib. metaph. cōſiderat oīum reꝝ quidditates in ulı. ergo oīum reꝝ ueritates fundamētales, ꝯña patet. qm̄ ut ꝓdiximus, ipſa ueritas fundamentalis eſt rei q̄dditas ſiue entitas. Prętereà ueꝝ fundamētale eſt conuertibile cū ente reali, cum utrunq; ſit tranſcen-

dens,nec addit ſuper ens reale,niſi ordinem ad intellectũ. Dr.n.uerum id,ꝙ ex ſui nã eſt manifeſtatiuũ ſui,cuicunq; intellectui potenti cognoſcere ipſum,ſed ens reale conſideratur à metaph.ut probatum eſt in.1.lib.in.q.de ſubiecto huius ſcientiæ ergo &c.

Secunda,ueritas repñtatiuę non concluditur à metap. probatur.Talis ueritas dr̃ de actu intelligẽdi complexo,q̃ eſt ſcd̃a operatio itellectus,& de propõne,ſed tã actus itelligẽdi,q̃ propoſitio formata,ſunt entia realia,cũ ſint effectiuę ab intellectu,& ſubiuę i eodem. Oẽ aũt ens reale in quãtũ ens reale,eſt de conſideratione metap.qm̃ continetur ſua obo ſuo.Tu tamen aduerte,ꝙ quo ad rõnes proprias conſiderari debet in lib.de anima,qm̃ eiuſdẽ eſt cõſiderare potentiam animæ,& propriam eius operationem.

Tertia.ueritas formalr̃,quæ proprie eſt in itellectu enũciatiuo excluditur à metaph.probatur. Talis ueritas quã phs appellat ens uerum & Commen. ens ueridicans, eſt ens diminutum & contractum ad ens logicum, quod eſt ens rationis,quod proprie conuenit ſecundis intentionibus,conſiderare autem ens rationis, & ſecundas intentiones ad logicum,& non ad metaph.ſpectat.cum metaph. ſit digniſſima & realiſſima ſcientia ergo &c.

Quantũ ad quartum aduerte ꝙ argumenta quę communiter fiunt contra hãc determinationẽ,procedũt de ueritate fundamẽtali,ſicut eſt illud, qđ eſt commune cuilibet enti,eſt de conſideratione metaph.ſed eſſe uerũ, eſt cõe cuilibet enti,qm̃ omne ens eſt intelligibile,ergo &c. Præterea.uerum conuertitur cum ente. ergo ſi uerum excluditur à metaph.& ens,ꝙ eſt falſum.Præterea.metaph.eſt ſcientia ueritatis,ex.2.lib.ergo eſt conſideratiua de ueritate.Præterea hæc ſcientia uerſatur circa prima principia & primas cauſas,quas neceſſe eſt eſſe ueriſſimas,ergo &c.Patet,aũt,ꝙ hæc & his ſimilia,concludunt de ueritate fundamentali, nã ueritas cõplexa quæ ſola excluditur à metaph.non eſt cõis cuilibet enti, quædam.n.intelliguntur ſimplici intelligentia, nec conuertitur cum ente, cum ſit

ens rõnis,& metaphyſica nõ dr̃ ſcia ueritatis, niſi quia eſt ſpeculatiua,&uerſatur circa maxime intelligibilia,q̃ ut ſic dñr uerifſima fundamentalr̃. Hęc de pñti q̃ſito dicta ſint.

Expliciunt.q. Fr.Chryſ. Iauelli Canap. ord.præd. philoſophiæ et ſacræ Theologiæ profeſſoris. ſuper li.6.metaph.

Incipiunt qõnes eiuſdem ſuper librum 7.

In hoc lib.7.pertractanda ſunt dubia infraſcripta, & quantum poterimus innitemur textui.

1 *Si inhærentia eſt de eſſentia accidentis.*

2 *Si accidentia in abſtracto ſunt entia uel non.*

3 *Si ſubſtantia eſt prior tempore accidente & diffinitione & natura & cognitione.*

4 *Si forma eſt prior & magis ens quàm materia et quàm compoſitum.*

5 *Si materia eſt ens,quod eſt ſubſtantia. ita tamen quòd eſt ens, quod eſt pura potentia.*

6 *Si ſola prædicata eſſentialia conſtituunt quodquideſt ſubſtantiæ compoſitæ.ita quòd excludantur omnia prædicata accidentalia,tam propria, quàm communia.*

7 *Si dicendo naſus ſimus committitur nugatio.*

8 *Si quodquideſt,eſt idem cum eo cuius eſt.*

9 *Si materia eſt pars quidditatis ſubſtantiæ compoſitæ.*

10 *Si genita ex putrefactione,poſſunt dici genita à caſu.*

11 *Si omnia producta cum ſemine,poſſunt produci ſine ſemine, & ſi producta ſine ſemine ſunt eiuſdem ſpeciei cum productis ex ſemine.*

12 *Si unumquodque generatur à ſuo ſimili.*

13 *Si forma generanda præexiſtit in materia, uel aliqua pars eius. ut cooperetur agenti extrinſeco ad productionem eius.*

14 *Si agens naturale ſolum diſponit materiam, & agens ſeparatum producit formam, uel ſi ad utrunque ſufficit agens naturale.*

15 *Si omnis diffinitio habet partes, quæ correſpondeant partibus diffiniti.*

16 *Si ſingulare eſt diffinibile, & per ſe intelligibile.*

17 *Si ſolis ſubſtantijs ſeparatis. quodquideſt identificatur ei, cuius eſt.*

18 *Si ex genere & differentia, fit unum per ſe.*

19 *Si in aiali plurificātur formæ ſecundū partes organicas.*

20 *Si totum diſtinguitur à partibus ſimul ſumptis.*

QVAESTIO PRIMA.

SI INHAERENTIA EST DE ESSENTIA ACCIDENTIS.

ALIA VERO DICVNTVR ENTIA, EO quòd totaliter entis. Textu 2.

IN hac.q.ſic procedemus. Primo præponentur quædam diſtinctiones. Secūdo tractabuntur tres opiniones famoſæ, & rationabiliter. Tertio ſuſtentabitur. & ſecundum illam determinabimus quæſitum.

Quantum ad primum aduerte tres diſtinctiones. Prima eſt. Cum inhærentia ſit formal'r reſpectus, hic reſpectus eſt duplex. ſ. actualis & aptitudinalis. Actualis eſt, qui ꝯſurgit ex eo ꝙ accñs actu receptus eſt in ſubiecto. & durat quandiu remanet accñs in ſubiecto. Aptitudinalis eſt qui ex nā accñtis conuenit accñti, poſito per poſſe uel impoſſe, ꝙ non eſſet actu in ſubiecto, nam ſi daretur albedo ſeparata, adhuc ex nā

ſua reſpicit ſubiectum. & in hoc diſtinguitur aptitudina-lis ab actuali, quoniam aptitudinalis ſemper uerificatur de accidenti, ſiue actu inſit ſubiecto, ſiue non, nam actu eſ ſe, ſupponit aptitudinem. Actualis autem nõ uerificatur, niſi accidens actu inſit.

Secunda eſt. Aliquid poteſt eſſe de eſſentia alicuius du-pliciter primo qa eſt idem eſſentialr̃ cum eo, non tamẽ eſt de ſuo conceptu quidditatiuo, ſicut ue℞, & bonum, et alia tranſcendentia ſunt idem eſſentialiter cum ente, ſed non ſunt de ratione formali ipſius, cũ ſe habeant ad ipm̃, ſicut proprie paſſiones, ut declarauimus in 4. lib. 2. quia eſt de conceptu quidditatiuo, non ſicut additum. ſed qd' eſt idẽ re cũ eo, ſicut aial eſt de eſſentia hominis, hoc ſecundo ſen ſu. Dico non ſicut additum ut excludamus diffões per additamentum, nam licet ſubiectum ſit de conceptu qddi tatiuo accidentis, tamen nõ põt dici hoc, ſecũdo ſenſu, de eſſentia accidentis, quia non eſt idem re cum accidente.

Tertia eſt, aliud eſt pertractare hoc quæſitum ad men-tem p̃hi, & aliud ſm̃ ueritatem. nam ſm̃ p̃h. n pertractan-dum eſt, ut poteſt conuinci ex ſenſatis. & non aliter, ſm̃ ueritatem autem, ut habemus ex fide, cui non ſubeſt fal-ſum. & qm̃ ex ſenſatis non poteſt conuinci, ꝙ poſſit dari accidens ſine actuali inhærentia, ideo uel utraq; inhæren tia eſt de eſſentia accidentis in primo uel in ſecundo ſen-ſu, ſm̃ p̃hm, uel neutra. Quoniam autem ex fide tenemus actualem eſſe ſeparabilem, aptitudinalem autem inſepara bilem, ideo conſtat ſecundum ueritatem, actualem nõ eſ-ſe de eſſentia accidentis, nec primo nec ſecundo modo. de aptitudinali autem inueſtigandum eſt.

Quantum ad ſecundũ aduerte ꝙ circa hoc quæſitum ſunt tres opiniones. Prima eſt Ant. And. in lib. 7. q. 1. Iſtæ tenet duas ꝯclões, prima eſt, neutra inhærentia eſt de eſ-ſentia accidentis in ſecundo ſenſu & probat tripl̃r, primo, reſpectus nõ eſt de eſſentia in 2. ſenſu abſoluti, inhærentia eſt reſpectus, & accidens eſt quid abſolutũ, puta quãtitas, & qualitas, aliter nullum accidens diceret perfectionẽ for

maliter, ergo &c. 2. reſpectus non eſt de ratione formali ſui fundamenti: quoniam eſt poſterior eo, inhærentia eſt reſpectus, & fundatur ſuper naturam accidẽtis. ergo &c. 3. quia cum inhærentia ſit quid commune quantitati & qualitati, ſi eſt de ratione ſua formali, ergo eſt genus ad quantitatem & qualitatem, ex conſequenti quantitas & qualitas, non eſſent genera generaliſſima.

Et aduerte ꝙ Paulus Soncinas concordat in hoc cum Ant. And. ut uidebis in 7. lib. q. 1. & eſt ſua concluſio ſecũda, ꝗ dupliciter probat. Primo impoſſibile eſt aliquid concipi, abſq; his quæ ingrediuntur formalem conceptum eius, ſed accidens poteſt ꝯcipi abſq; inhærentia, ergo &c. Maior patet minor dupliciter probatur. Primo, quantitas eſt accidens & tamen conſideratur à mathematico per abſtractionem ab omni ſubiecto. ergo &c. Secundo, quia ante demonſtrationem habetur cõceptus paſſionis, nam diffinitio paſſionis eſt medium ſaltem in aliqua demonſtratione potiſſima, ut dicitur in 2. poſt. ſed tunc non habetur conceptus inhærentiæ paſſionis ad ſubiectum, quia hoc demonſtratur, ergo &c.

Secundo ſi inhærentia eſt de formali ratione albedinis & cuiuſlibet alterius accidentis, ergo omne accidens eſt formaliter reſpectiuũ. Sed hoc aperte eſt falſum, ergo &c. conſequentia patet quia illud eſt formaliter reſpectiuum, quod in ſua ratione formali includit reſpectum.

Verum quia intendo determinare oppoſitum, ſaltem quo ad inhærentiam aptitudinalem, ideo uolo ſoluere rationes Ant. And. & Pauli Soncinatis.

Ad primam Ant. And. dico, ꝗ, abſolutum eſt duplex. Quoddã eſt abſolutum oĩno, ita ꝙ non dicit reſpectũ ad terminum, nec ad ſubiectum. Quoddam eſt non omnino abſolutum, qm̃ & ſi non reſpicit terminum, reſpicit tamẽ ſubiectum in quo eſt, uel eſt aptum eſſe. Ad argm̃ ergo, nego maiorem de abſoluto ſecundo modo dicto, & qm̃ accidens eſt abſolutum ſecundo modo ideo, nihil concludit, & cum dicit ꝙ aliter nullum accidens diceret perfectio

nem formaliter, negatur, quoniam ad hoc quod aliquid dicat perfectionem formaliter, ſufficit eſſe abſolu. primo uel ſecundo modo.

Ad ſecundam dico, ꝙ maior non habet ueritatem, niſi de reſpectu ad terminum, inhęrentia autem dicit reſpectũ ad ſubm̃, & nego huiuſmodi reſpectum eſſe poſteriorem natura accidentis, quoniam & realiter eſt idem cum accidente, & eſt de ratione formali eiuſdem.

Ad tertiam, nego ꝯñtiam, qm̃ ad hoc ꝙ aliquid ſit genus, non ſufficit ꝙ ſit cõe his, de quibus dicitur & prædicetur in quid & uniuocæ, ſed ꝙ dicat determinatam naturam, puta ſubam, uel quantitatem, uel qualitatem, &c. Cõſtat autem ꝙ inhærentia in cõmuni non dicit determinatam naturam, quoniam inhærentia quantitatis eſt quantitas. & qualitatis eſt qualitas, &c. unde ſicut abſolutum quod prædicatur de ſuba & quantitate & qualitate, non eſt genus ad ea, cum ſint generaliſſima, ſic nec inhærẽtia.

Ad primam rationem Pauli Sonc. nego minorem ſi cõcipiatur ut accñs. Ad primam probationẽ dico, ꝙ mathematicus non abſtrahit niſi à ſubiecto ſenſibili, quod dicitur materia ſenſibilis, non autem à ſubiecto, ſiue materia intelligibili, ut patet in 8. metaph. in tex. 15. & hoc ſufficit mathematico, conſiderare. n. accidens ut reſpicit materiã ſenſibilem ſiue naturalem, ad phyſicum ſpectat. Ad ſecundam proba. nego ꝙ ante totalem & reſolutam demõſtrationem habeatur conceptus paſſionis ut eſt accidens, ad probationem nego ſolam diffinitionem paſſionis eſſe medium in demonſtratione aliqua potiſſima, nam ſm doctrinam b. Tho. in 2. poſter. neceſſe eſt demonſtrare diffinitionem paſſionis per diffinitionem ſubiecti, unde ultimate inhærentia paſſionis demonſtratur per diffinitionẽ ſubiecti, & non per diffõnem paſſionis, quare non eſt neceſſe eam ſimplr̃ præcognoſcere ante demonſtrationem.

Ad ſecundam, conceſſa ꝯñtia, nego falſitatem ꝯñtis. qm̃ licet accidens non includat reſpectum ad terminum, includit tamen reſpectum ad ſubiectum.

Secunda

Secũda opinio eſt Cõmentiſtarũ. & pcipue Ioã. Bacho. in 1. ſen. di. 28. q. 1. ar. 3. Iſti tenẽt, q ad mentẽ pñi utraq; aptitudo eſt idem cum accñte, & eſt de ſua rõne formali, ita q eſt formalis dña, qua diſtinguitur accñs à ſuba. Et quidem q ſit ut dña formalis ſic arguitur, pħs in pntis diſtinguit eſſentialr & formalr ſubam ab accñte, per nõ eſſe in ſubo. & eſſe in ſubo, ergo ſicut eſt de rõne formali ſube. nõ eſſe in ſubo, ſic eſt de rõne formali accñtis, eſſe in ſubo, qd' æquipollet cum inhærere ſubo. Qd' aũt ſit de eſſentia pmo mõ. arguitur ſic, ſi hęc inhęrẽtia eſt aliud ad accñte, aut eſt ſuba aut accñs, non ſuba, qa uanũ eſt dicere, accñs inhærere ſubæ per ſubam, ſi eſt accñs, cũ accñtis ſit inhærere, ergo illa inhærentia inhæret ſubo. & tunc qro de illa, uel eſt idẽ cum accñte, uel aliud, ſi idẽ, ergo eadem rõne prima inhærentia erat idẽ, ſi aliud, qro ut prius, & ſic uel ibitur in infinitũ, uel cõfitendũ eſt, q eſt idẽ cum accñte. ſcdo arguitur ſic, p inhęrentiã formalr accñs eſt ens. & nõ eſt alia rõ quare ſit ens. ſed p nullum extrinſecũ ab eſſentia rei res eſt ens formalr, licet. n. aliquid poſſit eſſe tale effectiue p extrinſecũ, non tñ formalr, ergo &c. Maior qdẽ eſt pħi in hoc 7. in tex. 2. alia quidem dñr entia, eo q totaliter entis. i. quia reſpiciunt ſubſtantiam ut ſubiectum.

Et qm̃ intendo determinare quæſitum, ſm tertiam opinionem, quæ ut uidebis quo ad inhærentiã aptitudinalẽ nõ diſcordat ab iſta ſcda, iõ uolo ſuſtinere ſupdictas rõnes adductas p ſcda opinione. Tu igitur aduerte q rõni fundatæ ſup pħm in pntis, q̃ arguitur, q inhærẽtia ſit de rõne formali accñtis, nec Ant. And. nec Paul. Sõc. rñdent. duas aũt probantes q ſit idẽ cum accñte conãtur ſoluere.

Ad pmũ dicit Ant. And. q inhærentia illa differens ab accñte utiq; inhæret, nõ qdem alia inhærentia, ſed eadem ſibi realr, quia eſt idẽ cum fundamento ſuo, qd' eſt prima inhærentia, & ſic nõ eſt pceſſus in infinitũ. ſed hæc ſolo nõ ualet, qa cũ utraq; inhærẽtia ſit rło, oportebit eũ pcedere, q rło fundatur in rłone, qd' eſt cõtra pħm in lib. 5. in ca. de ad aliqd, q in oĩ mõ relatiuorũ aſſignat aliqd' abſolu

tum ꝑ fundamento.& ipſemet Ant. And. illic idẽ tenuit.
Secundã rõnem aliter ſoluit Ant.And.& alr Paulus,nã Ant.And.ſic exponit dictum phi.Alia dñr entia,eo ꝙ talr entis.i.accñs eſt ens in eo qd' eſt talr entis.i.talis cauſæ & in tali ordine cauſandi.q.d.accñs eſt ens, quia cauſatur à ſuba,ex hoc aũt non hr,ꝙ ly ex eo ꝙ dicat rõnem, uel pn cipium formale.Sed hęc expõ nõ ualet.qm̃ mens phi eſt. ꝙ ſint entia,eo ꝙ accidũt enti ꝑ ſe,qd' eſt ſuba,& ſic exponit Cõmẽ.in cõmẽ.2. Accñtalitas ergo uel inhærentia eſt rõ formalis ꝙ ſint entia,& non qa cauſantur à ſubſtãtia.
Paul. aũt Sonc. dicit ꝙ ly eo ꝙ talr entis,non intellr in rõne principij formalis, ſed efficientis uel ſubiui, ſed hæc ſua expõ,contradicit expõni b.Tho.nã b.Tho.exponens dictũ tex.inquit,eo ꝙ ſunt talis entis.i.eo ꝙ hñt aliquam habitudinem ad ſubam,&c.ergo talis habitudo eſt rõ formalis,ꝙ ſint entia.Sed hmõi habitudo, eſt ipſa inhærentia uel accñtalitas,ut declarauit Cõmentator. Quare &c.
Tertia opinio eſt b.Tho.& Capreol.& Heruei. Iſti tenent ſm ueritatẽ ꝙ inhærentia actualis nec eſt idem cum accñte.nec eſt de ſua rõne formali, qm̃ tenẽt ꝙ diuina uirtute põt dari accñs,non actu inhærens ſubo,aptitudinalẽ aũt eſſe idẽ,& de rõne formali. unde b.Tho. in 4. ſen.di. 12.q.1.art.1.q̃ſtiuncula prima ad ſcdm ſic dicit.Diffõ ſbę eſt res hñs quidditatem,cui debetur eſſe non in alio,& ſilr eſſe in ſubo non eſt diffõ accñtis,ſed res cui debetur eſſe in alio.& hoc nunquam ſeparatur ab aliquo accñte, nec ſeparari põt,quia illi rei quæ eſt accñs,ſm rõnem ſuę quidditatis ſemper debetur eſſe in alio, hæc illæ, & aduerte ꝙ Capr.in 4.ſen.di.42.q.1. ad primum factũ contra 5.& 6. ꝯclonẽ,conuenit cum b.Tho.Herueus aũt in quolib.4.q. 9. quærens ſi accñs diuina uirtute põt retinere terminos ꝓpriæ eſſentiæ ſine ſubo determinans quæſitum circa finem,ſic inquit.Rationi illius de cuius rõne eſt hre habitudinem ad eſſe in ſubo,nõ repugnat eſſe in actu ſine ſubo. quia iſta duo nõ repugnant,ꝙ unum & idem nõ ſit actutale,& ſit aptitudine tale. Sed hoc uſ ſufficere ad rõnem

accñtis.ſ.ꝙ aptum natum ſit ineſſe &c.hæc illæ, ex quibꝰ oībus conſtat,ꝙ concedunt inhærentiam aptitudinalem eſſe de rõne formali accñtis. Quod negauerũt Ant.And. & Paul. Sonc. & qm̃ hanc tenemus eſſe mentem b. Tho. ideo determinamus quæſitũ ſm hanc tertiam opinionẽ. & licet b.Tho.& Herue.non adducant nouas rõnes, qm̃ in locis pallegatis ſunt rñdẽtes,tu tñ probare poteris rõnibus adductis ꝓ ſecunda opinione, quas ſuſtinuimus ꝯtra Ant.And.& Paulũ Sonc. Hæc de pñti quæſito dicta ſint.

Qõ.2.ſi accñtia in abſtracto ſunt entia,uel nõ entia. Vnde & utiq; dubitabit aliquis utrum uidere & ſanare & ſedere.unumquodq; eoꝝ ſit ens aut non ens. Tex.3.

IN hac.q.ſic procedemus. Primo declarabitur in quo differunt accidens in concreto & accidens in abſtracto.Secundo ponetur unica diſtinctio de ente.Tertio duæ concluſiones reſponſiuæ.

Huic rationi dat Iandu. in 2.lib.meta.in q.10. in fine duas rñſiones,quaꝶ prima eſt, ꝙ negat tam genus quam dr̄iam prædicari in recto de diffinito,& ſi inſtatur. Quia cōiter iſta prædicatio acceptatur,hō eſt animal,hō eſt rō‐nalis.Dicit ipſe,ꝙ iſta non acceptantur ex nā rei, ſed ex fa moſitate,quam introduxerunt,tenentes unitatem formæ in cōpoſito,unde ſicut cōſueuimus ſic dignamur dici. Et ſic ſm ipſum hæc eſt uera ex nā rei,hō eſt quid conſtās ex aīali & rōnali.Hęc aūt reputatur uera ex conſuetudine lo quentiū,hō eſt aīal,& hæc,hō eſt rōnalis.Dicit ſcđo,ꝙ ge nus pōt ſumi dupl̄r.Primo ut dicit formā generalem,quę eſt in potētia,& ordinatur ad aliā formam, puta formam ſpēi,& ſic eſt pars ſpēi & non ꝑdicatur in recto ſed in obli quo de ſpē.Idem intelligas de dr̄ia.Alio modo genus di‐cit cōpoſitum ex mā & forma ſpēi,& formis ꝑcedentibus formam ſpēi.& ſic dicit totam eſſentiam ſpeciei,et prædi‐catur in recto,ſicut dicunt tenentes unitatem formæ.

Sed neutra haꝶ rñſionum ualet. Nam prima eſt cōtra doctrinā pħi,qui in lib.5.in cap.de ſm ꝙ utitur tali ꝑtio‐ne in recto,& dicit,ꝙ eſt ꝑtio ſm ſe, & in primo modo ꝑ ſe,q̄ eſt ꝑtio quidditatiua & ex nā rei.Dicit.n. Alia uero q̄ in eo quod qd eſt exiſtunt quæcunq;,ut aīal Calias ſm ſe, nā in rōne ineſt aīal.Aīal.n.quoddam eſt Calias,ex qbus patet ꝙ ſi iſta eſt qdditatiua,Calias eſt animal, & hæc eſt quidditatiua homo eſt animal, qm̄ Calias eſt homo.

Secunda autem reſponſio,contradicit ipſi Iandu.quo‐niam ſi in 2.ſenſu dicit totum & prædicatur in recto, con cordat nobiſcum & contradicit ſibijpſi.

Quare ut inconſtans relinquendus eſt. Hæc pro præ‐ſenti quæſito dicta ſint.Reliqua dicemus in lib.8.

Qō.16.Si ſingulare eſt diffinibile & ꝑ ſe itelligibile.

Horum autem non eſt diffinitio, ſed cum intelligen‐tia &c. Vſque ibi ſed ſemper dicuntur & co‐gnoſcuntur uniuerſalis ratione.Tex.35.

CIRCA tex. præpoſitum aduerte ꝙ intentio p̄hi eſt declarare, ꝙ non datur diff̄o niſi de vl̄i, ſingularia uero non diffiniuntur, ſed cognoſcuntur ſenſu exteriori, ſi ſunt ſenſibilia, uel imaginatiua, ſi ſunt mathematica, ſi aūt dicantur intelligi, hoc erit quia continentur in ſuo ul̄i, nam ſi intelligo hoīem, intelligo implicite ſortem, eandem ſn̄iam tenent p̄hs & Cōmen. infra in tex. 53. ubi tenent contra Platonem, nullum ſingulare, nec ideam poſſe diffiniri. Vt igr̄ ſciamus quid ueritatis continet ſn̄ia, p̄hi in hac. q. duo uentilanda ſunt. Primo ſi ſingulare pōt diffiniri. Secundo ſi eſt per ſe intelligibile.

Quantum ad ꝑmū aduerte, ꝙ ſatis conſtant ſingulare corruptibile, nō poſſe ꝓprie diffiniri, q̄m q̄d p̄t diffiniri de eo pōt eſſe demonſtratio, cum diff̄o ſit mediū i demōſtratione. Sed ex. 1. poſte. nō eſt demonſtratio de corruptibilibus, ergo &c. Præterea inquit Cōmen. in hoc. 7. in cōmē. 53. Cum diff̄o ſit permanentiū. i. q̄ non poſſunt al̄r ſe h̄re, neceſſe eſſet ſingulare corruptibile fieri & eſſe incorruptibile. Hoc aūt eſt impoſ̄e, ut patet ergo &c. Magis aūt dubitatur de ſingulari incorruptibili, q̄m rō aſſignata de ſingulari corruptibili, non habet locū hic, & ideo pono hāc conc̄lonem, ſingulare ēt ꝙ eſſet incorruptibile, nō pōt diffiniri, nā talis diff̄o aut conſtabit unico noīe, aut pluribus, nō unico, q̄m iā ꝓbatū eſt ſup̄, ꝙ neceſſe eſt diff̄onem h̄re partes, ergo pluribus nominibus, ſi plurib⁹, aut illa ſunt cōia, et hoc nō, q̄a diff̄o non conueniret ſoli diffinito, aut ſingularia ſiue propria, & hoc nō, quia eſſent ſicut ſinonima, q̄ non ſufficienter notificant nām diffiniti, aut unū eſſet cōe & alterum propriū, & hoc non, quia cum ſp̄es ſp̄aliſſima nō diuidatur per differentias, illud propriū eſſet acc̄ns indiuiduale, ſed p̄ta accidentalia ſiue cōia ſiue propria nō ingrediuntur diffinitionem, ſed tantum quidditatiua ut dictum eſt ſupra, ergo &c.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ multam difficultatē ꝑtinet, propter uarietatem opinionū, & diuerſimodę exponūtur à diuerſis dicta. b. Tho. Tū tn̄ ut te reſoluas ſic

procedes. Primo inueſtigandum eſt, quõ intelligibilitas couenit ſingulari ex ſui natura, & hoc eſt loqui metaphyſicæ ſiue rõne ſuę entitatis. Secundo quõ intelligibilitas ei conuenit de facto reſpectu intellectus noſtri pro hac uita & hoc eſt loqui phyſi. uel ut dicunt alij animaſticæ. i. conſiderata conditione intellectus coniuncti.

Ad euidentiam primi, ꝓpono aliquas diſtinctiones, deinde aliquas concluſiones reſponſiuas.

Prima diſtinctio ſingulare ſumitur dupliciter. Primo ut ſingulare precisę. Scdo ut ſingulare materiale. et aduerte, quod ſingulare mãle, comparatur ad ſingulare, ut ſpecies ad genus. Prædicatur. n. ſingulare de ſingulari materiali, & immateriali. Et ſingulare materiale de hoc & de illo ſingulari materiali. Idem intellige de ſingulari immateriali.

Scda diſtinctio per ſe intelligibile, ſumitur dupliciter. Primo ut idem eſt quod ex ſe, ſiue ex natura ſua eſt intelligibile. Secundo ut idẽ eſt qđ quocunq; alio remoto vel nõ mediãte alio. & ut ſic eſt idẽ qđ ꝑmo. Iſti duo modi non conuertuntur. Nã accñs eſt per ſe intelligibile iuxta ꝑmum modum, ſed nõ iuxta ſcdm, qm̃ ut diximus ſupra, ſubſtã eſt prior accidente cognitione. Ex his diſtinctionibus ponuntur & probantur tres concluſiones.

Prima ꝯclo, ſingulare ut ſingulare, ẽ itelligibile ꝑ ſe. i. ex nã ſua, ꝓbatur ſingulare ut ſingulare, eſt ens ꝑ ſe, ergo eſt intelligibile per ſe, ꝯña patet, qm̃ unumquodq; intantum eſt intelligibile inquantum eſt ens, cum ens ſit obiectum intellectus, ergo quod eſt ens per ſe, eſt intelligibile per ſe. Añs aũt probatur, qm̃ ſingulare includit entitatem omnium ſuperiorum in linea prædicamentali. & non addit niſi proprietatem ĩdiuidualem. Sed ex hoc nõ fit unũ per accidens, aliter dum dico homo riſibilis eſſet unum ꝑ accidens, quod patet eſſe falſum, cum ſit quod demonſtrabile, ergo &c. Præterea ſi ſingulari ut ſingulare repugnaret eſſe per ſe intelligibile, ergo intelligentia non ſe ipſam per ſe, nec Deus ſeipſum per ſe intelligeret, quæ om-

a ſunt abſurda.

Secunda ɔclo,ſingulare ut materiale, in neutro modo diſtinctionis date eſt per ſe intelligibile,probatur,unumquodque intm̃ eſt intelligibile inquantum eſt aut fit immateriale. Hac.n.de cauſa ponitur ab Ariſtot.intellectus agẽs ut denudet quidditatẽ materialem à ɔditionibus materialibus,al'r nõ eſſet intelligibilis actu. Sed ſingulare ut materiale,nullo modo eſt nec fit immateriale, non.n.abſtrahit à materia communi,cum illa ſit de rõne ſubſtãtiæ materialis,ut diximus ſupra,nec à mã indiuidualis, cum ſit ɔſtitutiua indiuidui mãlis,ut diximus ſupra, ergo &c.

Tertia ɔclo,ſingulare ut ſingulare,non eſt intelligibile per ſe.i.primo, ſiue non mediante alio prius intellecto.

Antequam probetur aduerte, ꝙ eſt cõtra Scotum & Ant. And.eſt quidem contra,ſi ſumatur,ly primo,reſpectu ſpeciei intelligibilis quo ad repræſentatiuitatem,uult.n. Scotus & Ant.And.& Gregor.ꝙ ſit primo repræſentatiua ſingularis,q̃a ſumitur à phantaſmate ſingulari. Sed b.Tho. uult ipſam eſſe primo repræſentatiuam naturæ uniuerſalis,ſecundario autem ſingularis, probatur igitur concluſio ſic,illud eſt primo intelligibile ab intellectu, quo primo diſtinguitur intellectus à ſenſu,qm̃ diſtinguũtur,potentiæ per obiecta propria, ſed in hoc diſtinguitur in uia pħi intellectus à ſenſu,ꝙ ſenſus primo appræhendit ſingulare, ergo intellectus non eſt aptus primo intelligere ſingulare ſed uniuerſale. Preterea ſi ſingulare eſt ꝑmo intelligibile ab intellectu, ergo ſpẽs ſenſibilis poſſet actuare intellectum, cum ſit natural'r repræſentatiua ſingularis, hoc aũt falſum eſt, qm̃ non eſſet neceſſe ponere intellectũ agentẽ.Non igr̃ ſingulare ut ſingulare eſt ꝑmo intelligibile ab intellu,ſed ꝑmo ſenſibile. Et aduerte ꝙ apud nos, idem eſt ſingulare eſſe primo intelligibile, & eſſe intelligibile propria ſpecie primo repræſentatiua ſingularis.

Ad euidentiam ſecundi, præponitur diſtinctio de cognitione. Deinde quędam concluſiones reſponſiuæ, poſtremo ſoluentur quædam argumenta.

Diſtinctio ẽ hæc, Cognitio ẽ duplex.ſ. Directa & reflexa directa ẽ, q̃ terminatur p̄mo ad aliq̃d obiectũ ſua ſpẽ rep=ſentatũ, ut quãdo uideo albedinẽ p ſpẽm ꝓpriã albedinis. et intelligo lapidem per ſpeciem lapidis. Reflexa eſt ut quã do intelligo aliquid uel uideo in aliquo prius cognito ut quando uideo directe imaginem in ſpeculo, & reflexe per talem imaginem uideo faciem meam uel alterius.

Ex hac diſtinctione ponuntur duæ cõcluſiones rñſiuę.

Prima concluſio, ſingulare præcipuę materiale, non po teſt cognoſci ab intellectu coniuncto directe, ſed ſolum re flexe, probatur. ſingulare materiale nõ põt abſtrahi à ma teria indiuiduali, quę directe repugnat itelligibilitati, qm̃ cum intellectus ſit imateriali, non fertur directe niſi i im=materiale uel factũ immateriale, ergo nõ põt directe attin gi ab intellectu cõiuncto. Dixi autem præcipuę materiale, quoniam de immateriali ſecus eſt, nam cum ſit abſtra=ctum ab omni materia, nihil ſibi ineſt, quod repugnet in=telligibilitati.

Secunda concluſio ſingulare mãle cognoſcitur ab intel lectu reflexe, à ſenſu aũt directe, & quidem ꝙ à ſenſu co=gnoſcatur directe patet, qm̃ cognoſcitur per ſpeciem ſenſi bilẽ cauſatam in ſenſu à ſingulari materiali, q̃ reprę ſentat obiectum ut hic & nunc, ex conſequenti ut exiſtens, ergo directe, quomodo autem & quo ordine cognoſcatur ab intellectu reflexe, aduerte, ꝙ in doctrina b. Tho. hæc ſe ha bent per ordinem. Intellectus per ſpeciem intelligibilẽ re=præſentatiuã primo naturæ uĩs, directe intelligit naturã vlẽm ut ſuum propriũ obiectum. Deinde reddit ad cogno ſcendum actũ ſuũ itelligẽdi, & aduertit ꝙ hic actus cauſa tus eſt à ſpecie intelligibili ſimul cũ ipſo itellectu. Deinde reddit ad cognoſcendũ ſpeciem intelligibilem. & aduertit illã fuiſſe extractam à phantaſmate. Deinde reddit ad cõſi ſiderandum phantaſma, & aduertit fuiſſe cauſatũ à ſingu lari & repræſentatiuum eiuſdẽ. Tunc cognoſcit in hoc ul timo gradu reflexionis ſubſtantiam ſingularem concurrẽ te etiam cogitatiua, quę dicitur ratio particularis, eo ꝙ ſub

ſtantiam particularẽ appræhendit. Hæc eſt mens b. Tho. in q̃ſtionibus de ueritate. q. 2. art. 10. aqua diſſentit Ant. And. in 7. in q. 13. Sed ratio ſua non ualet, ſupponit. n. fal ſum. ſ. ꝙ ſingulare poſſit obijci intellectui ſine conditionibus indiuiduantibus, quæ ſunt differentia temporis, & ſitus, & figuræ. Id nos nõ admittimus, ideo ratio ſua nulla eſt. Aduerte etiam, ꝙ & ipſæ in tertia ſua concluſione ponit ſingulare ſignatum cognoſci reflexe, ſed non ad ſenſum noſtrum. Tenet enim indiuiduum uagum primo cognoſci per ſpeciem intelligibilem, ſecundo cognoſci naturam ſpecificam, tertio per reflexionem ad indiuiduum uagum cognoſci indiuiduum ſignatum. Sed hũc ordinẽ nos non admittimus, ut patet ſupra. Quia primũ cognitum per ſpeciem intelligibilem eſt natura communis primo repræſentata per ipſam ſpeciem, ideo ſuã concluſionem in ſuo ſenſu non acceptabis, nec ſimilitudo quam adducit eſt ualida, licet. n. natura non intendat ꝓducere uẽ, q̃n actio eſt ad eſſe huius entis, tñ ſpecies intelligibilis poteſt primo rẽpſentare uniuerſale, ut deputata à conditionibus materialibus & indiuiduantibus.

Vltimo loco ſoluenda ſunt quædam argumenta, quibus probant aliq̃ñ etiam ex fundamentis b. Tho. intellectum directe intelligere ſingularia.

Primo igitur ſic arguunt ſm doctrinam b. Tho. intellectus antequam intelligat uniuerſale, neceſſario conuertit ſe ad phantaſmata, quæ ſunt ſingularia & repræſentatiua ſingularium. Sed hæc conuerſio non eſt aliud q̃ intuitus ſiue intellectio phantaſmatum, ergo non prius intelligit uniuerſale ſed ſingulare, ergo directe intelligit ipſum.

Ad hoc reſpondetur ſecundum doctrinam b. Tho. negatur minor, quoniam intellectum conuerti ad phantaſmata, non eſt niſi accipere ſpẽm à phantaſmate, in qua ſpecie directe intuetur uẽ, reflexe autem ſingulare.

Secundo ſic, neceſſe eſt intelligentẽ phantaſmata ſpeculari, ex. 3. de anima, ſed ſpeculari non eſt niſi intelligere, ergo cũ phantaſmata ſint ſingularia & repræſentatiua ſin-

gularium.intelligẽs neceſſario intelligit ſingularia, ergo directe,quoniam intellectio reflexa non eſt neceſſaria.

Ad hoc negatur minor,nam ſpeculari communiter attribuit imaginatiue,& cogitatiue,& intellectui,unde quādo dicit p̄hs intelligentem neceſſe eſt &c. intendit ꝙ ſi homo debet intelligere, neceſſe eſt ut ſpeculetur .i. imagineтur,uel phantaſietur,phantaſmata,à quibus accipiat ſpeciem intelligibilem ut principium intelligendi,& aduerte ꝙ non dicit p̄hs neceſſe eſt intellectum, ſed intelligētem, qui eſt homo,phantaſmata ſpeculari.

Tertio, formare ſyllogiſmum expoſitorium eſt actus ītellectus,diſcurrere enim uidetur eſſe ſolius rationis, ſed medium in tali ſyllogiſmo eſt ſingulare,ergo prius & directe intelligit ſingulare, cum ex ſingulati medio concludat uniuerſale.

Ad hoc dicitur ꝙ cum cogitatiua ſit propinquiſſima intellectui,intantum ꝙ dicitur ratio particularis,non inconuenit illam formare ſyllogiſmum expoſitorium, unde dico ꝙ cogitatiua format maiorem & minorem ſyllogiſmi expoſitorij,intellectus autem iam adiutus cogitatiua,facit conclusionem,ex conſequenti argumentum non concludit aliud, niſi ꝙ formans ſyllogiſmum expoſitorium cognoſcit directe ſingulare, hic autem formans nō eſt intellectus,ſed ratio particularis.

Quarto,intellectus per inductionem procedit à ſingularibus ad uſe,ergo prius & directe cognoſcit ſingulare.

Ad hoc dicitur, ꝙ intellectus per ſe ſolum non facit inductionem,ſed ut diximus adiutus cogitatiua,quæ numerat ſingularia ut conuenientia in aliquo prædicato, ideo nihil concludit.

Quinto, intellectus cognoſcit hāc propoſitionem eſſe ueram,Sortes eſt homo,ergo cognoſcit Sortem & hominē,quæ ſunt extrema,ergo ſingulare, ſicut & uniuerſale.

Ad hoc dicitur,admiſſō ꝙ hāc propoſitionē cognoſcat & extrema, non eſt neceſſe ꝙ utrunq; extremum cognoſcatur directe,& poſito ꝙ cognoſcatur directe,nō ē neceſ-

ſe,ab eadem potentia,unde poteſt dici ꝙ Sortes directe cognoſcitur à cogitatiua,& homo ab intellectu.

Sexto,ſenſus directe cognoſcit ſingulare,ergo & intellectus, probatur conſequentia, quoniam quicquid poteſt uirtus inferior,poteſt uirtus ſuperior.

Ad hoc negatur conſequentia, ad probationem, dico quod quicquid poteſt uirtus inferior, poteſt uirtus ſuperior. ſed non eodem modo,unde ibi eſt fallacia,quoniam mutatur quid in quale.

Septimo,intellectus ponit differentiam inter ſingulare & uniuerſale,ergo cognoſcit utrunq; directe.

Ad hoc negatur conſequentia, ſufficit enim ad cognoſcendam talem differentiam, quod utrunq; cognoſcatur ab intellectu, ſed non eſt neceſſe ꝙ eodem modo, poteſt dici,ꝙ cognoſcit talem differentiam,quia cogitatiua cognoſcit ſingulare,& intellectus ule.nec eſt neceſſe potentiam cognoſcentem differẽtiam inter duo extrema cognoſcere illa duo extrema,niſi quando non ſunt apta cognoſci,niſi cognitione uni⁹ generis,puta ſola cognitione ſenſitiua,ut hoc album, & hoc nigrum, uel ſola cognitione intellectiua, ut duæ ſpecies ſpecialiſſime & qm̃ ſingulare eſt aptum cognoſci à cogitatiua:& uniuerſale ab intellectu,& cogitatiua habet continuitatem & maximam propinquitatem cum intellectu, ideo poteſt intellectus ponere differentiam inter ule & ſingulare, dato ꝙ non intelligeretur niſi à cogitatiua, & propter hoc non infringitur ratio ph̃i in 3.de anima, qua uenatur,ſenſum cõmunem, fundata ſuper hoc principium, neceſſe eſt potentiam cognoſcentem dr̃iam duoꝝ extremoꝝ eſſe unam, & utrũq; cognoſcere.Hoc inquam principium intelligitur,quando utrunq; extremum eſt aptum intelligi cognitione unius rationis,puta utrunq; ſenſitiua, uel utrunq; intellectiua. & non aliter. Hæc de præſenti q̃ſito dicta ſint.

Qõ.17.Si in ſolis ſubſtantijs ſeperatis quodquid eſt, eſt idem cum eo cuius eſt.

Et quodquiderat eſſe, & unumquodque in quibuſdam idem ut in primis ſubſtantijs (& infra) omnia autem quæ ſunt ſicut materia, aut ſicut congregata ex materia, non ſunt idem, neque ſecundum accidens unum & Sor.& muſicum. Textũ 41.

CIRCA hanc.q. antequam deueniamus ad deciſionem aduerte, ꝙ phs in hoc 7.in tex.20.determinauit abſolute, ꝙ in omni ſubſtantia quæ eſt ens per ſe, ſunt idem quodquideſt & id cuius eſt, & ſolum excepit ea quæ ſunt unum per accñs. Hic autem quaſi ſe corrigens, excipit ſubſtantias compoſitas, de quaꝝ diffinitione eſt materia. & excipit ens per accñs, & uult ꝙ in ſimplicibus ut in ſeparatis ſint idem, in alijs aũt non. Vt igitur reſoluamus propoſitum ẜm doctrinam b.Tho, ſic procedemus. Primo ponitur hæc concluſio. In ſolo primo principio.i.in Deo ſunt omnino idẽ quodquideſt, & id cuius eſt. Secundo declarabitur in quo ſenſu tam ſubſtantiæ ſeparate quam materiales, non ſunt idem cum ſuo quodquideſt. Tertio ſoluentur quædam argumenta opinantium, quòd abſolute omnis ſubſtantia ſiue materialis ſiue immaterialis eſt idem cum ſuo quodquideſt.

Concluſio quidẽ propoſita ſic manifeſtatur, ſubſtantia cõpoſita ſpecifica puta homo licet non explicite includat hanc mãm & hanc formam & alia accñtia indiuidualia, tñ non excludit ea, quia cum in homine includantur implicite Sortes & Plato, ẽt includuntur & continentur implicite principia indiuidualia. In quodquideſt aũt ſubſtãtiæ compoſitæ, continentur ſolum pdicata p ſe primo modo.ſ.mã & forma in cõi, & excludit omnia alia prædicata, ẽt prædicata ſecundi modi per ſe, ut dixit ſupra phs. ergo quodquideſt ſubſtantiæ compoſitæ ſpecificæ & id cuius eſt, non ſunt idem, cũ quodquideſt præſcindat omnia prædicata indiuidualia. & id cuius eſt, non præſcindat illa: Ex quo patet, ꝙ ſolum quo ad prædicata quidditatiua

ſunt idem. ſubſtantiæ uero ſeparate præter primam, licet non includant hanc mãm, quia non indiuiduantur per mãm, tñ includunt exiſtentiam implicite, quę eſt extra rationem formalem ipſaꝝ, & includunt ſuas ꝓprietates. & proprias actiones, quæ ſunt accñtia, qm̃ in ſolo Deo proprietates & actio ſunt ſubſtantia ſua. Quodquideſt uero eaꝝ, includit ſola prædicata quidditatiua, & omnia alia præſcindit. ſ. exiſtentiam proprietates, & actiones, ergo non ſunt idem, cum id cuius eſt, magis includat q̃ ipſum quodquideſt, in ſolo autem Deo nihil eſt quod non ſit eſſentia ſua, ibi. n. eſſe eſt ſua eſſentia, & proprietates, & actio eſt ſua ſubſtantia, nullum ergo prędicatum extraneũ includit id quod eſt Deus, ſed tantum prædicata quidditatiua, quæ ſola etiam includũtur in ſuo quodquideſt, ergo in ſolo Deo penitus ſunt idem. Et aduerte q, hæc ꝯclo ſupponit quod de mente phi, cæteræ ſubſtantiæ ſeparatæ nõ ſint purus actus, nec infinitę uirtutis. nec actio ſua ſit ſba, quæ an ſint de mente ſua, diſputabitur in lib. 12.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ aliqua dñr differre & non eſſe idẽ duobus modis. Primo quia ſunt diſtinctæ naturæ, ita quod unum non includit aliud, & ſic differunt duæ ſpecies, duo indiuidua, tam in gñe ſubſtantiæ, quam in gñe accñtium. Secundo, quia licet ſint quidditatiuæ, ſiue quo ad eſſentialia intrinſeca, una res, tñ quia unum, cõnotat aliquid reale & extraneum, qđ non connotat aliud, uel quia unum præſcindit à quolibet extraneo, à quo non præſcindit aliud, ideo dñr differre, ſicut Sortes, & Sortes albus, licet. n. ſint eſſentialiter idem, non tñ ex connotato ſiue ex prædicato extraneo. Sortes ei ut Sortes non cõnotat album, ſicut connotat Sortes albus. In propoſito dico, ꝙ in abſtractis citra primum & in ſubſtantijs materialibus. Quodquideſt & id cuius eſt, non differunt primo modo. Nam homo eſt eſſentialiter idem cũ animali irrationali. Sed differunt ſecundo modo, qm̃ homo connotat implicite aliqua, quæ ſunt extranea à ſua quidditate, ut eſſe & accidentia, ſiue propria, ſiue communia, & omnino præ-

ſcinduntur à ſua qdditate,& ſi bñ aduertes, uidebis ꝙ ex hac diſtõne ſoluūť pœnę oïa argumēta tenētiū oppoſitū.

Quantum ad tertiū aduerte, ꝙ tenentes contra determinationē factā,arguunt multiplr,& primo ſic, ſi in oib⁹ hñtibus qđquideſt nõ eſt idem cum eo cuius eſt,ergo falſum eſt,qđ dicit pħs in 7.metaph.ſ.qđ ſingulum non eſt aliud à ſui ſubſtātia.i.à ſua qdditate, ſiue ſuo qđquideſt.

Ad hoc patet qd dicendū ſit,ex his q̃ diximus in principio qõnis,nam in tex.20.qui eſt tex.allega. ab arguente, determinauit abſolute & in gñe.Sed infra in tex.41.conſiderãs nām ſubæ cõpoſitæ,& nām ſubæ abſtractæ,excepit ſubas compoſitas,ideo nulla eſt cõtradictio in dictis pħi.

Scđo ſic,ſi in aliquo ente ꝑ ſe, nõ eſt idē quodqdeſt cū eo cuius eſt,illud nõ poſſet eſſe formalr ſcitū,neqꝫ ens, qđ eſt manifeſte falſum, qm̃ tūc de nulla ſuba cõpoſita hřemus ſciam,nec eſſet ens.Cõſequētia aūt ꝓbatur, qm̃ unūqđqꝫ eſt ſcitū & eſt ens ꝑ intrinſecū ſibi, & hoc eſt ſuū qđ qdeſt,ergo nõ eſt extrinſecū nec diſtinctū ab eo cuius eſt.

Tertio ſi ſic,ergo idē eſſet ſeipm̃ & nõ ſeipm̃, qđ implicat,ꝯñtia ꝓbatur,qa unūquodqꝫ eſt bonum per nām ſiue quidditatē boni,ſicut hõ eſt hõ per humanitatē.Sed ſi nā boni,ſiue qdditas eſt ſeparata,iam nõ eſt illud,ergo &c.

Quarto,quia eſſet proceſſus in infinitum.Quęretur.n. de illo quodquideſt ſeparato, utrum habeat quodquideſt uel non,& tenet argumentum ſi ponitur alia res.

Ad hæc tria ſimul rñdetur,ꝙ fundantur in falſa imaginatione.Opinatur.n.arguens,ꝙ teneamus in ſubĳs compoſitis quodquideſt diſtingui ab eo cui⁹ eſt, iuxta primū ſeuſum diſtõnis poſitæ in.q.quod nos nõ dicimus, ſic.n. eſſet incidere in opinionē Plato ꝯtra quā militant dicta argumenta,& uirtualr ſunt rõnes pħi diſputātis ꝯtra Plato. Sed nos dicimus ea diſtingui,qa licet quo ad p̃ta ꝑ ſe primi modi ſint idē, non tñ quo ad p̃ta ſecūdi modi & alia accñtalia.& quo ad eſſe, qm̃ hæc præſcinduntur à quodquideſt,ſed non ab eo cuius eſt,ut declarauimus ſupra.

Quinto ſi ſic eſt,hoc iõ eſt,qa id cuius eſt icludit tē,qđ

non includitur in ſuo quodqdeſt, hoc aũt eſt falſum, ꝯña patet,qa eſt rõ ſic tenẽtiũ,falſitas aũt ꝯñtis ꝓbatur. Quia poſſumus loqui & diſputare de roſa & de alijs cõcretis.& ſilr de quolibet ſuppoſito angelico & mãli,ignorãdo utrũ ſint,& p ꝯñs ſub indñia ad eſſe & ad non eſſe,ergo nec cõcretũ,nec ſuppoſitum angelicum,nec mãle includit eſſe.

Ad hoc dr̃, q. arguens imaginatur nos tenere,ꝙ eſſe includatur in rõne,ſiue in cõceptu cõcreti,aut ſuppoſiti immãlis uel mãlis,& excludi à quodquideſt. Id nos non tenemus.Sed dicimus,ꝙ licet non includat eſſe explicite,includit tñ implicite,inquantum ſigñat ut hñs,& ut totum, excluditur aũt explicite & implicite à quodquideſt,qm̃ cõſtat ex ſolis ꝑtis quidditatiuis, excludens quodcũq; extraneum,& qm̃ in uia noſtra i quolibet circa primã cauſam, eſſe eſt extraneum & diſtinctũ à quidditate,ideo oĩno excluditur à quodquideſt. Hæc de præſenti q̃ſito dicta ſint.

Qõ.18.Si ex genere & differentia fit unum per ſe.

Propter quod quidem unum eſt, cuius rationẽ diffinitionem eſſe dicimus. Tex.42.

CIRCA hãc.q.anteq̃ deueniamus ad deciſionem, aduerte,ꝙ pħs in tex.pñti intendit declarare, quõ diffõ ſigñat unum p ſe,cum cõſtet ex gñe & dña, quæ uñr ſigñare plura, unde ſicut ex ſubo & accñte non conſtituitur unum per ſe,ſic nec ex gñe & dña uṙ poſſe cõſtitui unum per ſe,pro reſolõne igitur huius dubij ſic ꝓcedemus.Primo declarabitur ſm̃ b.Tho.q̃ eſt ratio ꝙ ex genere & dña ſit unum per ſe,non aũt ex ſubo & accñte.Secũdo examinabitur rõ, quam ad idẽ adducit Iandu. in 7. metaphyſ.q.23.Tertio ſoluentur quædam argumenta.

Quantum ad primũ aduerte,ꝙ rõ b. Tho. ſtat in hoc. Qñ dña additur generi,non additur ut forma, uel nã diſtincta realr à nã gñis,ſed ut determinatum indeterminato,ita tñ ꝙ eadẽ nã concepta indeterminatæ fundat conceptum gñ:s, concepta aũt determinatæ, fundat conceptum differentiæ. Sed non ſic eſt in ſubo & accidente,qm̃

accñs ſiue proprium ſiue cõe, eſt quid extraneum & diſtinctum realr̃ à ſubo, & tam accñs q̃ ſubm ſunt in actu, ideo ex eis non fit unum per ſe. Nam dicemus infra ꝙ ex duobus entibus in actu diſtinctis realr̃ non fit unum ꝑ ſe. Sed neceſſe eſt alterũ eſſe ens in potẽtia. Hac.n.de cauſa ex mã & forma fit unũ per ſe, ut patebit infra. Quia igitur genus & dr̃ia non diſtinguũtur realr̃, non inconuenit ꝙ ex eis fiat unum per ſe, & qm̃ ſubm & accñs diſtinguũtur realr̃, & neutrum eoꝝ eſt ens in pura potentia, ideo ex eis nõ fit unũ per ſe. Hæc eſt rõ b. Tho. Et aduerte ꝙ cum teneamus genus & dr̃ias medias & ultimam eſſe unũ eſſentialr̃, non poſſumus dicere, ex gñe & dr̃ia fieri unũ per ſe cõpoſitione reali, qm̃ compoſitio realis reqrit extrema diſtincta realiter. Sed uerius dr̃, ꝙ fit unũ ꝑ ſe compoſitione rõnis, qm̃ genus & dr̃ia diſtinguuntur ſolũ rõne, & unum ꝑdicatur de alio identice, licet non formalr̃, ut diximus in 3. lib.

Quantũ ad ſecundũ aduerte ꝙ Iand.in 7. lib. in.q.23. ſequens imaginationẽ ſuã, ꝙ.ſ.in ſuba compoſita multiplicentur formæ, ut multiplicãtur ꝑta qdditatiua, tenet iõ ex dr̃ia & gñe, præcipuæ ex dr̃ia finali, & gñe proximo, fieri unum ꝑ ſe. qm̃ genus dicit formã gñalẽ, puta aĩal aĩam ſenſitiuã, & dr̃ia finalis dicit formam ſpecificam, puta rõnale aĩam intellectiuam, & tenet ꝙ, dr̃ia finalis ſumpta à forma ſpecifica comparatur ad genus proximũ ſumptũ à forma gñali, ſicut actus perfectus & completus ad actũ imperfectum, qui ut imperfectus, eſt ut ens in potẽtia ad actũ. & tunc arguit ſic. Ex illis fit unum per ſe, quoꝝ unũ addit ſuper aliud actum perfectum & ſbam perfectã, quia actus cõpletus cum ente in potentia facit unam nãm per ſe. Sed hoc eſt in partibus diffõnis, nã qñ diffõ conſtat ex genere remoto & omnibus dr̃ijs, ultima dr̃ia addit ſuper aľs actum completum, qñ aũt conſtat ex gñe proximo & dr̃ia ultima, idem ſequitur, qm̃ genus importat formam generalem & potentialem, dr̃ia autem ultima, formam ſpecificam, ut actum ultimum & completum. unde ſicut ex forma & mã fit unum per ſe, quia alterum actus al-

terum potentia,ſic in propoſito, quia genus eſt potentia, & differentia ultima actus.

Sed hæc poſitio partim deſtructa eſt in lib. 2. metaph. ubi quæſiuimus ſi eſt ꝓceſſus in infinitū in cauſis formalibus,& partim deſtruetur in lib. 8. ubi determinabimus unitatē formæ ſubālis in cōpoſito. Et infra, in hoc 7. ſuper tex. 56. q̄remus, ſi dantur diuerſæ formæ ſubāles in aiali ſm diuerſa organa. Pro nunc ſufficit rn̄dere rōni factæ à Iand. negatur igitur maior, niſi illud cui additur actꝰ ꝑfectus, ſit ens in pura potentia, qualis eſt mā prima, conſtat aūt ꝙ genus nec drīæ mediꝑ dn̄t ens in pura potentia. Negatur ēt minor, ad ꝓbōnem, nego ꝙ genus dicat formā gn̄alem, diſtinctam realr̄, ut ſupponit arguēs à forma ſpecifica, nego ſilr̄ ꝙ differentia ultima addat ſuꝑ drīas medias, actum perfectum, ita ꝙ ut ſupponit arguēs, drīæ mediæ dicant actum ſiue formam imperfectam, diſtinctam realr̄ à forma importata per drīam ultimam. Et aduerte ꝙ Ant. And. in 7, lib, in, q. 14. uidetur declinare ad mentē Iand. nā in fine qōnis concedit ꝙ genus pōt ſumi ab una forma, & drīa ab alia, & exemplificat de hoīe, in quo ſm ipſum ſunt plures formæ. ueꝝ cum quælibet forma ſit actus & faciat eſſe actu id cuius eſt forma, ſequitur ꝙ genus & drīa in homīne ſumātur à duobus actibus. Sed ex duobus actibus aut ex duobus entibus in actu nō fit unū per ſe, ut declarabitur infra, ergo ſtante in poſitione Iand. & Ant, And. non poterit aſſignari rō, quare ex gn̄e & drīa fiat unum per ſe. Melius eſt ergo tenere ſnīam b. Tho. à q̄ nec Cōmen. diſcordat, nam in hoc 7. in cōmen. 42. Declarans, quare hō albus non ſign̄at unum per ſe ſicut animal bipes, quæ ponitur diffō hois, inquit. Dicere uero q̄re hō albus non ſignificat unum, qm̄ alteꝝ iſtoꝝ nō eſt reliquū eſſentialr̄, ex quibus innuit, ꝙ ideo genus & drīa conſtituunt unum per ſe, quia ſunt idem eſſentialiter, & qm̄ in ſubō & accn̄te non eſt identitas eſſentialis, ideo ex eis non fit unum per ſe, ſi ſunt idem eſſentialiter, ergo non ſumuntur ab alia & alia forma, ut patet. Sed ab eadem diuer-

ſimodæ concepta,ut diximus ſupra.

Quantū ad tertium aduerte,ꝙ omnia argumenta quæ ſolent fieri contra determinationem factam, ſupponunt in eodem plures formas ſubales. & qm̄ hoc quæſitum dif ferimus uſque ad octauum lib. ideo ne multoties eadem argumenta & ſolutiones replicemus, non eſt hic immorandum. Hæc de præſenti quæſito dicta fuerint.

Quæſtio.19.Si in animali plurificantur formæ ſubſtantiales ſm partes organicas.

Maxime aūt aliquis aiatoꝝ partes ſuſpicabitur &c. uſque,ibi eo ꝙ principia motus habeant ab aliquo in iuncturis. Text.56.

CIRCA hanc.q.anteq̄ ueniamus ad reſolutionem aduerte, ꝙ phs in tex. ꝑpoſito intendit declarare, q̄uo ſuba compoſita componatur ex partibus, & dicit ꝙ non componitur ex partibus exiſtentibus in actu, ſed in potentia, eo ꝙ partes non ſunt actu exiſtentes ex ſeipſis dum componunt totum,ſed exiſtunt per eſſe toti?; & id quidem clarū eſt in rebus inanimatis, in quibus non ſunt diuerſe partes organicæ ordinatæ ad diuerſas operationes.ſed in animalibus uī dubium,nam ex quo diuerſe partes hn̄t diſtinctas operationes,ut cor, ſtomacus, cerebrū, uīr exiſtere actu non ſolū per formā totius animalis q̄ eſt aia,ſed ꝑ formā ꝓpriam, ita ꝙ alia ſit forma ſubalis cordis,alia ſtomachi,alia cerebri,alia carnis,alia oſſis. Itē aduerte,ꝙ hic nō intendimus quærere, utrū in uno cōpoſito ſint plures formę totius cōpoſiti,puta ꝙ i hoie ſit corporeitas,aia ueg.ſenſi.intellectiuo,quaꝝ q̄libet totam cōpoſiti mām informet. De hoc.n.queremus in li.8.ut diximus ſupra.Sed hic intēdimus quęrere ſolū utrum in aiali ꝑfecto in quo ſunt uaria mēbra diſtinctaꝝ opatiōnū,ſint plures formę partiales ſubales,ut in corde,i ſtomaco,&c.

Pro reſolutione igī pn̄tis q̄ſiti,in quo inuenio opiniōes duas extremas.ſ.b.Tho.&Ant.An.cū Scoto,ſic ꝓcedetur. Primo ꝑtractabitur opinio b.Tho.& eoꝝ qui concordant cū eo.Secundo pertractabitur opinio oppoſita,&ſol

uentur rationes ſuæ.

Quantũ ad primũ aduerte, ꝙ mens b. Tho. eſt, ut patet in 1. parte. q. 76. ar. 4. cui ꝯcordat Greg. in 2. ſen. diſt. 17. q. 2. & Her. in. q. magna de pluralitate formaꝝ, ꝙ non ſint plures formæ ſubales in eodẽ aiali partiũ ætherogeneaꝝ, nec diuerſoꝝ organoꝝ, imo eſt tm̃ una forma totius animalis, & quarumcunque partiũ, donec uniuntur in toto. Hanc ꝯclõnem ſic ꝓbare poſſumus. Organizatio corporis, & diſtinctio partiũ therogeneaꝝ ꝑuenit aliquo modo ꝓductionẽ aię. Eſt. n. aia actus corporis, non qualiſcũqꝫ, ſed phyſica organici. Igr̃ ſi hmõi partes hñt proprias formas ſubales, ſeqtur ꝙ ꝑueniunt tales formæ ipſam aiam, & tunc q̃ro, aut in aduentu aiæ corrũpuntur, aut permanẽt, ſi corrũpuntur, aut alię ſiles inducũtur, aut nõ, ſi ꝑmo modo, ergo fruſtra corrũpuntur, ex quo ille ſufficiebãt, ſicut ſuæ ꝯſiles ſi ſcd̃o modo, hr̃ ꝓpoſitũ, qm̃ poſt aduentũ aiæ, erit ueꝝ dicere, ꝙ eſt tm̃ una forma totius aiati, & omniũ organoꝝ & oium partiũ ætherogeneaꝝ, ſi ꝑmanẽt, ſeqtur ꝙ erit uera gñatio ſubalis alicuius, abſqꝫ cuiuſquã ſubali corruptione, ꝙ repugnat ꝑbiæ Ariſt. Qđ & ꝯfirmatur ꝑ Cõment. in 1. phy. commen. 69. ubi inqt, ſi mã hr̃et ꝓpriã formã, nullã aliã recipet ipſa ꝑmanente. Sed ſtatim corrũperetur, q̃ cito alia forma gñaretur, ꝑterea, ſi manẽt, ſeqtur ꝙ ꝓductio illa nõ erit uera gñatio ſimplr̃, ſed alteratio tm̃, qm̃ ſubm differẽs trãſmutationem, retinebit ſub utroqꝫ termino idẽ nomẽ & eandẽ diffinitionẽ, cũ q̃libet forma ſubalis cõſtituat in eſſe ſpecifico. Nec refert quantũ ad hoc, utrũ illa forma ſit ꝑfecta uel imꝑfecta, qa q̃libet ꝯſtituit hoc aliqd unũ ſm ſpẽm, & ꝑ ꝯñs manente eadem forma, ipm erit idẽ nõ uariatũ ſm ſubam ſuam, ac ꝑ hoc quælibet tranſmutatio ſupueniens erit ſolum accñtalis, et hoc ipm ꝯfirmatur ꝑ Cõmen. q in 1. phy. cõment. 69. per hoc ꝓbat, ꝙ mã non eſt aliqd exiſtens actu hñs ꝓpriam formam ſubalem, qm̃ tũc gñatio in ſuba eſſet alteratio, & formæ receptę eſſent accidẽtia. Vt igr̃ nõ ſequantur hmõi incõuenientia, tenendũ eſt, ꝙ non ſunt plures formæ ſub

ſtantiales in animali ſm pluralitatem organorum &c.
Quantum ad ſcdm aduerte, ꝙ Ant. And. in 7. lib. in q. 17. tenet partem affirmatiuam. Dicit. n. ꝙ in quolibet uiuo præter formam animati, quæ eſt anima, eſt alia forma totius, quæ eſt forma corporis & forma mixti, et ꝑter has quæ ſunt cōes toti animali ſiue uiuo; ſunt aliæ partiales ſpecificæ diſtinctæ, & ſunt tot, quot organa diſtincta; & hanc ſuam opinionem conatur ꝓbare tribus rationibus.
Prima eſt, pars aliqua animalis pōt ſeparari ab animali, ut ſi pars oſſis abſtrahatur ab animali, & remanet actu poſt ſeparationem ut patet, & non remanet actu ꝑ formā totius, cū ſit extra totum, nec remanet per formam de nouo genitā, quia tam ſubito, ſicut pōt eſſe illa diuiſio ſi ſit in inſtāti, nō pōt ab agente nāli noua forma introduci ſine alteratione præcedente, ergo remanet per formam propriam, quam prius habebat, dum eſſet unita in toto.
Ad hoc ꝯceditur totū, uſq; ibi, nec remanet per formam de nouo genitā, hoc negatur, ad ꝓbationem dico, ꝙ quocunque paruo tpe fiat diuiſio, fit cū alteratione, q̄ ut puta, ſufficit pro gñatione nouæ formæ ab agēte nāli in parte diuiſa, nā forma illa eſt forma cadaueris, q̄ eſt forma uilis & ut uia in reſolutionē ad 4. elnta. Ad cuius gñationem ꝑꝑ uilitatem ſuā, nec multū tpis, nec multæ diſpōnes, nec ordinata alteratio reqritur. Sicut oppoſito modo contingit, qñ debet gñari aial ꝑꝑ nobilitatē aiæ, quæ comparatur ad formas inferiores ea, ut perfectum ad imperfectū.
Secunda, una forma mixti non uſ poſſe informare materiam diſpoſitam contrarijs, & repugnantibus mixtionibus. Sed in corpore animalis ſunt tales mixtiones ex. 1. de aīa & patet, quia cerebrum eſt frigidum, & cor calidū.
Ad hoc rñdent Her. & Greg. ubi ſupra, & negant maiorē. Dñt. n. illam non hr̄e ueritatē, niſi in forma, quę ita eſt una, ꝙ nō eſt multiplex uirtute, ut forma elnti, mō forma mixti aīati eſt multiplex uirtute, æq pollet. n. formis. 4. elementoꝝ, et ideo ſicut forma ignis eſt ꝓncipiū calefaciēdi, & aquę infrigidādi, ſic forma mixti in diuerſis partib' mi

xti,ad exercendum diuerſas et contrarias operationes,put conuenit mixto aiato.& pcipuę aiali perfecto.Et aduerte q ↄſilr ſoluitur argumentū, quo Ant.and.arguit in pnci. illius qōnis.Sic.n.arguit. Actiones ſpē diſtinctæ, ſunt à formis ſpē diſtinctis, qm cū forma det eſſe & agere, actio notificat formā.Sed i partib⁹ aialis ſunt actiões ſpē diſtinctæ,ut patet,q cor calefacit, & cerebrū ifrigidat,ergo &c.

Hoc inq̄ ſoluitur ut pcedens,qm maior non habet ueritatem,niſi in hoc diſiuncto.Actiones ſpē diſtinctę ſunt à formis ſpē diſtincti, uel à forma ęquipollente formis ſpē diſtinctis.Et.2.pars uerificatur in caſu ppoſito,quare &c.

Tertia ſm Ariſt.in lib.de animalibus,cor pus ēt tempore generatur,q̄ alie partes animalis,et ſic eſt aſſignare multas mutationes completas,unam ante aliam in generatione animalis, terminatas ab plures formas tergo &c.

Ad hoc concorditer rñdetur à tenentibus unitatem formæ in compoſito,q pħs per gñationem cordis añ als partes intendit figurationē eius,non tñ eſt uere & eſſentialr cor.niſi in eo inſtanti in quo introducitur forma aiati, q̄ eſt anima,quæ informat totum & ſingulas eius partes.

Vltimo aduerte q Ant.and.uolens ſeruare pluralitatē formarum partialium ſm partes organicas,ne uideatur tenere contra pħm,qui uult q manus mortua nō ſit man⁹, niſi ęquiuocę.Qđ utiq3 nō eſt uerū,ſi manus habet ppriā formam,diſtinctam à forma totius aiati.nam hoc conceſſo,manus ſiue coniuncta ſiue ſeparata retinebit ſuam propriam formam.& ſic erit eadem manus uniuocæ & uiua & mortua ex quo ſtat eadem forma propria manus. Vt igr Ant.an.non uideatur tenere cōtra pħm,ſic diſtinguit. Manus pōt duplr conſiderari. Primo manus ut manus. Scđo manus ut organum officioſum ad exercendum op⁹ uitæ,ſicut eſt de oculo & alijs ſilibus,ſi primo modo, ſic ē man⁹ uniuocę,q̄diu manet ſub ppria forma man⁹,ſi ſcđo modo ſic eſt manus ęquiuocę,quia ſine aia nō pōt exercere opus uitæ.& in ſcđo ſenſu intēdit pħs, cū dicit,manum mortuā ſicut et oculum mortuum,eſſe manum ęquiuocę.

Sed bene conſideranti patet, ꝙ ſtante ſua diſtinctione non ſeruatur propria et uera ęquiuocatio inter manum uiuam & mortuam, & ſiſr inter oculum uiuū & mortuū, nam ęquiuoca ꝓprie dñr, quorum ſolum nomen eſt commune & ratio ſubſę eſt diuerſa, ſed ſm te ſtat eadem ratio ſubalis, quia ſtat eadem ꝓpria forma. Conſtat aũt ꝙ pħs in. 2. de anima in tex. 9. intendit de propria ęquiuocatione. Dicit. n. ꝙ ſi oculos eſſet animal, anima eius eſſet uiſus quo deficiente non eſſet adhuc oculus, niſi ęquiuocę, ſicut lapideus & depictus. Si igitur oculus mortuus eſt ita ęquiuocę oculus, ſicut lapideus, patet ꝙ nullā formam ſubalē retinet, quam habuit in corpore animato. ſed tātum figurā ut inquit Commen. in commen. eiuſdem tex. Non igr ualet dictō Ant. and. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 20. ſi totum diſtinguitur à partibus ſimul ſumptis.

Quoniam uero ex aliquo compoſitum fit uſqꝫ ibi. Sed & alterum fit. Textu. 60.

IN hac qōne aduerte, ꝙ ſolet pertractari hic. & in. 1. phyſi. in tex. 17. ubi inquit pħs, utrum unum aut plura pars & totum. Et hic inuenio duas opiniones extremas. Prima tenet partem affirmatiuam. & eſt. b. Tho. ut patet in expoſitione, quam ſequitur Herueus in. 2. quo li. q. 14. Alteram tenent pro maiori parte commentiſtę, eo ꝙ Cōment. in. 1. phyſi. cōment. 17. dicit unaquęqꝫ partiū dr eſſe aliud à toto. ſed omnes inſimul non poſſunt dici eſſe aliud à toto. Primo igitur pertractabitur opinio. b. Tho. & Heruei. Secundo opinio Commen. & ſoluentur rationes, quæ induci ſolent pro ea.

Quantum ad primum, aduerte reſolutionē opinionis noſtre ſtare in hoc. Totum differt realiter ab omnibꝰ ſuis partibus unitis & ſimul ſumptis, non per aliquam partē, qm̄ implicat dari partem in toto, præter omnes eius partes, nec per aliquam paſſionem totius, quoniam paſſio eſt natura poſterior, & ſupponit totum conſtitutum ex partibus, nihil aũt diſtinguitur eſſentialiter ab alio per ſuum

poſterius, ſicut.n.diffinitiuum non eſt poſterius diffini-to. Sic diſtinctiuum non eſt poſterius diſtincto, nec per ip ſam unionem partis cum parte, qm̄ cum unio dicat priua tionem diuiſionis, ſiue habitudinem ſequitur quod totū dicat formaliter talem priuationem, uel habitudinem qđ eſt falſum, hæc.n.conſequuntur naturam totius. Totum autem dicit formaliter compoſitum ex his. Sed differt ſe-ipſo toto.i.ex ſui natura, nam ſicut natura partium eſt qđ componant hoc. Sic natura totius eſt, ꝙ ſit compoſitum ex his, licet autem differat ſeipſo à partibus, non tñ differt quolibet ſui.i.quolibet incluſo in toto, quia cū totum in-cludat partes, differret à partibus per partes, quod eſt im-poſſibile, ſed differt ſeipſo, quia eſt talis naturæ, quia.ſ. eſt compoſitum & non componens, et ſi quæras, utrum totū differēs realiter à partibus addat aliquid ſupra partes, uel ſit aliquid præter partes. Dico ꝙ neutrum eſt conceden-dum proprie loquendo, non primum, quia illud proprie eſt præter alterum, quo non eſt ipſum, nec ipſum eſt ali-quid eius, ſicut diximus, ꝙ in ſubſtantia cōpoſita, præter materiā datur forma, qm̄ materia non eſt forma, nec for-ma eſt aliquid materiæ. Conſtat aūt ꝙ licet totum non ſit aliqua pars, tñ pars eſt aliquid totius, & ideo non poteſt proprie dici eſſe aliquid præter partes, non ſm̄, quia illud proprie addit ſuper alterum, quod includit ipſum, deinde dicit aliquid ſui ſupra illud, ſicut homo albus addit ſupra hominem. Sed ut dictum eſt. Totum quod eſt ex his non addit aliquid quod ſit ſui, ſupra oēs partes, quia non par-tem, non paſſionem, non unionem, ergo &c. Et ſi quæras quid ergo dicit totū, ꝑ quod nō ſit ſuæ partes ſimul ſum-ptę. Dico, ꝙ dicit nām ſui ipſius, quę non eſt partes, ſed ex partibus, facta hac declaratione reſolutiua ponitur hæc concluſio. Totum compoſitum ex partibus ſiue integrali bus ſiue eſſentialibus, quod eſt unū per ſe (de hoc.n.toto hic ꝓprie quærimus,) non eſt ſuæ partes ſimul ſumptæ. Probatur primo ſic, ſi hmōi totū eſt ſuę partes, ergo non differt à toto uſi, qđ eſt manifeſtę, falſum, qm̄ partes to-

tius uniuerſalis non ſunt integrales nec eſſentiales, ſunt autem ſubiectiuæ, ergo totum integrale & eſſentiale differunt à toto uniuerſali. Conſequentia autem ſic probatur. Totum uniuerſale eſt ſuæ partes, & non eſt ex partibus, non.n.genus componitur ex ſpeciebus. Totum autem integrale & eſſentiale ſunt ex partibus, quoniam ueræ componuntur ex partibus, ergo ſi totum integrale & eſſentiale ſunt ſuæ partes, non differunt à toto uniuerſali.

Secundo, ſi huiuſmodi totum eſt ſuæ partes ſimul ſumptæ, non eſt unum ſimpliciter, ſed tñ ſm quid, ut aceruus lapidum, ꝗ eſt manifeſte falſum, probatur ꝯñtia. Quod eſt plura non eſt unum ſimpliciter, licet enim unum ſimpliciter poſſit eſſe ex pluribus, non tamen plura. Sed ſm te omne totũ integrale & eſſentiale eſt plura, quia eſt ſuæ partes, quæ unite & non unite ſunt plura, ergo &c.

Tertio ſequitur ꝙ non poterit aſſignari terminus per ſe gñationis ſubſtantialis nec corruptionis, nã apud pħm materia non per ſe generatur, cum ſit ingenita nec forma, ſed tantum per accidẽs.ſ.ad gñationem compoſiti, ut docuit pħs in hoc 7.lib.in tex.26.nec unio, ſiue compoſitio, ſiue aggregatio partium poteſt eſſe terminus, cum dicant reſpectum. Si ergo non datur tertia entitas conſurgens ex partibus unitis, non poterit aſſignari terminus per ſe generationis ſubſtantialis. Idem patet recte intelligenti ex parte corruptionis, quare &c.

Quantum ad uiam Cõmen. aduerte, ꝙ licet Cõment. uideatur clare tenere partẽ negatiuam, ut patet in 1.phy. commen.17.ubi inquit, totum eſt aggregatio partium. et in 4.phyſi.commen.43. Totum nihil aliud eſt quam partes eius, tñ commentiſtę non cõcordant, qm̃ aliqui ex eis ut Burleus in 1.phyſ.poſt expoſitionem text.17.tenet, ꝙ diſtinguitur, aliqui uero ut Iand.in 1.phyſ.q.10.tenet, ꝙ non diſtinguitur, aliqui tenent utranque uiam, ut Petrus Pomponac. & Paulus Sonc.in 7.metaph.q.ultima. Tamen quia cõmuniter uia negatiua attribuitur Commen. ideo uolo principales rõnes ſolitas induci pro hac opinio

ne formare & ſoluere.

Aduerte igitur, ꝙ principales rationes ſuæ ſunt iſtę, ſi totum diſtinguitur à partibus inſimul ſumptis, includit aliquid ultra partes, uel dicit aliquid præter partes, uel ad dit aliquid ſupra partes. Nõ enim eſt imaginabile duo diſtingui abinuicem, niſi unum includat aliquid ꝙ non includit aliud, uel addat ſuper aliud, uel dicat aliquid præter aliud. Sed non poteſt aſſignari quid includat totum ultra partes, niſi aut unionem quæ eſt relatio, & ſubſequitur totum conſtitutum, nec quid dicat præter partes, nec quid addat, niſi ipſam unionem, quæ ut dictum eſt ſubſequitur, ex conſequenti non eſt de ratione formali totius, cum relatio non ſit de ratione formali rei abſolute.

Ad hoc iam patet reſpõſio, per declarationem poſitam in quæſtione, & negandæ ſunt omnes conſequentiæ. & dicendum, ꝙ totum ideo diſtinguitur à partibus, quia ex natura ſua eſt alia entitas ab entitate partiũ, eſt enim tertia entitas reſultans ex partibus, partes autem non reſultant ex partibus.

Præterea arguitur argumento recitato à Comment. in 1. Phyſ. commen. 17. Hæc pars eſt aliud à toto, & hæc, et hæc, & ſic de ſingulis. ergo omnes ſunt aliud à toto. Valet conſequentia à ſingularibus ſufficienter numeratis ad uniuerſalem. Quòd aũt conſequens ſit falſum patet, quia ſi omnes ſunt aliud à toto. ergo totum eſt aliud ſeipſo. quoniam totum eſt congregatio partium.

Huic reſpondens Comment. dicit, ꝙ peccat per fallaciã compoſitionis et diuiſionis, eo quod, & ſi omnes partes ſi mul ſumptę ſunt idem cum toto, non tamen diuiſim ſum ptæ. Et ideo cum arguitur. Hæc & hęc, & hæc, & ſic de ſin gulis eſt aliud à toto, ergo omnes ſunt aliud à toto, negatur conſequentia, quia ſit tranſitus à diuiſim ad coniunctim, uel à diſtributiua ad collectiuam.

Sed Thomiſtæ aliter reſpondent, ꝙ omnes partes tam diuiſim quã coniunctim ſumptæ, ſunt aliud à toto, & cũ infertur, ergo totum eſt aliud à ſeipſo, negatur conſequen

tia,& qñ probatur, qm̄ totum non eſt aliud q̄ cōgregatio partium. Hoc negatur in uia noſtra. Nā totum apud nos, eſt quid reſultans ex congregatione partium, & dicit tertiam entitatem. Ideo hoc argm̄ apud nos habet paruam apparentiam, licet commentiſtæ ipſum magnifaciant.

Præterea, arguitur per pħm in 2. de anima tex. 10. ubi inquit, & ſicut oculus eſt pupilla & uiſus, & ibi anima & corpus animal, ſi ergo hæc eſt uera, animal eſt corpus & anima, cum animal ſit totū, & ille partes eſſentiales; ergo totum eſt ſuæ partes.

Ad hoc reſpondetur, ꝙ licet pħs utatur prędicatione in recto, tñ debet intelligi eius ueritas prædicatione in obliquo, ut ſic exponatur. Sicut oculus componitur ex pupilla & uiſu, ſic animal ex corpore & anima. Sic exponit b. Tho. & Cōmen. in cōmen. 10. innuit idem. Inquit. n. ſicut hoc nomen oculus dicitur de illo membro, quod eſt compoſitum, & de uirtute uiſibili, quæ eſt in eo, ſic animal dr̄ de corpore & anima. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint

Expliciunt. q. Fr. Chryſ. Iauelli Canap. ord. præd. philoſophiæ et ſacræ Theologiæ profeſſoris ſuper 7. lib. metaph.

Incipiunt quæſtiones eiuſdem ſuper octauum.

In octauo libro in quo pħs pertractat de ſubſtantia cōpoſita modo reali, & de partibus eius, quæ ſunt materia & forma, reſoluenda ſunt dubia infra notata. Sed aduertè, quòd multas quæſtiones formabimus de materia & forma, ad plenam notitiam metaphyſicalem de eis habendam, quæ non ſunt expreſſę fundatę in textu pħi, ideo ſingulis non præponetur textus. Cum autem expedita fuerit hæc conſideratio, pertrac. quęſtiones textuales huius 8. lib. Hunc uero ordinem ſeruare uolumus, ne confundantur quæſita.

Agentes igitur prius de materia, Primo cōſiderabimus ſi eſt ſeparabilis à forma ſm eſſe, & ſm cognitionem.

1 Si materia poteſt eſſe actu & cognoſci ſine forma.
2 Si materia prius recipit quantitatem uel habet eam inſeparabiliter. antequam recipiat qualitates, ut diſpoſitiones ad formam ſubſtantialem.
3 Si aliqua qualitas quæ ſit diſpoſitio ad formam introducendam præcedit formam, ita quod non corrumpitur in aduentu formæ.
4 Si materia poteſt ſimul informari pluribus formis ſubſtantialibus.
5 Si forma eſt ſeparabilis à materia ſecundum eſſe uel ſecũdum conceptum.
6 Si intenſio & remiſſio ita conuenit formæ accidentali quod repugnat ſubſtantiali.
7 Si ex materia & forma fit unum per ſe, et propter quid, & an immediate.
8 Si nomen ſpeciei ſignificat ſolam formam, & dato quod nõ, ſi prius ſignificat formam, quam compoſitum.
9 Si numerus habet eſſe reale extra intellectum. & ſi eſt unum per ſe & entitas diſtincta à numeratis.
10 Si ultima unitas eſt forma numeri.
11 Si numerus quantitatiuus inuenitur ſolum in rebus materialibus, an etiam in abſtractis.
12 Si materia quæ eſt pars compoſiti eſt in cœlo.
13 Si materia cœli & horum inferiorum ſunt eiuſdem rationis.
14 Si forma cœli uniretur materiæ horum inferiorum, utrũ cœlum eſſet incorruptibile.
15 Si materia omnium corporum cœleſtium eſt eiusdem rationis, ſicut materia omnium inferiorum.
16 Si accidentia componuntur ex materia & forma.
17 Si mater concurrit actiue ad generationem.

QVAESTIO PRIMA.

SI MATERIA POTEST ESSE ACTV ET COGNOSCI SINE FORMA.

IN HAC quæſtione inuenio tres opiniones famoſas. Prima eſt b. Tho. Secunda Scoti, & Ant. And. Tertia Gregorij. Prima eſt mere negatiua. Secunda & Tertia ſunt affirmatiue. & quoniam intendo ſuſtinere primam, ſic procedendum eſt.

Actus tripliciter ſumitur. Primo actus formalis. & eſt idem quod eſſe datum à forma. Secundo actus exiſtentiæ, & eſt ipſum exiſtere ſignatũ per ly eſt in propoſitione de 2. adiacente. Tertio actus entitatiuus de quo quid ſit dicetur infra.

Quantum ad eſſe actu in primo ſenſu, omnes concordant, ꝙ materia non eſt, nec poteſt eſſe ſine forma, ſed pura potentia, ut patet per pħm in hoc 8. lib. in tex. 3. materiam dico, quæ non hoc aliquid ens actu, poteſtate autem eſt hoc aliquid, immo eſt contradictio ponere oppoſitum. Nam eſſet actu primo modo per te, & non eſſet actu, quia eſſe actu primo modo, eſt tantum à forma. & per te in caſu, eſt ſine omni forma, ergo non eſſet actu primo modo, & ideo in hoc ſenſu loquens Commenta. in libro de ſubſtantia orbis dixit, materia nunquam denudatur ab omnibus formis, ſed ſemper ſtat ſub aliqua. Quantum ad eſſe actu in ſecundo ſenſu concordant in negatiua b. Tho. & Scotus, quoniam omnem exiſtentiam materiæ tenent eſſe à forma, Greg. autem tenet partem affirmatiuam, quoniam diſtinguit inter exiſtentiam & exiſtentiam formalem. ueꝝ quia hanc ſuam imaginationem

poſuimus in lib.7.in.q.5.& ſoſuimus rationes eius, ideo non eſt hic repetenda.

Quantũ ad eſſe actu.3.modo,diſcordat b.Tho. tenens partem neg.à Scoto tenente partem affir.nam cõſiderans b.Tho.q, ẽm p̃hm & Comment. eſſe actu in naturalibus non eſt niſi à forma, ideo non concederet poſitionẽ Gregorij nec Scoti.

Reſtat ergo ut uideamus quid ueritatis habet opinio Scoti,& in quo differt ab opinione noſtra.Pro notitia ergo huius,declarabitur opinio Scoti, de potentia obiectiua & ſubiectiua,de actu obiectiuo & formali, deinde uidebitur differentia inter opinionem ſuam & noſtram.

Tu igitur aduerte ex his quę dicit Ant.And.in 7.lib.in quæſt.6.apud Scotum,potentia obiectiua eſt omne illud quod nundum eſt, poteſt tamen ab aliqua potentia productiua poni in eſſe, ut rana generanda eſt in potentia obiectiua cœli, & roſa generanda eſt in potentia obiectiua radicis. Et breuiter obiectum cuiuſcunque potentiæ productiuæ, antequam producatur eſt in potentia obiectiua.Huic potentiæ correſpondet actus obiectiuus,& eſt illa met res,quæ erat in potentia obiectiua. Nam poſtquã producta eſt dicitur eſſe in actu obiectiuo,quia quod poterat produci & habere eſſe, productum eſt, & habet eſſe extra cauſam ſuam productiuam. Dicitur etiam actus entitatiuus,quia poſtquam producta res eſt,iam eſt extra nihil,ex ꝯñti eſt in genere entium.Potentia autem ſubiectiua eſt omne illud,per quod aliquid recipitur in altero, ut in ſubiecto.& ſic quicquid eſt receptiuũ formæ, ſiue ſubſtantialis,ſiue accidentalis,dicitur eſſe in potentia ſubiectiua,unde quia ſubſtantia recipit colorem mediante ſuperficie,dicitur eſſe in potentia ſubiectiua.Huic potentiæ correſpondet actus formalis,qui eſt ipſa forma,ſiue ſubſtantialis ſiue accidẽtalis, recepta uel receptibilis in aliquo mediante potentia ſubiectiua,ſtante hac declaratione intendit Scotus,ꝙ materia præciſæ ſumpta,& denudata ab omni forma, quæ ante ſui productionem ab agente primo

erat in potentia obiectiua, poſt ſui productionem eſt in actu obiectiuo ſiue entitatiuo, eò ꝙ poſt ſui productionē eſt extra nihil, & extra cauſam ſuam productiuam, & iam eſt in genere entium. Non tamē eſt, nec poteſt eſſe in actu formali, niſi ut ſtat ſub aliqua forma, q̄m actum formalē recipit à forma, ſicut ſuba corporea nō poteſt eſſe actu alba niſi ſubſit albedini. Si igitur ponatur mā ſine omni forma, erit quidem in actu entitatiuo & in potentia ſubiua, ſed non in actu formali. Hæc fuit imaginatio Scoti, quæ tota fundatur ſuper potētiam obiectiuam, qua reprobata totū fundamentū Scoti ruet, & q̄m in lib. 9. diſputabim⁹, ſi apud pħm & Cōmen. admittēda ſit hmôi potētia, ideo ſuſtine uſq; ad librum nonum, ne iterum repetamus idē.

Pro nunc ſufficiet tibi, ſi declarauimus drīam inter uiā Scoti & nrām. Aduerte igitur ꝙ quo ad ſenſum paruā inuenimus drīam ſiue repugnantiam, nā Scotiſtæ tenēt triplicem potentiam .ſ. actiuam & paſſiuam quam uocant ſubiuam & obiuam, & Thomiſtæ tenent, ſilr tres .ſ. paſſiuā & actiuā ex parte agentis, qua .ſ. agens pōt aliquid ꝑducere uel ex parte ꝑducibilis, qua .ſ. ꝑducibile pōt ab agente ꝑduci, nā alio mō roſa gnanda in ueræ eſt i pōa actiua agētis nālis, & alio mō intelligētia ꝑducibilis ab agēte pmo, ſic. n. roſa eſt in potētia agētis nālis, ꝙ ſibi corrndet paſſiua .ſ. pōa mæ, q̄ pōt recipe formā roſæ, intelligētia aūt eſt in mera potētia actiua pmi agētis, q̄m ei non corrndet pōa mæ ex q̄ ꝑducatur, unde in uia nra dr roſa gnanda eſſe in potētia paſſiua mæ, & in potētia actiua agētis, intelligētia aūt eſt tm̄ in potētia actiua agētis, iō aūt aliqd eſt in potētia actiua agentis, quia eſt obm ꝑducibile ab eo, ex quo patet, ꝙ illud qđ Sco. dicit eſſe in potētia obiua, nos dicimus eſſe in potētia actiua agētis. Qđ ēt patet ꝑ ꝯdōnes quas attribuit Sco. potētiæ obiuæ, ſic. n. uerificantur de potētia actiua, ſicut de potētia obiua, ſunt aūt iſtæ, pmo ꝑ potentiā obiuā res ponitur poſſe eſſe, licet nō ſit, idē ꝟificatur de potentia actiua agētis. Qđ. n. eſt in potentia actiua agētis, licet non ſit ꝑductum pōt tn̄ ꝑduci,

ſcđo,potentia obiua non eſt una pluriũ,alia eſt.n.potẽtia qua roſa eſt ꝓducibilis,& alia qua hõ,& alia qua leo, &c. Idem ſm nos attribuitur potẽtiæ actiuæ ꝓximæ , qm̃ diſtincti effectus ſunt à diſtinctis agẽtibus,qui agũt diſtinctis potentijs actiuis.Dico aũt ꝓximo qm̃ non incõuenit ab una potẽtia actiua ſupioris & remoti agẽtis,ut ab una potẽtia ſolis,plures effectus in his inferioribus ꝓduci. Cũ ergo ea q̃ attribuit Scot.potẽtiæ obiuæ,poſſint ſaluari per potentiã actiuã,qua res ꝓducibilis eſt ab agente,nõ eſt neceſſe ponere hmõi potentiam , unde uia nr̃a ut magis declarabitur in lib.9.eſt conſona p̃hiæ Ariſt.& Commenta.

Quantũ ad ſecũdam partẽ qõnis.ſ.utrũ ſit cognoſcibilis ſine forma.i.utrũ poſſit ꝯcipi ſine hoc ꝙ apphendatur forma, aduerte ꝙ tota difficultas pendet ex p̃cedẽtib⁹, nã qui tenent mãm eſſe in actu ſine forma,ut Sco.& Greg.tenent ex ꝯñti eam eſſe cognoſcibilem ſine forma, eo ꝙ ens actu põt mouere intellm̃ ad ſui cognitionem.Qui uero tenent eam nullo modo eſſe actu,dñt eam nõ cognoſcibile, niſi ꝑ reſpectũ ad formam.Et quia Thomiſtæ negãt oẽm actum à mã,ideo negãt eã eſſe cognoſcibilẽ niſi ꝑ formã, & ꝓ hac ꝯcl'one ſic arguitur.Quocunq; conceptu cõcipiatur mã,non erit ꝓprius mãæ,niſi concipiatur ut potẽtia , ubiq;.n.p̃hs & Cõmen.dñt eſſe potentiam . Sed potentia non põt concipi nec apphendi niſi in ordine ad actũ ; cũ reſpiciat actũ,ut uidebitur in lib.9.Actus aũt mãæ eſt ipſa forma , ergo eſt impoſ'e cognoſcere mãm niſi ꝑ formam . Qđ ꝯfirmatur ꝑ Cõmen.in 1.phyſ.cõmen.69. Sic.n.inquit.Mã q̃ eſt ſubiecta ſb̃æ,non põt intelligi ꝑ ſe, cũ nõ ſit aliqd in actu hñs quidditatẽ . ſed intellr̃ ſm cõparationẽ, ꝑꝑ latentiã ſuæ ſub̃æ , & ideo cũ uoluerimus dare ſub̃am eius,dicemus ipſam eſſe id,cuius ꝓportio ad ſub̃am eſt ſicut ꝓportio cupri ad idolũ. Qñ aũt intellr̃s ueniat in cognitionẽ mãæ,iã declarauim⁹ in epit.nr̃o in 8.li.metaph. & Cõm.in li.de ſb̃a orbis in ca.1.idẽ ꝑtrac.& ei⁹ ſnĩa ſtat in hoc . Trãſmutatio in ſb̃a fecit cognoſcere mãm primã, ſicut tranſmutatio ſm locũ,fecit ſcire mãm localem,unde

per abiectionem & receptionem formarũ ſubſtantialium, deuenimus in notitiam eius, nam cognouimus ꝙ oportet aliquid ſubijci in tranſmutatione,& permanere,& contrarijs ſubeſſe ſucceſſiue,ex prædictis igitur patet, ꝙ materia non poteſt eſſe nec cognoſci ſine forma.

Poſtremo aduerte aliqua argumenta apparentia quib' arguitur ꝙ poſſit eſſe ſine forma.

Primo ſic unũquodq; põt ſeparari ab eo quod non eſt ſibi eſſentiale nec proprium,qm̃ ex 1.poſter.quæ ſunt primi & ſecũdi modi ꝑ ſe,ſunt inſeparabilia,ſed nulla forma eſt eſſentialis nec ꝓpria mãæ,cum ex ſui nã ſit indifferens ad oẽm formam, nec aliquam ſibi ex natura determinet, ergo poteſt ſeparari & per ↄ̃ns eſſe actu ſine forma.

Ad hoc dr̃ ꝙ licet nulla forma ſignata ſit eſſentialis & propria materiæ & per ↄ̃ns poſſit eſſe ſine hac & illa,& illa &c.non tñ ſine omni,& ſic arguere, eſt arguere à diuiſim ad coniunctim.qd' non tenet in hoc ꝓpoſito.uñ dico ꝙ licet nõ ſit eſſentiale & ꝓpriũ mãæ, eſſe ſub aliqua una forma ſignata, eſt tñ ꝓpriũ mãæ eſſe ſemꝑ ſub aliqua, ita ꝙ ut dicit Cõmen.in lib.de ſubſtantia orbis,nunq̃ denudatur ab omnibus formis ſimul,ſed ſemper ſtat ſub aliq̃.

Scdo qd' accidit mãæ ẽ ſepabile ab ea ꝑ diffõnẽ accñtis, ſed forma accidit mãæ cũ nõ ſit de eſſentia mãæ.ergo &c.

Ad hoc dr̃ ꝙ maior eſt falſa nã & riſibilitas accidit hoĩ, & tñ nõ põt eſſe ſine ea, põt ẽt negari minor,qa licet forma ſic extra eſſentiã mãæ, tñ quo ad eſſe pendet à forma.

Tertio ſi oĩs forma ſepararetur à materia, aut materia remaneret,aut non,ſi ſic,hr̃ intentum, qm̃ eſſet ſine oĩ forma,ſi nõ,ergo corrumperetur,qd' eſt contra pħm,q ponit eam ingenitam & incorruptibilem in 1.phyſ.tex.82.

Ad hoc dr̃ ꝙ ſi poneretur añs,mã non remaneret, alr̃ ſequeretur contradictio,ut dictũ eſt ſupra, & cũ dr̃, ꝙ hoc eſt cõtra pħm ponentẽ materiã ingenitam & incorruptibilem. Rñdetur,ꝙ pħs intendit materiã ingenitã & incorruptibilem conſiderata natura ſua,cum hoc tñ ſtat ꝙ poſito ãnte impoſſ,ſequatur ↄ̃ns impoſſe,ut ſtat ſub illo ãnte,

ſicut licet ponatur cœlum incorruptibile hæc,tñ conditionalis eſt uera, ſi cœlum eſſet alterabile, eſſet corruptibile. Sic in propoſito. Si mã denudatur omni forma, deſinit eſſe, ueꝶ quia eſt impoſſibile ut denudetur omni forma, ſic eſt impoſſe ut deſinat eſſe. Hæc de pñti quæſito dicta ſint.

Qõ.2. Si materia prius recipit quantitatem, uel habet eam inſeparabiliter, antequam recipiat qualitates ut diſpoſitiones ad formam ſubſtantialem.

CIRCA hanc.q.aduerte ꝙ difficilis eſt ꝑꝑ ſolénes defenſores Cõmẽ. inter quos eſt Greg.in 2.di. 11. q.2.ar.1.ubi ponit tres ꝯclõnes. Prima quantitas mãæ dum rarefit aut condenſatur non corrumpitur. Secũda cum aliqua res corrũpitur, quantitas non corrũpitur. Tertia qñ aliqua res augetur. nulla quantitas noua acquiritur,nec præcedens augetur. Prima ꝯclõ non contrariatur doctrinæ b.Tho. ut ſuſtinebimus infra, qñ queremus, utrũ quantitas poſſit intendi & remitti,aliæ duæ ſunt cõtra b.Tho.ideo oẽs rõnes Gregorij ſoluendę ſunt q̃bus conatur defenſare uiã Cõm. Tu igr̃ ut defendas uiã b.Tho. ſic ꝓcedendũ eſt. Primo declaranda eſt uia Cõmen. cum fundamẽtis ſuis. Secũdo ponetur ꝯclõ Thomiſtica cõtra Cõmen.& ꝓbabitur rõnibus b.Tho. Tertio recitabuntur rõnes Gregorij iu fauorem Commentatoris & ſoluentur.

Quantũ ad primũ aduerte ꝙ ut ponit Greg. in 2. ſen. di.12.q.2.opinio Cõmen.fuit & multoꝶ ſequentium eũ, ꝙ licet nulla forma ſit inſeparabilis à mã,nec aliqua q̃litas,qm̃ modo eſt ſub una forma, modo ſub aliá, idẽ dico de qualitate, tñ quantitas mãæ ſibi coęue inſeparabiliter adhæret,ita ꝙ in mã nunquã quantitas quantitati ſuccedit,& hæc uř exp̃ſſa intentio Cõmen.in lib.de ſub̃a orbis cap.1.qui inquit. Mã prima nunquam denudatur à dimẽſionibus interminatis. Itẽ inquit. Dimenſiones ſimplices, q̃ appellantur corpus ſimplex, nõ denudãtur à ꝑma mã; fundamentum añt Cõm.fuit, ut patet in eodem libro, q̃a credidit quod ſi in corruptione rei corrumpitur quanti-

tas, ꝙ corpus gnandum fieret ex nõ corpore, & dimenſio ex nõ dimẽſione. & mã A, remaneret in diuiſa & in diſtincta quãtitatiue à mã B. Item non põt imaginari Cõmentiſtæ, à quo poſſit corrumpi quantitas lapidis dum corrumpitur lapis, qm̃ uel corrũpitur à ſuo contrario. & hoc non quia quantitati nihil eſt cõtrariũm, uel cõcomitanter, puta qa corrumptur forma lapidis, ex ꝯñti corrumpatur quãtitas, & hoc non eſt neceſſe, quia licet non poſſit introduci alia forma in mã, niſi p̃cedenti remota, tñ quantitas non obeſt quin alia forma introducatur, immo confert, ut recipiatur forma in mã, à diſtincta à quacunq; alia mã, ſicut quando gñatur ignis ex aere non eſt neceſſe qualitatẽ ſimbolicam corrumpi ex. 1. de gñatione. Hæc eſt ſnĩa Cõmẽta. & ſequẽtium eũ, inter quos p̃cipuꝰ eſt Greg. ubi ſupra, cuius ꝑncipaliores rõnes adducemus & ſoluemus infra.

Quãtum ad ſcd̃m aduerte ꝙ mẽs b. Tho. eſt in gñatione ſubali formã recipi imediate in mã, ita ꝙ nulla q̃titas nec qualitas rei gñandæ p̃cedit formam ſubalẽ, qm̃ ſubm formę ſubalis ẽ ens in pura potẽtia, quale eſt mã ꝑmiſ. ſilr in corruptione ſubali, ad corruptionẽ formæ corrũpũtur oĩa accñtia, inter quę eſt q̃titas, qm̃ cuiuſcunq; accñtis ſm uiã p̱ipateti. ſubm eſt ens actu, remota aũt forma ſubali, non remanet ens actu, qm̃ ſola dat eſſe actu ſimplr ipſi mãæ, & ideo corrupta ſiue ſeparata à mã forma ſubali, deſinũt eẽ oĩa eius accñtia. Ex hac doctrina b. Tho. ponitur ꝯclõ ꝯtra Cõmẽt. nulla q̃titas eſt coęua & iſeparabilr inhęrens mãæ. Sed cũ res gñatur, noua q̃titas recipitur ĩ mã, et p̃cedens corrũpitur. & hãc quidẽ ꝯclonẽ conabimur ꝓbare ex fundamẽtis Ariſt. & primo ſic, ſi quãtitas immediate inhęret mãæ, ergo accidẽs ad qd̃ eſt motus ꝓ ſubo habet ens ĩ potẽtia & nõ ens in actu, qd̃ eſt falſum ſm doctrinã phi. ꝯña nota, falſitas ꝯñtis declaratur. Nam phs ĩ. 5. phy. in tex. 8. ponens dñiam inter mutationem ſubalem & motum, aſſignat pro dñia. qm̃ illa eſt ex non ſubo in ſubm, uel econuerſo, et p̱ non ſubm intendit nõ ens actu, ens aũt in potentia. Motus aũt eſt ex ſubo in ſubm & p̱ ſubm intẽ

dit ens actu. Cum igitur motus & terminus motus nō diſtinguantur realr̄, neceſſe eſt ſi ſubm motus eſt ens actu, & ſubm termini motus eſſe ens actu. Conſtat aūt ad quātitatem eſſe motum, ergo quantitati repugnat pro ſubo, hr̄e ens in potentia, quale eſt materia prima, ſicut formæ ſubſtantiali repugnat apud pbm hr̄e pro ſubo ens actu.

Scd̄o ſic. Cum quantitas ſit accn̄s, & forma ſubalis ſit ſuba ergo quantitas eſt ens ſm quid, & forma ſubalis eſt ens ſimplr̄ ſm doctrinam Ariſt. in 7. metaph. tex. 3. & cū ex accn̄te & ſubo fiat unum, & ens p accidens ex. 5. lib. metaph. cap. de ente, ergo ex quantitate & mā fit unū & ens p accidens. Tūc ultra ſi quātitas immediatæ inhęret materiæ, ita q̄ p̄cedat formam ſubalem, ſeqtur ens ſm qd p̄cedere ens ſimplr̄, & ens p accidēs eſſe ꝓus ente p ſe, quæ oia ſunt manifeſtæ falſa, qm̄ ens ſm qd non eſt ens niſi in ordine ad ens ſimplr̄, & omne per accidens ſupponit per ſe.

Tertio ſeqtur q̄ potentia materiæ intimius & eſſentialius reſpiciat accidēs, quā formam ſubalem. & maiorem colligationē habeat ad accidēs quam ad ſubam, quæ oia ſunt falſa. ꝯn̄a ꝓbatur, qm̄ ſm hanc uiam, materia reſpicit quantitatem inſeparabilr̄, formā aūt ſubalem ſeparabilr̄, falſitas aūt ꝯn̄tis, ſic ꝓbatur, qm̄ materia eſſentialius & intimius reſpicit actū ſui gn̄is, quam actū alterius generis, maiorē. n. affinitatem hēt cum illo, quam cū iſto. Sed forma ſubalis eſt actus eiuſdē gn̄is cū materia. ꝯueniunt. n. in ſuba, quātitas aūt cum ſit accidens, eſt actus alterius generis, qa non ꝯueniunt in gn̄aliſſimo, ut patet. ergo &c.

Plures rationes ad hanc concluſionē adducere poſſem, quas & alij adducere ꝯſueuerunt. Sed has puto ſufficere.

Quantum ad tertium aduerte, q̄ licet multæ fiant rōnes à Greg. & alijs Cōmentiſtis in fauorem Cōmen. quas recitat et ſoluit Capreo. in 2. ſen. di. 18. q. 1. contra ſextam ꝯclōnem, tn̄ rōnes ſup quas exp̄ſſe fundauit ſe Cōment. loquens ꝯtra Auic. ſunt iſtæ, quas ēt tetigimus in hac. q. declarantes mentem Cōment. & eas intendimus ſoluere.

Prima eſt. Diuerſæ formæ ſubſtantiales recipiuntur in

diuerſis et diſtinctis partibus materiæ,ſe non eſt aſſignare in mā diſtinctas partes,niſi per quantitatem , ergo neceſſe eſt quantitatem p̄cedere formam ſubſtantialem in materia,al'r quælibet forma ſubſtantialis totam materiā informaret,ex conſequenti in ſimul eſſent formæ contrarię,uel tota materia unicam formam haberet,ergo &c.

Quoniam hæc rō uidetur totum fundamētum Cōmē. & ꝑ rei ueritate eſt difficilis ad ſoluēdū,ideo intēdo declarare,ꝙ optimæ ſeruatur diſtinctio in partibus māæ p quātitatē,ita ꝙ non datur inſtans,in quo materia non ſit quāta,dato ꝙ oīs quantitas quæ erat in materia cū forma corrumpēda corrūpatur eodem inſtanti,in quo cōpoſitū corrumpitur.& dato ꝙ quantitas non ſit coæterna māæ, immo nec p̄cedat formā ſubſtātialē,ut ergo id manifeſtetur adduco declarationē Heruei in.q.de pluralitatē formaꝝ, cuius reſolo ſtat in hoc,ſuppono ꝙ in ꝑmanētib' ex parte corruptionis, quæ eſt rei definitio,non datur ultimum ſui eē ſed ꝓmū ſui nō eſſe:ex parte uero gn̄ationis datur ꝓmū ſui eſſe,ſed nō datur ultimū ſui nō eſſe,& hæc iam cognoſcere potuiſti in trac.de ꝓmo & ultimo inſtāti,ſuppono in ſup,ꝙ in eodē inſtanti,in quo deſinit eſſe ſubſtantiale rei, ex conſequēti & p naturalem ſequellam deſinit oē eſſe accidentale eius,qm̄ eſſe accidentis ſupponit eſſe ſubſtantię, ſicut accn̄s ſupponit ſubām,ſil'r in eodem inſtanti ī quo incipit eſſe rei ſubſtātiale,incipit & oē eſſe eius accn̄ale , nāl'r ſequens eſſe ſubſtantiale,ſicut riſibile rōnale ſequitur.His ſuppoſitis dico,ꝗ cum in aliqua parte māæ eſt introducēda forma ſubſtantialis,toto tp̄e p̄cedente inſtans introductionis,mā eſt quanta quantitate q̄ eſt cum forma abijciēda,in ultimo aūt inſtāti illius tp̄is,qđ eſt inſtans introductionis,eſt quāta quantitate concomitante formam gn̄andam.Nam in eodem met inſtanti,forma corrumpēda & ſua quantitas habent ꝓmū ſui nō eſſe,forma uero gn̄anda & ſua quātitas habent ꝓmū ſui eſſe ex ꝓmo ſuppoſito.Cū igitur inter tp̄s et inſtās non detur tp̄s nec inſtans mediū, & idem inſtans ſit in quo mā deſinit eſſe quanta quantita

te formæ corrumpendæ p negationem de pñti et poſitionem de pterito & in eodē met inſtanti, mā incipit eſſe quāta quantitate formæ gñandæ p poſitionem de pñti, & negationē de pterito, ex his ergo conſtat, ꝙ ad ſeruandā diſtinctionē quantitatiuam in partibus mãæ, non cogimur ponere quantitatē inſeparabilem à mā, nec eandem remanere in genito et corrupto. Ad argm̄ ergo ɔceſſa ꝓpoſitione pma & ſcđa, nego ɔñtiam, ad probationem nego ꝙ aliquod eoꝝ ſequatur, quia nō datur inſtās in quo materia nō ſit diuiſa in partes quātitatiuas modo ſupra expoſito.

Sed hic ſolet fieri inſtantia dupl'r, primo qa cum ſubſtātia ſit þor nā accidente ex 7.meta.text.4.ergo forma ſubſtantialis gñanda prior eſt nā in materia, quā quantitas ſua. Quęro ergo in illo priori naturæ, ſi mā eſt quāta, uel nō, ſi non, ergo nō ſemp mā remanet diuiſa, & ſic non recipiet hanc formā in hac parte & illā in illa, ſi ſic, ɔtra, quia nō quātitate formæ corruptæ, qm̄. in illo inſtāti introductionis non eſt amplius, nec quantitate ſequēte formam generandā, qm̄ eſt prior natura ſua quātitate. ergo ſi non ponis quantitatē inſeparabilē à materia, nō potes ſeruare indefectibil'r diſtinctionē quantitatiuā in partibus mãæ.

Scđo ſeqtur ex hoc poſitione, ꝙ duæ formæ diſparatæ & ſpecificæ & duę quātitates eiuſdē ſpēi, ſint ſimul pro eodē inſtāti in mā, nam dicis ꝙ in eodem inſtanti forma pcedens et quātitas ſua corrũpitur. Quod aũt corrumpitur eſt, qa nō eſt corruptio niſi entis exiſtētis. & dicis ꝙ in eodē inſtāti forma ſequēs & quātitas ſua gñantur, ergo i illo inſtāti ſunt, qm̄ ſm te in ꝑmanentibꝰ in þmo inſtāti gñationis dat pmũ ſui eē. Hęc āt sũt manifeſtę falſa. ergo &c.

Ad primam dr̄ ꝙ in illo priori naturæ, materia eſt diuiſa, non tñ eſt quanta quantitate formæ corruptæ, nec quātitate formæ gñandæ, ſed eſt diuiſa quantitate extrinſeca ab hac materia, quę. ſ. eſt in alia materia ad hunc ſenſum. Hæc materia eſt indiuiſa in ſe & diuiſa ab alia materia, qa illa hēt quantitatem, quam non hēt hæc materia, ita ꝙ talis diuiſio in illo priori erit p hr̄e & non hr̄e, in inſtāti aũt

introductionis erit diuiſio per habere, in hoc ſenſu. Hæc materia in hoc inſtanti habet hanc quantitatē concomitantem hanc formam ſubalem, & alia materia hēt aliam, ergo ſunt diuiſę abinuicem & ſunt quantę.

Ad ſecūdam nego ꝯñam, ad ꝓbationem cum dr̄, quod corrumpitur eſt, dico ꝙ hęc ꝓpoſitio proprie uerificatur, ſumendo corruptionē pro alteratione pūia ad non eſſe, ſi aūt ſumatur pro definitione rei in ultimo inſtāti terminā te alterationē, ſic eſt falſa, & ſua oppoſita eſt uera. Sic.n. exponitur. Res permanens corrūpitur, ergo deſinit eſſe, ergo nunc non eſt & ante hoc, nunc fuit, ergo &c. Patet ergo ꝙ non ſeqtur duas formas diſparatas. & duas quātitates eſſe ſimul ꝓ eodē inſtāti in mā, fundatur.n. in hoc falſo. Rei ꝑmanentis corrumpende datur ultimum ſui eſſe.

Secunda ratio Comment. fuit, quia ſi quantitas & dimenſiones non præcedunt in materia formam ſubſtantialem, puta formam ignis, qui eſt ſubſtantia corporea, fieret corpus ex non corpore, & dimenſio ex non dimenſione, fieret.n. ignis ſ͠m te, ex materia non quanta. & forma non quanta. hoc autem eſt inconueniens, ergo &c.

Ad hoc dr̄ duplr̄, primo negatur ꝯñtia, qm̄ ut patet ex dictis, qñ gñatur ignis, in nullo inſtanti, materia eſt ſine quantitate, ſecundo dico, quod nō eſt incōueniens corpus fieri ex non corpore in actu, corpore aūt in potentia, ſicut calidū in actu, fit ex calido non in actu, ſed in potentia, in ꝓpoſito dico, ꝙ nō inconuenit, corpus, puta lapis fieri ex mā, quæ nō eſt corpus actu, ſed corpus in potētia, inquantū eſt receptiua formę corporeitatis & quātitatis, eadē.n. potētia materię eſt primo ad formā ſubalem, ſecundario eſt ad formā accidentalem. ſ. ad quantitatē & qualitatem.

Vltra rōnes Comment. adhuc ſunt duæ rōnes tracte ex doctrina. b. Tho. quibus uidetur mām eſſe immediatum ſubiectum quantitatis, & primo ſic ſ͠m b. Tho. ubicunq; ponit ſufficientiam ꝑtorum ut in. 3. phyſic. & in. 5. metaphyſi. in cap. de ente, quantitas conſequitur materiam & qualitas formam, ſi conſequitur mām, ergo non ꝯcomita

tur formã in gñatione rei,ſed p̃cedit eam in materia. Præterea ſuppoſito ꝙ in homine non ſit alia forma diſtincta ab anima intellectiua, quæritur aut quantitas cõſequitur animam intellectiuam, & hoc non, quia fieret extenſa & quãta p accidens, ex conſequẽti eſſet corruptibilis, aut cõſequitur compoſitũ: & hoc nõ, quia qđ conſequitur aliud poſterius eſt eo, quãtitas aũt nõ eſt poſterior homine, cũ de rõne hominis ſit eſſe corpoream ſubſtãm, ergo conſequitur ſolam materiam, ex conſequenti præcedit formam.

Ad hoc dicitur ꝙ cõſequitur ſolam materiam. ſed negatur illa conſequẽtia, ergo præcedit formam, nam non conſequitur m im ut ſuum ſubiectum, ſed ut rationem recepti uã, unde aduerte ſm doctrinam Heruei in. 2. quol. q. 10. eſſe ſubiectum quantitatis, eſt habere quãtitatẽ ſibi inhęrentẽ qua ſit quantũ primo & per ſe, et ut quod, et ſic ſubiectũ quantitatis eſt corpus, quod eſt ſubſtantia corporea, eẽ rationem ſuſceptiuam quantitatis eſt eſſe illud, quo quantũ eſt quantum ſubiectiuę. et hoc eſt materia, qm̃ remota materia non poſſet aſſignari, ſaltem in ſubſtantijs inferiorib⁹ principium eſſentiale quo ſubſtantia compoſita ſit ſubiectum quantitatis, & præcipuę in homine, aliter, ut argumentum probat, ſi in eo principium & ratio recipiendi quantitatem eſſet anima intellectiua, eſſet quanta per accidens, ex conſequenti educta de potentia materiæ.

Secundo ſic. b. Tho. in. 4. li. contra gentes cap. 81. tenet expreſſę. ꝙ remanet materia ſub eiſdem dimenſionibus in mortuo & in uiuo. Dicit. n. ſic, nullum principiorum eſſẽtialium hominis per mortem omnino cedit in nihilum, nam anima rationalis manet poſt mortẽ, materia etiam q̃ tali formæ fuit ſubiecta, manet ſub eiſdem dimenſionib⁹, ex quibus habebat ut eſſet materia indiuidualis, hæc ille, ex quibus patet, ꝙ concedit quantitatem immediate inhęrere materiæ. Nec poteſt reſponderi, ut aliqui Thomiſtę reſpondent, ꝙ licet. b. Tho. in primis operibus ſuis, ut in ſententijs ſi tenuerit, tñ melius conſiderans in ultimis operibus, ut in prima parte, tenuit oppoſitũ, & ſtandũ eſt ulti-

mæ determinationi ſuæ.

Hoc inquam non ualet, quoniam ſumma contra gentes computatur inter ultima & præcipua opera ſua, & tenetur pro teſtamento ſuo.

Alij dicũt, ꝙ in illo loco tenet cum Cõment. non quod ſic ſentiat, ſed quia ſcribit contra gentes negantes reſurrectionem, uoluit uti conceſſis ab eis ad declarandum reſurrectionem eſſe poſſibilem. Sed nec id uidetur ualere, qm̃ in eodem cap. ſoluens eandem rationem inductam poſtquam diſtinxit de duplici corporeitate, loquens de corporeitate quę non eſt aliud quàm tres dimenſiones, dicit ſic. & ſi hæc corporeitas in nihilum reddit corpore humano corrupto, tamẽ idem homo reſurget quia corporeitas primo modo dicta.i.quæ eſt forma ſubſtãtialis & idem eſt, cum anima intellectiua manet, hæc illæ. & aduerte quod ly, & ſi, non ſtat conditionaliter, ſed pro quamuis ut patet, quoniam ſubinfert, tamen idem homo &c. Quare uidetur in eodem contextu ſibi contradicere.

Ad hoc igitur dico ꝙ fuit intentio b. Tho. eaſdem dimenſiones non remanere actu, cum hoc tamen ſtat, ꝙ non omnino reddant in nihilum. qm̃ ſtant in materia ut in radice. Nam ex eo ꝙ remanet forma corporeitatis unibilis materiæ, ſtant potentialiter & radicaliter dimenſiones in materia. unde quando b. Thom. dixit, ꝙ materia etiam quæ tali formæ ſubiecta fuit, manet ſub eiſdem dimenſionibus, intelligendum eſt non actu, ſed radicaliter, ſicut uegetatiuum remanet radicaliter in aia ſeparata. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 3. ſi aliqua qualitas quæ ſit diſpoſitio ad formam introducendam, præcedit formam ita quod non corrumpatur in aduentu formæ.

POSTQVAM quæſiuimus qũo materia ſe habeat ad quantitatem, nunc quæritur qũo ſe habeat ad qualitates diſponentes materiam ad formam recipiendam, & quęritur an recipiãtur imediate in materia, et maneant

in aduentu formæ. Aduerte igr̄, ꝙ hæc quæſtio trahit dif ficultatem, ex eo ꝙ neceſſe eſt materiā diſponi ante aduẽtum formæ, qm̄ actus recipitur in patiente diſpoſito, & ſi ĩ aduentu formę diſpoſitiones corrumpuntur, ita ꝙ rema neat materia nuda, uidetur eſſe indiſpoſita ſicut ante, ex quo nulle diſpoſitiones remanẽt. Hoc eſt pręcipuum fundamẽtum tenentium oppoſitum. Sed hoc nõ te moueat, uerũ ut uer⁹ Thomiſta ſic ꝓcedes. Primo pones ꝯcl'onẽ ꝓ parte negatiua. Secũdo declarabis quõ ſtat materia diſpo ſita, poſito ꝙ omnes diſpõnes corrumpantur in aduentu formæ. Tertio ſolues quædam, quæ inſurgent contra determinationem fiendam.

Quantũ ad primum, ponitur hæc concluſio, nulla qua litas diſpoſitiua præcedit formam in materia, ita ꝙ remaneat in aduentu formæ. Pro notitia huius aduerte, ꝙ cum ex aliquo debet generari aliquid, puta ex ligno ignis, neceſſe eſt materiam ſtantem ſub forma ligni, diſponi ꝑ agẽs calidum cum introductione caliditatis & ſiccitatis ad for mam ignis. & cũ tãta ſiccitas & caliditas recepte fuerint ĩ ligno, ꝙ cum eis in quinto gradu, nõ ſtat forma ligni. ſed ſunt ꝓ forma ignis, corrumpitur lignum, remouetur forma ligni à mã, & cõmitanter corrumpuntur caliditas & ſiccitas introducte pro expulſione formæ ligni, & pro receptione formæ ignis. & eo inſtanti quo obijcitur forma ligni cũ oib⁹ diſpoſitionibus, introducitur forma ignis in mã nuda, quæ eſt in mera potẽtia. & accipit eſſe actu à for ma ſubſtantiali introducta. & non ab aliquo accidente p̄uio. Hanc concluſionem ſic declaratam probo tali rõne. Suppono primo ꝙ forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpl'r, ita ꝙ q̄ primum eſt recepta in materia uerum eſt dicere, talis res eſt abſolute & ſimpl'r, forma aũt accidentalis dat eſſe non ſimpl'r ſed tale. puta calidum, ſuum, &c. Et ratio hui⁹ ſuppoſiti eſt, qm̄ ſicut ſubſtantia eſt ens ſimpl'r, & accidẽs eſt ens ſm quid, ex. 7. metaph. ſic proportionaliter forma quæ eſt ſubſtantia, dat eſſe ſimpl'r. & forma quæ eſt accidens, dat eſſe ſm quid, ſuppono. 2. ꝙ in accidẽtalibus pro-

poſitio de 3.adiacente ſupponit uetitatem propoſitionis de 2.adiacente.Nam hęc ideo eſt uera,homo eſt albus,qa homo eſt,ita ꝙ eſſe album ſopponit eſſe ſubſtantiale hominis.Ex his arguitur ſic,ſi accidentia diſpoſitiua p̄cedūt formam introducendam in materia.& remanent,dāt eſſe actu ipſi materiæ,omnis.n. forma dat eſſe ei in quo recipitur,& tunc quæro,aut dant eſſe actu materiæ ſimpliciter, uel ſ̄m quid,non ſimpliciter, qm̄ ex primo ſuppoſito hoc conuenit formæ ſubſtantiali, cum ſit ſubſtantia q̄ eſt ens ſimpliciter,non ſ̄m quid,qm̄ ex 2. ſuppoſito eſſe accidentale,quod eſt eſſe ſ̄m quid, ſupponit eſſe ſimpliciter cuius ſignum eſt,ꝙ in accidentalibus propoſitio de 3.adiacente ſupponit propoſitionem de ſecundo,ergo ſi materia debet eſſe calida uel ſicca &c.neceſſe eſt ut prius ſit ſub forma ſubſtantiali,per quam primo trahitur extra potentialitatem,& ſit actu ſimpliciter.Impoſſibile eſt ergo in aduētu formæ præſupponi aliquas diſpoſitiones, quæ nō corrumpantur.& hæc eſt uera uia peripate. Conſideranti.n. ꝙ materia quodam ordine reſpicit formas,ſtatim apparet rationabile, quod ſuſcipiat prius eam, per quam ſit actu ſimpliciter,quàm eam per quam ſit actu ſecundum quid.

Quantum ad ſecundum aduerte,ꝙ ſi ille diſpoſitiones non cauſarentur,quādiu res corrūpenda alteratur, & materia diſponitur ad remotionē formæ quam habet, & ad receptionē formæ quam non habet.Et ſi cōſimiles diſpoſitiones non concomitarentur formā introducendā,quales fuerūt cauſate ante inſtās introductionis formæ.Materia utiq; remaneret indiſpoſita,uez quia materia iam fuit ſub præcedentibus. & erit ſub conſimilibus ɔcomitantib' ex tali ordine ad pręcedentes.& ad ſubſequentes,remanet ſufficienter diſpoſita,qm̄ eſt ac ſi eas haberet, conſiderato ꝙ de facto haberet, ſi non deficeret ſubiectum ſuſceptiuum,quod ut dictum eſt debet eſſe ens actu,& qm̄ remota forma corrumpenda non remanet materia actu, ſed ſit actu per formam generandam, hinc eſt ꝙ non remanent actu diſpoſitiones præcedentes. Cum hoc tamē ſtat ut di

ctum eſt, ꝙ materia remanet diſpoſita & deſignata ad talem formam, pro cuius receptione ꝓceſſerunt diſpoſitiones. Et ſi dicas, ergo ſi corrũpuntur in inſtãti introductionis, uanę fuerũt introductę ꝓ receptione formæ gñandæ, nego ꝯñtiam, qm̃ ſic requirit ordo corruptionis & generationis naturalis. & ſi dicas ſi materia remanet diſpoſita ex ordine ad diſpoſitiones præcedentes, uanę concomitantur conſimiles formam generandam, nego ꝯñtiam; qm̃ conſimiles concomitantur non pro introductione, ſed pro conſeruatione formæ in materia.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ contra determinationem factam, uidetur eſſe pħs in 2. de generatione in text. 25. ubi aſſignans rationem facilioris tranſmutationis inter elemẽta ſimbolica dicit, quia facilius eſt unum q̃ multa tranſmutare, ubi Comment. inquit, ignis fit aer corrupta ſiccitate tantũ, & remanente caliditate, ergo ſm pħm non corrumpuntur omnia accidentia in aduentu formæ, ſed quædam remanent, quæ prius fuerunt in re corrupta, illa. ſ. quæ faciunt pro forma generanda.

Pro ſolutione huius dubij aduerte, ꝙ qui ſequuntur Cõment. ut Marſilius in 2. de generatione. q. 10. & Albertus Saxo. in. q. 8. tenent ꝙ qualitas ſimbolica remanet eadem numero in generato & corrupto. quia extimant non aliter poſſe ſaluari faciliorem tranſitum inter elemẽta ſimbolica. Nam ſi utraq; qualitas corrumpitur, ut in elemento non ſimbolico, non uidetur ratio facilioris tranſitus, cum tot corrumpantur in generatione elementi ſimbolici ſicut non ſimbolici, & præterea. Q̃ õ ſaluabitur dictũ pħi dicentis: facilius eſt unum quàm multa trãſmutare.

Sed contra hanc uiam eſt b. Tho. & oẽs qui tenẽt determinationem factam. Iſti dñt, ꝙ qualitas ſimbolica corrũpitur ſicut non ſimbolica, aliter eadem qualitas numero migraret de ſubiecto in ſubiectum, nam qñ ex igne generatur aer, ſi caliditas nõ corrũpitur, ſicut pri⁹ inerat igni, ſic deinde inerit aeri, nec ualet dicere (ut Marſilius in 2. de generatione. q. 10.) qui tenet, ꝙ qualitas ſimbolica eſt tm̃

in uno ſubiecto .i. in materia prima, quæ remanet eadem in elemento corrupto & in genito, duoꝶ autem eſt tantũ denominatiue, ſicut .n. caliditas aeris denominabat aerẽ calidum antequam conuerteretur in ignem, ſic eadem nu mero denominat ignem calidũ generatum ex aere. Hæc inquam reſponſio non euadit argumentum quoniam ca liditas ſicut dabat formaliter eſſe calidum aeri, ita ſi rema net eadem in igne genito ex aere dat igni formaliter eſſe calidum. Sed non poteſt dare ſibi formaliter eſſe tale, niſi realiter inſit illi, ergo non ſolum denominatiue eſt duoꝶ, ſed formaliter & realiter, & ſic migrat realiter de ſubiecto in ſubiectum, quod apud omnes eſt impoſſibile. Hæc eſt mens b. Tho. in 2. de generatione in expoſitione tex. 25. contra quam inſtant dupliciter. Primo quia ut tactum eſt ſi tot corrumpuntur ſicut in elemento ſimbolico, non po terit aſſignari ratio facilioris tranſitus. Secundo non pote rit ſaluari dictum philoſophi dicentis, facilius eſt unum quàm multa tranſmutare.

Ad primum inuenio duas rñſiones rationabiles, una eſt Egidij in 2. de gñatione in expoſitione tex. 25. & intẽ dit, ꝙ licet tot corrumpantur, quot in non ſimbolico, tñ eſt facilior tranſitus, quia in non ſimbolico utraqꝫ q̃litas corrumpitur per ſe & à ſuo cõtrario, in ſimbolico aũt una tantum per ſe & à ſuo contrario, altera uero tantum per accñs, quia ad corruptionem ſui ſubiecti quod eſt ipſum compoſitum ex mã & forma ſubſtantiali. Alia rñſio eſt b. Tho. in eodem loco & intendit, ꝙ ideo eſt facilior tranſi tus, licet utraqꝫ qualitas corrumpatur, quia qualitates nõ ſimbolicæ corrumpuntur cum reſiſtentia, eo ꝙ ut cõtra riæ reſiſtunt corrumpentibus ſuis contrarijs, & reagunt quantum pñt, qualitas autem ſimbolica ſine aliqua reſi ſtentia & reactione corrumpitur, non .n. caliditas aeris corrumpendi reſiſtit aut reagit in caliditatem ignis gene randi, cum ſimile non agat in ſuum ſimile, nec ei reſiſtat. Quia igitur in gñatione ſimbolici eſt reſiſtentia ſolum ꝑ unam qualitatẽ, in non ſimbolico aũt ꝑ duas, iõ gñatio

huius facilior eſt, illius autem difficilior.

Sed contra hanc reſponſionẽ inſtatur argumẽto Marſilij ubi ſupra, in non ſimbolicis duo agunt, & duo reſiſtunt, in ſimbolicis unum agit & unum reſiſtit, ſed talis eſt proportio unius ad unum, qualis eſt duarum ad duo cæteris paribus, ergo æque uelox erit tranſitus inter ſimbolica, ubi unum agit & unum reſiſtit, & inter non ſimbolica ubi duo agunt & duo reſiſtunt.

Ad hoc dicitur, ꝙ cætera non ſunt paria, nam in duob' ſimbolicis minus reſiſtit ſuæ contrariæ qualitas non ſimbolica, q̃ in non ſimbolicis duæ non ſimbolicæ ſuis cõtrarijs. Puta min' reſiſtit humiditas aeris ſiccitati ignis, quã humiditas & frigiditas aquę ſiccitati & caliditati ignis, & rõ eſt hæc, qm̃ caliditas ignis coadiuuat ſiccitatem ad corrumpendum humiditatem aeris, ſiccum.n. adiunctum calido fortius excitat. Qñ autem ſiccitas ignis corrumpit humiditatem aquæ, non ita coadiuuatus à caliditate. qm̃ frigiditas aquæ retardat caliditatem ignis, eſt & alia ratio euidentior, qm̃ caliditas aeris coniuncta caliditati ignis adiuuat ſiccitatẽ ignis ad corrũpendũ humiditatẽ aeris, non quidem per ſe qm̃ ut ſic eſt naturalis aeri, ſed per accidens, i. quia fit in naturalis aeri ex coniunctione ad caliditatem ignis, & tunc facta innaturalis. i. excedens proportionem debitam aeri, deſtruit humiditatem aeris, Id autem non contingit in non ſimbolicis, non. n. frigiditas aquæ adiuuat calorem ignis ad corrumpendum humiditatem aquæ, nec humiditas aquę adiuuat ſiccitatem ignis ad corrumpendum frigiditatem aquæ. qm̃ non ſimbola & contraria potius ſe mutuo corrumpunt, q̃ adiuuẽt, aut ſe mutuo conſeruent. Patet. ergo ꝙ non ſeruatur talis ꝓportio unius ad unum in corrumpendo, qualis eſt duoꝝ ad duo, eo ꝙ reſiſtentia non eſt æqualis, ut declaraui.

Ad ſecundum aũt dicitur, ꝙ dictum p̃hi ſic habet intelligi, facilius eſt unum quam multa tranſmutare, qm̃ licet pro ueritate tot corrumpãtur in g̃natione ſimbolica quot in non ſimbolica, tamen eſt ac ſi unum tantum corrũperetur,

retur,qm̄ ſimbolica qualitas ſine reſiſtentia corrumpitur, in non ſimbolicis autem multa per ſe & cū reſiſtentia corrumpuntur,propterea ueꝝ eſt dicere,ꝙ facilius eſt unum cum reſiſtentia,q̄ multa cum reſiſtentia tranſmutare.

Aduerte ꝙ contra determinationem factam multa formantur & ſoluuntur argumenta,recitata à Capr.in 2. di. 15.q.1. & ex eis magis apparentia adducit Paul.Sonc. in lib.8.metaph.q.9.Sed in his nolo ĩmorari,qm̄ & Capr.& Paul.tibi ſufficient. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō.4.ſi materia poteſt ſimul informari pluribus formis ſubſtantialibus.

IAM expediuimus qūo mā reſpicit formas accn̄tales; nūc aūt ꝯſiderabimus qūo reſpicit ſubſtantiales.& qm̄ ſupra ꝓbauimus, ꝙ mā prima ĩmediate recipit formā ſubālem,reſtat conſiderandū ſi pōt ſimul informari pluribus formis.Ex hoc.n.manifeſtum erit ſi in eodem cōpoſito pn̄t eſſe plures formæ uel non,& qm̄ hæc quæſito ꝓlixam diſcuſſionem reqrit ꝑꝑ multiplices opiniones circa pluralitatem formaꝝ in eodem,ne fiat confuſio,cū ſit eadem rō de uno compoſito & ꝓcipuæ de animato, ſicut de alijs,aſſumo illud cōpoſitū in quo uř maior rō plurificādi formas ꝑꝑ multiplicitatē ſuaꝝ oꝑationū, & hic eſt hō ſ̄m oēs,ſi ergo conſtabit, ꝙ in hoīe eſt tm̄ una forma de alijs cōpoſitis,non erit dubiū.Pono igitur hāc diuiſionē. & de quolibet diuiſionis mēbro erit ꝯſideratio ꝑticularis.

Si in hoīe ſunt plures formæ, uel eſt forma corporeitatis coæterna & inſeparabilis à mā ſ̄m Auic. & aīa qua hō ꝯſtituitur in ſpē,uel eſt forma corporeitatis,q̄ & forma mixti dř ſeparabilis tñ à mā, & aīa qua hō ꝯſtituitur in ſpē, uel iſtæ plures formæ ſunt formæ el̄ntoꝝ,uel ſunt ſ̄m ꝑta quidditatiua,uel ſ̄m numeꝝ operationem uitalium,puta qa differunt uegetare,ſentire, intelligere, ĩta differūt realř anima uegetatiua,ſenſitiua,intellectiua,uel ſ̄m numeꝝ & diuerſitatem partium,organicaꝝ.Sed nullo iſtoꝝ modorum plurificantur formæ in homine,nec ex ꝯn̄ti in quocunq; aliq compoſito, ut apparebit infra, ponendo pro-

ſingulis membris diuiſionis concluſiones negatiuas.

Quantum ad primum membrũ diuiſionis, aduerte, ꝙ Auic.in 1.lib.ſufficientiæ in ca.2.diſtinguens de corpore, ut eſt in gñe ſubæ.& ut eſt in gñe quãtitatis, qđ nõ eſt aliud q̃ trina dimẽſio,extimat ꝙ forma corporeitatis.q̃ eſt ſubſtãtia,ita ineſt mãæ, q̃ nõ mutatur nec ſeparatur ab illa,dimẽſiones aũt ꝑmutãtur, ita ꝙ mã exñs inſeparabilr ſub corporeitate,recipit als & als dimenſiones ſm ꝙ exigũt formæ ſpecificæ,quas mã ſucceſſiuæ recipit, & exemplificat de cera dicens. Quia cera aut pars aquæ aliqñ hẽt dimẽſiones in effectu.ſ.lõgi.lati. ꝓfun. definitas ſuis terminis. Sed qñ cõmutatur figura ceræ corrũpuntur unaquæꝗ illaꝝ dimenſionũ aſſignataꝝ,& ſuccedunt loco illaꝝ aliæ dimenſiones,& corpus remanet in ſua corporeitate,nec ꝑmutatũ nec corruptũ, forma.n.quam aſſignauimus.ſ.ꝙ ipm eſt eiuſmodi,in quo poſſe eſt intelligi has dimenſiones,nec eſt ꝑmutata nec corrupta.Rõ aũt q̃ mouit Auic.extimatur eſſe, qa cognouit neceſſe eſſe partes mãæ diſtingui quantitatiue,ut ſit ſm diuerſas partes receptiua diuerſaꝝ formaꝝ,extimauit aũt corporeitatẽ de gñe quãtitatis non poſſe ineſſe mãæ,niſi prius inſit corporeitas de gñe ſubæ,eo ꝙ accñs ſupponit ſubm in actu in quo recipitur.& i hoc differt opinio Auic.de corporeitate ab opinione Cõment.de dimenſionibus.Quia.n.extimauit Cõmẽ. dimẽſiones poſſe ineſſe mãæ, imediate poſuit eas coæuas & inſeparabiles à mã,& negauit corporeitatẽ poſitam ab Auic.Sed imaginationẽ Cõmẽt.reprobauimus ſupra,nũc aũt reprobabimus Auic. ſub hac ꝯclone, corporeitas non eſt coæterna nec inſeparabilis à mã,immo nec ſecũ cõpatitur aliã formam ſubſtantialẽ in hoie, nec in alio cõpoſito,ꝓ pma parte arguitur ſic,ſi corporeitas eſt coæterna & inſeparabilis à mã,q̃ro,aut illa corporeitas eſt uñis uel ſingularis, non uñis, qa uñia non dant eſſe nec hñt eſſe niſi ꝑ ſingularia,alr coincides cum Plato.& multo minus informant mãm. Non ſingularis, alr ſequitur ꝙ idem indiuiduum locatur ſub duplici ſpẽ in gñe ſubæ,nã accepto So-

crate ueꝝ eſt dicere ꝙ eſt in ſpẽ hoīs ꝑꝑ aīam rõnalem,& ꝓbo ꝙ ſi corporeitas ineſt mãæ Socratis in aduentu aīæ. Socrates eſt in alia determinata ſpẽ,& arguo ſic. Oīs forma ſubſtantialis ſingularis & indiuidua coniuncta mãæ conſtituit hoc aliquid & cõpoſitum determinate ſpẽi. Sed corporeitas exñs iſeparabilis à materia Soc. eſt forma &c. ergo &c. Nec ualet dicere ꝙ maior nõ eſt uera, niſi de forma ꝑfecta, corporeitas aũt uelut fundamentũ ſuperuenientium formaꝝ eſt imperfecta. Hoc inquam non ualet, qm̃ licet forma imperfecta non conſtituat hoc aliquid ita ꝑfectum ſicut facit forma perfecta, tñ ueꝝ eſt dicere, ꝙ proportionaliter conſtituit hoc aliquid ita perfectum in gñe ſuo, ſicut forma perfecta in genere ſuo, ſicut forma terræ ita conſtituit terram ꝑfectam perfectione debita terræ, ſicut forma ignis ignẽ perfectione debita igni. Et aduerte ut exerceas te in ſuſtinẽdo hoc principium. Quælibet forma ſubſtantialis quantumcunqꝫ imperfecta, facit hoc aliquid,& conſtituit in ſpẽ determinata, ex hoc.n.corruit tota uis ponentium pluralitatem formarum.

Secundam partem ꝯclõnis ſic manifeſto, ſi ſecum compatitur aliã formam, q̃ro aut forma ſuperueniens trahit materiam extra potentialitatẽ, aut non, ſi nõ trahit eam, ergo corporeitas non dat materia eſſe actu, ex ꝯñti ita eſt ens in potentia exiſtens ſub corporeitate ſicut ante, qđ eſt contra Auic.& ꝑterea. fruſtra poneretur in materia. ſi trahit eam, ergo materia iam eſt actu per corporeitatem, ex ꝯñti forma ſuperueniens aduenit enti in actu, ergo ſm̃ illam non eſt generatio ſub̃alis, qm̃ ph̃s in 5. phy. tex. 8. ponens dr̃iam inter motum & mutationem ſubſtantialem, aſſignat ꝓ ſubiecto motus ens actu,& pro ſubiecto mutationis ſubſtantialis ens in potentia, ponere ergo aliã formam aduenire materiæ actuatæ per corporeitatem nõ eſt aliud, quàm deſtruere generationem ſubſtantialem.

Aduerte ꝙ contra hanc determinationem fiunt multa argumenta in fauorem Auic. quę ſoluemus poſt reſolõnẽ ſcđi mẽbri diuiſionis, qm̃ utriqꝫ deſeruiũt ut declarabitur.

Quantũ ad ſecundũ mẽbrũ diuiſionis aduerte, ꝙ Scotus ut patet in 4.ſen.di.11.& Ant. And. in lib.7. metaph. q.17.licet nõ concordent cũ Auic.quo ad modũ ponendi formã corporeitatis diſtinctam à forma ultimata & propria qua conſtituitur compoſitum in ſua ꝓpria ſpẽ,ↄcordãt tñ in poſitione, unde aduerte ꝙ in uno cõueniunt cũ Auic.& in tribus diſcordant,conueniunt quidẽ in hoc, ꝙ ſicut Auic. ponit diſtõnem realem inter formã corporeitatis, & formã ſpecificam in eodem,ſic Scot. in aliquibus cõpoſitis tenet eandem diſtõnem & maxime in rebus animatis.Diſcordãt aũt in duobus,ꝓmo qa Auic.in oĩ cõpoſito tam in elñto quã in elñtato, tã in aĩato quã non aĩato, poſuit formã corporeitatis diſtinctã à forma ſpecifica, & rõ ſua fuit,qa cũ extimauerit,ut dictum eſt ſupra, formã corporeitatis eſſe inſeparabilẽ à mã,ſi eſſet idem cum formis ſpecificis ſubſtantiaꝝ inferioꝝ,non poſſet reddere rõnem, quare tam elñta quã elñtata ſubſtantialr corrũpuntur. nõ .n.eſt corruptio ſubſtantialis,niſi qa forma dans eſſe ſubſtantiale remouetur à mã, ſi ergo formæ ſpecificæ hoꝝ inferioꝝ non diſtinguerentur à corporeitate, iuxta poſitionẽ Auic.non eſſent ſubæ corruptibiles,Scot.aũt in ſolo uiuente ponit formã corporeitatis diſtinctam realr à forma ſpecifica q̃ eſt anima.& rõ quidẽ Scoti fuit, qa aĩa q̃ uř eſſe forma inextenſa non põt cauſare in uiuente ea q̃ cauſantur à forma corporeitatis. Hæc aũt ſunt facere rem quantam & extenſam.Non.n.uř poſſe ꝙ forma inextenſa qualis eſt anima det eſſe extenſum & quantũ,& ideo cum uideamus uiuẽtia inferiora hře eſſe extenſum, cũ ſint corporea,credidit Scot.neceſſe eſſe ponere ĩ uiuẽte ultra aĩam formã corporeitatis,quã appellat formã mixti, eo ꝙ conſurgit ex mixtione elñtoꝝ, in elñtis aũt & elñtatis inanimatis ut in lapidibus,non poſuit formã mixti diſtinctã à forma ſpecifica,qm̃ cum forma elñti & elñtati inanimati, nõ ſit ullo mõ immãlis nec ſpũalis,põt dare eſſe ſpecificũ. & eſſe corporeum qđ eſt eſſe extenſum & quantum,ita ꝙ uirtualr põt quicquid põt forma corporeitatis:ex ↄſequẽ

ti non eſt neceſſe ꝙ diſtinguatur à corporeitate, uñ apud Scotũ eſt hoc ut principiũ. Cuicunque debẽtur plura eſſe ſi illa pñt cauſari ab unica forma, nõ plurificãtur in eo formę, ſi aũt non pñt cãri ab una, neceſſe eſt formas in eo plurificari. Diſcordat ſcdo qa Auic. poſuit eam coęternã & inſeparabilẽ à mã, Sco. aũt non, nam ẜm ipm qñ gñatur ſortes, ꝑ additionem agentis nãlis ante formã ſpecificam & ultimatã, introducitur in mã forma corporeitatis, qua ſortes habet eſſe corporeũ ꝗ tenet remaneret in ſorte mortuo donec paulatim reſoluitur in elnta, tunc.n.ſoluitur forma mixti. & qm̃ poſt ſeparationẽ aiæ adhuc ẜm Sco. ſtat forma mixti, ideo ẜm ipm, corpus uiuũ & corpus mortuũ eſt idẽ numero corpus. Hæc fuit imaginatio Scoti, & rõnes ad eã formabimus in ultimo huius partis & ſoluemꝰ.

Nunc aũt reprobãda eſt poſitio ſua, quo ad duo, ꝑmo. Quantũ ad illud qdꝰ dicit, formã ſpecificã in uiuentibus ꝗ eſt aia, non poſſe cauſare in uiuẽte ea ꝗ cãt forma corporeitatis.ſ.eſſe extẽſum & quantũ, qm̃ aia eſt inextẽſa. Contra hoc quidẽ arguitur, qm̃ licet de aia intellectiua uerum ſit, ꝙ eſt penitus inextẽſa, tñ id ulr ſuſtinere nõ põt Scot. de aia uegetatiua & ſenſit. nã aia cuius oẽs potentię ſunt organicę, & actus organici, ur eſſe extẽſa & quãta ꝑ accidẽs. Hac.n.rõne tenemus aiam intellectiuã ut intellectiuã, eſſe penitus inextenſam, qm̃ potentiæ intellectiuæ & actus intelligendi ſunt nõ organici, ſed ꝯſtat ꝙ potẽtię & actus aię uegetatiuę & ſenſitiuæ ſunt organici, ergo &c.

Præterea, poſito ꝙ Sco. poſſet ſaluare dictũ ſuum, quo ad aiam ſenſitiuam aialis ꝑfecti, nõ tñ quo ad uegetatiuã in plãtis, nec quo ad ſenſitiuã in imꝑfectis ut in aiali anuloſo. & arguo ſic. Aia ꝗ indifferenter aiat partem in toto, & ſeparatã à toto eſt extẽſa ꝑ accñs, qa niſi diuideretur ad diuiſionem partis nõ aiaret partẽ extra totũ. Hac.n.rõne multi tenẽt ſenſitiuam aialis ꝑfecti eſſe inextenſam oino, qa non aiat partem extra totum. Sed conſtat ꝙ uegetatiua in plãta, aiat partem extra totum, alr ramus deciſus & plantatus nõ uiueret, ſilr ſenſitiua in aiali anuloſo, ut in

lacerta aíat partem extra totum,ergo &c.et hoc confirmatur ꝑ pħm in.2.de aía text.19.ubi ſic inquit,ſicut.n.in plãtis quædam vñr diuiſa uiuentia et ſeparata abinuicẽ,tanq̃ exiſtente in his aía, actu quidem una in unaquæq; planta,potentia aũt pluribus ſic uidemus, & circa alteras aiæ dñias accidere ut in enthomis deciſis &c.Et quibus cõſtat ꝙ ſi in planta,& in enthomo,eſt anima una actu, & plures potentia ꝙ eſt quanta per accidens,aliter non diuideretur,nec fieret actu plures ad diuiſionem partium à toto.

Scđo arguitur ꝯtra Sco.quantũ ad hoc,ꝙ tenet in hoíe formam ſpecificam quæ eſt aía intellectiua & formã corporeitatis diſtinguit realr,& formam corporeitatis ꝑcedere tꝑe aíam intellectiuam & remanere in aduentu aiæ,ita ꝙ aía aduenit mãæ iam exiſtenti,& aduenit compoſito iã extenſo ꝑ formã corporeitatis & ꝑ trinam dimenſionem ꝯcomitantẽ formã corporeitatis.Contra hoc igitur ſic arguitur.Aía quæ recipitur in ſubo exiſtenti actu, et iã extenſo inq̃tum extenſo,de neceſſitate fit extẽſa ꝑ accñs.Hęc patet,qm̃ non alia rõne albedo recepta in ſubo quanto fit extẽſa ꝑ accñs,niſi quia recipitur in extenſo ꝑ ſupficiẽ inquantũ extẽſo.Sed ſm Sco.aía intellectiua diſtincta realr à corporeitate,recipitur in ſubo iam exiſtenti actu & extẽſo,inquantũ extenſo, qm̃ ſm ipm recipitur in cõpoſito ex mã et forma corporeitatis,ergo de neceſſitate fit extenſa ꝑ accñs,qđ eſt contra ipm Sco.& contra ueritatem, qm̃ cõiter tenetur,formam extenſam educi de potentia mãę,non ergo tenendum eſt formam corporeitatis diſtingui realiter ab anima intellectiua.

Vltimo ſoluendæ ſunt rõnes ꝓncipaliores quæ ſolent induci pro opinione Scoti.& ſequentium uiam ſuam.

Prima.Homo uerę eſt corpus & eſt ꝑtio in.1.modo ꝑ ſe,ergo eſſentialis, ergo per aliquam formam eſt corpus, et nõ per animam intellectiuam, ergo per formam corporeitatis diſtinctam ab anima intellectiua.

Ad hoc põt duplr rñderi ꝓmo cõceſſu, ꝙ hõ uerę & eſſentialr & in 1.modo ꝑ ſe ſit corpus,nego hãc ꝯñam,ergo

p aliquam formã, nam aliqua pta eſſentia ſumunt à mã, q̃ eſt pars eſſentiæ in ſuba cõpoſita, ſicut ibi hõ eſt corruptibilis, non p formã quę eſt aĩa intellectiua, ſed pp mãm ſubam priuationi. Sic in ppoſito, hõ eſt corpus pp mãm q̃ licet non ſit ſubm trium dimenſionũ, eſt tñ rõ receptiua eaꝝ in hoie, & non forma hoĩs, ut diximus in.q.2.huius octaui, ſcdo cõceſſo ꝙ hõ ſit corpus p aliquam formam, nego quin p aĩam intellectiuã, nec obſtat qa eſt ſpũalis, nã licet inquantũ intellectiua ſit mere ſpũalis, tñ quia ſm ſubam ęqpollet formæ corporeitatis & ueg. & ſenſitiuæ. nõ incõuenit ꝙ p ipſam hõ habeat eſſe corporeũ & ſit corpus, nec eſt neceſſe ad hoc ꝙ aĩa det eſſe corporeũ, ſit formalit̃ corporea.i.extẽſa ſiue quanta per ſe uel p accidens, ſed ꝙ ſit pars quanti p ſe, & qm̃ ſuba aĩæ intellectiuæ eſt pars quãti per ſe.i.hoĩs qui eſt quantus per ſe pp materiã, quã diximus eſſe rõnem recipiendi in hoie quantitatem, ideo per ipſam hõ eſt corpus. Quod ſi anima eſſet ſpũalis ut ſuba ſeparata non poſſet per ipſam hõ eſſe corpus, quia ſuba ſeparata non eſt apta eſſe pars eſſentialis rei quantę.

Scdo. Hõ componitur ex corpore et aĩa, igitur aut corpus eſt mã ſola & hoc non, qa poſſemus dicere elementũ eſſe cõpoſitũ ex corpore & forma ſua, qđ nullus dicit, aut eſt mã cũ aliquo accñte, puta cum quantitate, et hoc non, quia nullũ accñs eſt de eſſentia hoĩs, ſed eſſe corpus eſt eſſentiale hoi, aut eſt mã cũ aĩa intellectiua, & hoc non, qa cũ dr̃ hõ eſt cõpoſitus ex corpore & aĩa intellectiua, ly anima cõdiſtinguitur ut pars ꝯtra ly corpus, ergo eſt mã cũ forma corporeitatis, q̃ eſt alia forma ab aĩa intellectiua.

Ad hoc dr̃ ꝙ eſt aĩa intellectiua cũ materia, nõ pro gradu intellectiuo, ſed ut dat eſſe corporeũ. Nec eſt uerum ꝙ aĩa & corpus ſint duæ partes ita ꝯdiſtinctæ, ꝙ corpus nõ includat aĩam, imo dico, ꝙ ly corpus, eſt quoddã totũ cõpoſitũ ex mã & aĩa intellectiua ſm ſubam ſuã, licet non ſm intellectiuã, nec concedendũ eſt hoiem cõponi ex corpore & aĩa ut duabus partibus, quarũ una non includit aliã, licet apud uulgus uideatur ſic eſſe, ſed potius dicẽdũ

eſt ꝙ corpus eſt quoddam totum, & anima pars.

Tertio. Qñ aĩal moritur, materia ꝑ nullo inſtanti eſt ſine forma corporeitatis, quæro ergo, aut eſt eadẽ numero quæ fuit in materia, dum aĩal uiueret, aut noua introducta, nõ noua introducta, qm̃ nullus effectꝰ unus ſm ſpẽm ꝓducitur indifferẽter à quo uis agente uno uel pluribus ſm ſpẽm, nec ẽt indifferenter ſm quãlibet mutationem ꝑuiã, ſed à determinato agẽte, & ꝑ determinatã mutationẽ ꝑuiã. Sed uidemus ꝙ ſi aĩal moritur gladio uel fuſte, uel ſuffocatur, uel morbo intrinſeco, uel quocunqꝫ alio modo, ſemper cadauer eius eſt eiuſdem rõnis, ergo non tunc de nouo ꝓducitur illa forma corporeitatis, ſed ꝑerat in uiuente, producta à determinato agente.

Ad hoc dr̃ ꝙ eſt ꝓducta de nouo, ad improbationẽ nego maiorem, qñ effectus eſt uia ad definitionem rei. Talis .n. effectus ordinatur ad formam cadaueris, quæ eſt forma uilis. & cum ſit uilis nõ inconuenit ꝙ à diuerſis agẽtibus, & diuerſis modis ſiue mutationibꝰ ꝓducatur, ꝓcipuę qa ꝯueniunt in hoc, ꝙ licet diuerſimodę agant, tñ ſemper cauſant alterationẽ, qua diſponitur mã ad remotionẽ aĩæ & receptionẽ formæ cadaueris, quæ ex uilitate ſua de facili ꝓducitur, et ueluti nãli ſequella ſequitur obiectionẽ aĩę.

Quarto. Mortuo aĩali, remanent eadem accidentia ut quantitas, figura, color &c. ergo remanet eadẽ forma corporeitatis, per quam inſunt.

Ad hoc negatur añs, licet .n. ſiĩa introducantur ꝯcomitantia formam cadaueris, non tamen ſunt eadem, licet ſenſus aliter iudicet. Sicut non ſunt eadem accidentia ꝑcedentia & concomitantia formam generandam. ſeu ſimilia, ut diximus ſupra.

Alia argumenta recitat Pau. Sonci. in. 8. meta. q. & ſoluit contra Scotum ac ſequentium eum, quæ uidebis ad placitum. Mihi ſufficit ſoluiſſe ea, in quibus principaliter ſe fundat opinio Scotiſta.

Quantum ad tertium mẽbrum diuiſionis aduerte, ꝙ et Auic. & Comment. ponunt in elementato ultra formam

ſpecificam,remanere formas elementorum actu.Sed differenter,qm̃ Auic.uoluit eas remanere integras.Cogitauit .n.ꝙ cum ſint ſubſtantia, non recipiunt magis & minus, unde conſiſtāt in indiuiſibili, neceſſe eſt in mixto dum generatur aut eas corrũpi aut remanere integras.Sed nõ eſt dicendum ꝙ corrumpātur qm̃ hæc eſſet falſa, elementatũ componitur ex elementis, partes.n.componentes neceſſe eſt ſaluari in compoſito,remanēt igr̃ integre,uerum quia aduertit, ꝙ ſi formæ elementorum remanent integre in mixto, & ſi qualitates eorum remanerēt in ſuis excellentijs intēſe,nõ poſſet fieri mixtio(neceſſe eſt.n.mixta iuxta naturam ſuam eſſe temperata,pro quantq unum declinat magis ad ſiccitatem,alterum ad oppoſitum,unum ad caliditatē,alterum ad oppoſitum)ideo uoluit Aui.qualitates elementorum corrumpi per alterationem adinuicem. & ex eis cõſtari qualitatem unam,quam dicebat complexionalem continentem in ſe uirtualiter omnes quattuor qualitates nõ tamen ęquali gradu,ſed pro diuerſa complexione,aliquando declinat ad calidum aliqñ ad oppoſitum. Hæc fuit imaginatio Auic. contra quam arguemus infra, & ſoluemus rationes ſuas.

Auerroes autem licet in.1.de gñatione cõmen. ultimo uideatur tenere cũ Auic.tamen in.3.li. de cęlo cõmēt.67. penitus recedit à uía Auic.Et dicunt commentiſtę id non eſſe mirum,qm̃ in iuuentute compoſuit ſuper lib.de generatione,in ſenectute autem ſuper lib.de cœlo.Igr̃ ut ſuſtineret mixtionem non eſſe corruptionem,poſuit elementa & formas eorum ſaluari actu in mixto. Credidit.n.ꝙ ſi non ſaluatur actu.mixtum non eſſet mixtum,quæ.n. miſcentur nõ corrumpuntur.Nam dicit pħs in.1.de generatione te.84.Quæ miſcētur neq; corrumpuntur neq; unũ neq; ambo, ut autem ſuſtineret mixtionem non ſolum ſm ſenſum ſed ueram mixtionem, in qua ſm doctrinam pħi l.1. de gñatione tex.85.& 86.nulla pars diſtinguitur ſitu ab alia,ſed fit mixtio ſm totum ita ꝙ miſcibilia cõueniunt in unam formam compoſiti quod fit unum ꝑ ſe, et

aduertens hoc eſſe impoſſibile, ſi formæ elntoꝝ remanerent actu integre in mixto, ut magis declarabitur qñ arguemus contra Auic.poſuit ipſas remanere refractas ſiue remiſſas. Dicit.n.ꝙ ſuſcipiunt magis & minus & ſunt cõtrarię,& ſunt medię inter formas ſubſtantiales & accidentales propter ſuam imperfectionem, cum ſint propinquiſſimæ materiæ primæ. & ideo non eſt mirum ſi ut accedunt ad naturam formarum accidentalium poſſunt intẽdi & remitti. Hęc fuit imaginatio Commen. contra quem arguemus. & ſoluemus fundamentum ſuum.

Contra Auic. arguitur duabus rõnibus quas tangit b. Tho.in 1.de gñatione in expõne tex.84.et ſuſtinebo eas.

Prima eſt ſi elementa ſunt acta in mixto ineſſe integro uel nõ ſaluatur uera mixtio,uel plura corpora ſunt in eodem ſitu, quoꝝ utrũque eſt falſum & reprobatũ ab omnibus.ꝯñtia probatur. Quæro de formis elementoꝝ exiſtentium actu in mixto, aut ſunt informantes eãdem partem materiæ,aut diuerſas,non eandem,qm̃ licet apud multos eadem materia poſſit informari ſimul pluribus formis, quarũ una eſt ordinata ad aliam, ut corporeitas ad aĩam & forma generis ad formam ſpeciei, tñ nullus ponit eam poſſe informari ſimul pluribus formis ſpecificis,quarum una non ordinatur ad aliam, conſtat aũt formas elntoꝝ eſſe formas ſpecificas,quare &c. Si informant diuerſas,ergo conſtituunt diſtincta corpora, qm̃ non diuiditur materia niſi per quantitatem. Sed ex forma ſubſtantiali & materia quanta conſtituitur corpus. Cum igitur ſint diſtinctæ materiæ & diſtinctæ formæ erunt diſtincta corpora. Tunc ultra aut iſta diſtincta ſunt in diſtincto ſitu, & ſic nõ erit uera mixtio, ſed diſtinctoꝝ iuxta poſitionẽ, quã pħs in 2.de gñatione dicit eſſe mixtionẽ ad ſenſũ,aut ſunt in eodẽ ſitu, & tũc ſeqtur multa corpora eſſe ſimul, qđ apud oẽs tenetur impoſſibile ut probatur in 4.phyſic.

Secunda eſt ſi Auic.debet ſaluare ueram mixtionem, neceſſe eſt ut ponat quattuor formas elementoꝝ informare eandem materiam, aliter ut deduximus in prima rõne

non eſſet mixtio ſm totum,ſed per iuxta poſitionem.Sed ſi informat eandem mãm,cũ qualibet forma requirat ꝓprias diſpoſitiones.i.tantum quantitatem & tales qualitates, & in tanto gradu & formæ elementorum requirant unam qualitatem contrariam qualitati alterius elementi uel utranque ſequitur,ꝙ in eodem ſubiecto erunt contraria intenſa ut pro forma ignis calidum & ſiccum,& ꝓ forma aquæ humidum & frigidum.

Rationes autem Auic.ut tangit.B.Tho.in.1.de gñatione ſuper tex.84.fuerunt duæ,quas intendo ſimul ſoluere.

Prima eſt,ſi elementa non remanent actu in mixto,ergo corrumpuntur,ſi corrumpuntur ergo non miſcentur. ergo mixtio non erit mixtio ſed corruptio,& hæc rõ uidetur fundata in doctrina pħi in.2.de generatione ĩ tex.82. ubi inquit pħs.Altero aũt corrupto nõ mixta eſſe,ſed hoc quidem eſse,hoc autem non eſſe mixtionem autem ſimiliter habentium eſſe.

Secunda eſt ſi elemẽta nõ manent actu in mixto amittunt rationem elementi,& falſum erit dicere mixtum cõpoſitum eſſe ex elementis,nam diffinitio elementi eſt hęc, elementum eſt ex quo aliquid primo fit cum inſit,&eſt indiuiſibile in diuerſas ſpecies, ut declaratũ eſt in 5.metap.

Ad utranq; ſimul reſpondendo,negatur conſequentia, ſtat.n.q; actu non remaneant,& tñ non ſimplr corrumpãtur. et ꝙ ex eis fiat mixtio,dicit.n.pħs in.1.de gñatione tex.84.neq; manent actu,ut corpus & album neq; corrumpuntur neq; alterum neq; ambo,ſaluatur enim uirtꝰ eorũ,ex quibus habetur ꝙ ſaluantur uirtute in mixto, & propterea non dicuntur corrumpi, nam illud proprie corrumpitur ꝙ ſimpliciter deſinit eſſe.ſ.actu & uirtute. Qualiter aũt ſaluãtur uirtute,declaro ſm doctrinam noſtram,quam ſeqtur Greg.in 2.ſen.diſ.15.q.1. & Herueus in qõ.de pluralitate formaꝝ et reſolutio ſtat ĩ hoc.Mixtio ſumitur triplr,ꝑmo ꝓ ꝯgregatione elntoꝝ abinuicẽ, quæ ut ſic nec eſt generatio nec corruptio elementorum,ſecundo pro elntorum alteratorum unione.quæ nec ſic eſt cor-

ruptio,ſed alteratio tm̄ tertio pro generatione mixti ꝯñte duos modos prædictos mixtionis.& in ea neceſſe eſt elementa deſinere actu & ſaluari uirtute. Quod qualiter fiat aduerte,ꝙ elementa ſimul congregata.alterant ſeinuicē, ita ꝙ corrūpuntur quo ad formas ſubſtantiales & qualitates ſuas. Quibus corruptis reſultat uirtute alicuius agētis alterius, ab elementis ꝑ ſe intēdentis gñationem alicuius mixti,ſiue illud agēs ſit aliqua uirtus exiſtens incōtinente,uel aliqs calor.uel ſm b.Tho. uirtus corporis cœleſtis reſultat (inq̄)aliquod mixtū & aliqua qualitas media inter extrema differens ab eis. Quæ quidem ſm Herueū eſt ſimplex ſm eſſentiā ſuam,continens in uirtute oēs qualitates elementoꝝ, ſicut mollicies continet in uirtute humiditatē & ſiccitatem, ſm autem aliquos Thomiſtas illa q̄litas media,eſt compoſita, ita ꝙ formalr̄ continet aliqd de caliditate & fri.& ſicci. & humi. & rōne huius qualitatis mediȩ dñr qualitates elntoꝝ remanere in mixto remiſſe, qa ꝯtinētur formalr̄ in gradu remiſſo in illa qualitate media,cuius ſunt partes.& quādoque una pars remittitur & alia intenditur, & ſm hoc,mixtum magis appropinquat huic elemēto quam illi, ſicut cum calor dñatur ꝓpinquat igni,qñ frigiditas aquæ. Vtrum aūt in qualitate media ſeruētur extremȩ formalr̄,quæ ſunt contrariȩ, determinabimus in lib.10.& pro nūc teneo cū Herueo.ſ. ꝙ talis qualitas media non eſt cōpoſita ex pluribus partibus ſm rem, ſed tm̄ uirtualiter,quia habet aliquid inquantum cōuenit cum uno extremo, & aliquid inquantū conuenit cū alio & hæc media qualitas eſt diſpoſitio ad formā mixti,& diuerſificatur in diuerſis mixtis. & in ea ſeruantur uirtualr̄ qualitates elemētares,quæ agunt in mixto in uirtute formaꝝ ſubalium elementoꝝ,ita ꝙ uirtualiter ſunt elementa,ſicut calor naturalis generās carnem eſt uirtualiter anima & uirtus formatiua ſeminis eſt uirtualiter generans & rōne huius qualitatis mediæ ſapientis naturam qualitatum elementarium,quæ ꝯtinent uirtutem formaꝝ ſubſtantialium elementorum, dñr elemēta manere in mixto

uirtualiter, quia ſunt & operantur ac ſi eſſent realiter in eo, & hac de cauſa licet in mixtione uera contingat elemẽtorum corruptio, tamen non propriæ dicitur corruptio. Quia corruptio propriæ eſt quando fit tranſitus ab uno extremo ad aliud totaliter. Hic autem non fit talis tranſitus quia generatur medium continens uirtute extrema, nec obſtat ꝙ dicit phs. Mixtio eſt miſcibilium alteratoꝝ unio, intendit.n.de mixtione 2.modo & non 3.modo in quo nos nunc loquimur. Patet igitur ꝙ neutra ratio concludit. & ad hoc quod ratio elementi ſaluetur in elementato, ſufficit ipſum ineſſe actu uel uirtute.

Contra Commenta. arguitur rationibus b. Tho. 1. de generatione in expoſitione tex. 84. & ſunt tres quas intendo defenſare contra commentiſtas.

Prima eſt ſi forma ſubſtantialis elementoꝝ eſt media inter ſubſtantiam & accñs, ergo datur medium inter affirmationem & negationem, ꝙ eſt impoſſibile, ut probatum eſt in 4.lib. conſequentia probatur, nam omne ens præcipuæ reale & abſolutum eſt ſubſtantia uel accidens, ſed accidens eſt non ſubſtantia, & ſm Commenta. forma elemẽti eſt media inter ſubſtantiam & accidens, ergo eſt media inter ſubſtantiam & non ſubſtantiam.

Ad hoc reſpondent quidam commentiſtæ præcipuæ Aug. Sueſſa. ꝙ Commenta. intendit medium ſm conditiones, uel ſm aſſimilationem, ſicut ſimia eſt media inter brutum & hominem, & non intendit medium per participationem, quaſi ꝙ forma elementi participet de ſubſtantia & de accidente ſm naturam & eſſe ſuum.

Sed hæc reſponſio non eſt ad mentem Cõmenta. nam ſi uidebis Cõmenta. in 3. cœli cõment. 67. ibi ſi igitur aliquis dixerit &c. illic inuenies ꝙ apud Cõmenta. eſſe formæ elñtatis eſt medium inter formas .ſ. ſubſtantiales cõpoſitoꝝ & accñtia. Tunc ſic, ſi eſſe formæ elñtaris eſt medium inter ſubſtantiam & accñs, etiam natura talis formę erit media, quia natura rei & eſſe eius ſunt eiuſdem generis. Intendit ergo Commen. ꝙ ſint mediæ ſm eſſe, & non

tantum per aſſimilationem.

Secunda eſt. Medium eſt inter extrema eiuſdẽ generis ſed ſubſtantia & accidens,ut patet, non ſunt eiuſdem generis,ergo uanum eſt dicere formam elementi eſſe mediã, inter ſubſtantiam & accidens.

Ad hoc dicit Sueſſa.ꝙ maior nõ eſt uera niſi de medio per participationem & non de medio per aſſimilationem, & qm̃ tenet ꝙ forma elementi eſt media per aſſimilationem,ideo dicit ꝙ ratio b.Tho. non concludit.

Sed hæc reſponſio peccat ut prima. Dictũ eſt.n.ex uerbis Commenta.ꝙ arbitratur eam eſſe mediam ſm participationem &non ſolum per aſſimilationem,dicit.n.ubi ſupra ꝙ habent eſſe medium. & cum ſint formæ diminutæ admiſcentur adinuicem.&fit ex eis forma compoſiti ſicut cum admiſcentur albedo & nigredo fiunt multi colores, hæc Commentator,ex quibus clare conſtat, quod loquitur de medio per participationem, aliter ſimilitudo de coloribus,ei non deſeruiret.

Tertia eſt ſi forma elementi intenditur & remittitur, ergo ſucceſſiue acquiritur,quia erit partibilis gradualiter, ſi ſucceſſiue acquiritur,ergo per motum, ergo gñatio & corruptio ſubſtãtiæ erit motus ꝓprie dictus, & ſic ꝯcedis motum in prædicamento ſubſtantiæ,contra phm in 5. phyſ.

Ad hanc Sueſſa. rñdens. & nolens concedere gñationẽ eſſe motum ꝑꝑ dictum,declinauit ad hoc inconueniens, ꝙ de ratione motus non eſt ut ſit ſucceſſiuus, quod tñ uř eſſe contra phm & Cõment.in 4.phyſ.in cap.de uacuo.& in lib.6.probat,ꝙ omne quod mouetur,mouetur in tpe, ergo de ratione motus eſt ſucceſſio. Præterea motus ſicut & tẽpus eſt de genere ſucceſſiuoꝝ, ergo repugnat motui non eſſe ſucceſſiuum, ſtando ergo in principijs phi, non poteſt Sueſſa.ſubterfugere quin ponat motum proprie dictum in ſubſtantia & ſic ratio b. Tho. ſtat inſoluta.

Rationes aũt Cõment. quæ ſtant in hoc ꝙ ſi non remanerent actu,non fieret mixtio ſed corruptio. & ſi remanerent integre,non fieret uera mixtio, ergo remanent refra

cte,ſoluuntur clare ex ſolutione data rationibus Auicennæ, ut uidere poteris.

Et aduerte q cum uia noſtra concordat Scotus in 2.di. 15.q.1.& Greg.in 2.di.15.q.1.& Herueus in 2.di.15.q.1. & Capr.in 3.di.15.q.1.concluſione ſecunda quos uidere poteris.

Quantum ad quartum membrum diuiſionis aduerte, ꝙ non inuenio opinionem ſolẽnem pro parte affir. ſolus Iãdunus apparuit qui in 1.de anima.q.8.&in 2.metaph. in.q.10.id tenet de mente Cõmen.cum tamen Cõmen.in nullo loco id expreſſæ dicat, ſuum fundamentum accipit à Comment.in 1.metaphyſ.cõm.17. ubi dicit,ꝙ materia primo accipit formas uniuerſales,& mediantibus illis formas uſq; ad indiuiduales,ergo uidetur Commentator diſtinguere inter formam genericam & ſpecificam,cum nihil ſit medium recipiendi ſeipſum.

Sed ex hoc dicto Cõmenta.nihil poteſt concludere cõtra pluralitatem formarum ſimul in materia, nam quocunq; modo intelligat Cõment.illas formas uľes,nõ dicit Cõmenta.illas formas eſſe ſimul in materia, ſed ꝙ unam recipit mediante alia,qa prius unam,puta in gñatione hominis, formã uegetatiuã, deinde aliam; qa facta diſpõne ꝓ ſenſitiua,abijcitur uegetatiua,& recipitur ſenſitiua continens uegetatiuã. & ſic procedendo uſq; ad indiuidualẽ .ſ. ſpecificam, quã dicit indiuidualẽ, quia eſt indiuiſibilis per gradus formales, aliud fundamentum facit Iand. in 1.de anima.q.8.& eſt ꝙ forma generica eſt ut potẽtia ſiue potentialis reſpectu formæ ſpecificæ,eo ꝙ genus eſt ut materia,potentia autem & actus diſtinguuntur realr, ſed nec id cogit, quoniam ut alias dicemus, potentialitas illa non debet intelligi realiter ſed conceptibiliter,qui tñ conceptus habet correſpõdentiam ex parte rei.Tu igitur ut te reſoluas pone concluſionem negatiuam, quã ſufficienter probat Greg.in 2.di.16.& 17.q.2.& quoniam Paulus Sõcinas in lib.8.metaphyſ.q.12.quaſi ad literam probat cõcluſionem,& ſoluit argumenta in oppoſitum,ut Gregor.

ideo nolo immorari in hoc, uide quem uolueris, quoniam uterque determinat Thomiſticæ, nec aliquid noui dicendum occurrit. Tu tamen aduerte ꝙ in 2. metaphyſi. in. q. 7. ſoluimus principalem rationem Ianduni conantis probare huiuſmodi pluralitatem formarum ſm prædicata quidditatiua.

Quantum ad ſextum membrum diuiſionis iam reſoluimus in lib. 7. in. q. 19. ideo reuide illic. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō. 5. ſi forma eſt ſeparabilis à materia ſm eſſe, uel ſm conceptum.

EXPEDITIS qōnibus quæ mote fuerant circa materiam tranſeundum eſt ad dubia quæ accidūt circa formam. Diuidentes autem præſentem conſiderationem in tres partes, primo conſiderandum eſſet, qd ſit forma, & quæ ſit cauſalitas ſua. Sed id iam expediuimus in lib. 5. ſecundo an ſit ſeparabilis à materia ſm eſſe uel ſaltem ſecundum conceptum, tertio an eſſe intenſibilē & remiſſibilem ita conueniat formæ accidentali quod repugnat formæ ſubſtantiali.

Nunc igitur quærentes an ſit ſeparabilis à materia ſm eſſe uel ſaltem ſm conceptum ſic procedemus, Primo ponitur diſtinctio de formis. Secundo tres concluſiones reſponſiue. Tertio ſoluetur dubium.

Quantum ad primum aduerte ꝙ formaꝶ unibiliū materiæ, de quibus in hoc octauo propriæ intendimus, ut pſeruemus nos à formis abſtractis de quibꝰ ꝯſiderabimus in lib. 12. quædam eſt in mālis. i. quæ licet ſit unibilis materiæ, tñ ſm eſſe non pendet à materia, nec educitur de potentia materiæ, & hæc eſt ſola anima intellectiua, de cuius immaterialitate & incorruptibilitate determinauimus in 3. de anima. Quædam eſt materialis. i. cuius eſſe pendet à materia & educitur de potentia materiæ. & iſtæ ſunt oēs formæ ſubſtantiaꝶ inferioꝶ, tam uiuentium quam non uiuentium excepto homine, uerum quia euidentia huius diſtinctionis pendet ex eo quòd ſciatur quid ſit formam

educi

educi de potentia materiæ,ideo id declarandum eſt,ante quam ponantur concluſiones reſponſiuæ.

Tu igitur aduerte ꝙ hæc ꝓpō,forma educitur de potētia mãæ, pōt hr̃e triplicē ſenſum. Primo q̃a eſt in mã ſm eſſe inchoatū & imperfectū & quaſi potētiale, de illo eſſe educitur ꝑ agēs nãle ad eſſe ꝑfectum ſm qđ ꝑfecte actuat mãm, & hic ſenſus eſt falſus, qm̃ in lib.7. reprobauimus formã gñandam imꝑfectã ſm partē uel ſm totū ꝑexiſtere i mã. Scđo q̃a ꝓducitur ab aliquo ꝑncipio actiuo mãli & corporali indito rei mãli, qūo dicerentur forma grani educi de potētia mãæ, q̃a ꝓducitur à uirtute actiua q̄ eſt in ſemine.& ſm hunc modū facile eſſet oñdere q̄ formæ educūtur de potētia materiæ,& q̄ nō,ut dicantur ille educi q̄ ꝓducuntur ab agente uel à uirtute corporali. & ille nō educuntur q̄ ſic nō ꝓducuntur. Tertio & ꝓprie educi de potētia materiæ eſt,q̃a in potentia paſſiua materiæ eſt, ſiue in ipſa mã paſſiuę eſt,ꝙ talis forma tēdat ad eſſe & nō alr̃,ita ꝙ ſicut dicimus ꝙ in ſole eſt illuminare actiuæ, q̃a ab eo actiuæ depēdet lumen, ſic ēt dicimus ꝙ in potentia mãæ eſt forma,q̃a i potētia paſſiua illius eſt,ut deducatur ad eſſe,ſiue à potētia paſſiua illius depēdet ꝙ forma ꝑtinꝑat ad eſſe.& hic eſt uerus modus quē clarius ſic manifeſtare potēs ut Greg.in 2.di.16.& 17.q.1.ar.1. ad ſextum educi formã de potētia materiæ nō eſt eã recipi actu imã, q̄ prius erat receptibilis. ſed eſt ꝑ nãles tranſmutationes materiæ,& ꝑ agēs nãle exire ad actū,& in hoc diſtinguitur aĩa intellectiua ab alijs formis,qm̃ ille exeūt in actū.i. deducūtur ad eſſe & recipiūtur in mã.i. informãt mãm ꝑ trãſmutationes nãles & ꝑ agens nãle. Aĩa ṽo intellectiua nō deducitur ad eſſe nec exit in actū ꝑ hmōi trãſmutationes,nec ꝑ agēs naturale, licet ꝑ tales trãſmutationes & ꝑ agēs naturale diſponēs recipiatur in mã & informet eã.

Quantū ad ſecundum pono tres ꝯclōnes rñſiuas q̄ſito.

Prima eſt.Nulla forma nãlis mãlis eſt ſeparabilis à materia ſm eſſe ꝓbatur q̃a initítur mãæ & educitur de pōa mãæ.3.mō ſuꝑ poſito,ergo repugnat ꝙ poſſit eē ſine mã.

Præterea eſſet incorruptibilis & p̄ ſe exn̄s, ſi adhuc poſſet eſſe ſeparata à mā. Præterea ſm Cōmen. in 8. phyſ. cōmēt. 79. & in lib. de ſuba orbis cap. 1. Omnis forma mālis eſt conſtituta in eſſe per mām, ergo eſt inſeparabilis à mā. Præterea nullam hēt operationē eleuatā oīno ſup̄ mām, cū nec id cōpetat aīæ ſenſitiuæ, in cuius oī ſua operatione cōicat corpus, ut declaratū eſt in li. de aīa, ergo &c. patet ꝯn̄a, qm̄ pħs in 1. de aīa tex. 13. non ex alio uenatur ſeparabilitatē aīæ intellectiuæ, niſi ex hoc, ꝙ ſi eſt aīæ aliqua op̄atio ꝓpria in q̄ non cōicat corpus, contingit eam ſeparari. Si aūt non eſt aliqua op̄atio ꝓpria, non ꝯtingit eam ſeparari. Cū igr̄ non poſſit aſſignari aliqua op̄atio ꝓpria formæ nālis, mālis, non erit ſeparabilis à materia ſm eſſe.

Secunda eſt forma naturalis immaterialis qualis eſt anima intellectiua eſt ſeparabilis à materia ſm eſſe, probatur quia nō educitur de potentia materiæ. 3. modo ſupra expoſito. & nō ꝯſtituitur in eſſe p̄ mām, & eſt incorruptibilis. & habet operationē ꝓpriam, quę eſt intelligere, ergo &c. Sed aduerte ꝙ hoc an̄s non potes firmare niſi per reſolutionē quā fecimus in 3. de aīa i. q. qua determinauimus incorruptibilitatem aīæ ad mentem pħi. Conſtat tm̄ ꝙ ſi eſt incorruptibilis eſt ſeparabilis à materia ſm eſſe.

Tertia eſt, nulla forma nālis ſiue mālis ſiue immālis eſt ſeparabilis à mā ſm conceptum, probatur, non diffinitur diffōne phyſica ſine mā. unde pħs i 7. metaph. tex. 34. ponēs dr̄iam inter formas nāles qualis eſt ſimitas, & formas mathem. qualis eſt ꝯcauitas ſiue curuitas, dicit ꝙ nāles cōcernunt mām in diffōne ſua, ille aūt abſtrahunt ſm rōnē, licet non ſm eſſe. Et confirmatur quia ſi aliqua forma naturalis abſtrahit à materia ſm rōnę, maxime eſſet anima quæ ur̄ eleuata ſupra materiam, formæ aūt corporales totalr̄ ſunt īmerſæ in mā. & tn̄ pħs in 2. de aīa tex. 7. formās diffōnem aīæ, diffinit eam p̄ eſſe actum corporis phyſici. Patet ergo ꝙ nulla forma naturalis nec ēt imaterialis abſtrahit à materia ſm conceptum. Et ſi quæras cum forma ſit actus q̄re non pōt concipi abſq; oī ꝙ non eſt de eſſen-

tia eius. Dico id eſſe qm̄ licet ſit actus, tñ nō eſt ens cōpletū in ſpē ſed ſolum compoſitū. & ideo neceſſe eſt ut in cōceptu ſuo, concernat propriam mām, ſicut accñs quod eſt ens diminutum reſpectu ſubæ. concernit ſubiectum.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ contra determinationem factam uidetur eſſe phs, qui in hoc 8. in tex. 3. loquēs de forma inquit. Aliter uero & forma & ratio, quia aliqd ens ratione ſeparabile eſt. ergo falſum eſt formam non eſſe ſeparabilem à materia ſm rationem.

Ad hoc dico ꝙ ſi ſumatur materia, pro materia indiuiduali, forma ſpecificæ ſumpta eſt ſeparabilis ab ea ſm rationem, quia non diffinitur per illam, ſimiliter ſi ſumatur materia ſenſibilis etiam cōmunis forma mathem. eſt ſeparabilis ab ea ſm rationem. & in utroqꝫ ſenſu pōt intelligi dictum phi. Hic autem determinauimus de forma ut forma. & de materia ut materia, & ſic diximus, ꝙ nō ſeparatur à materia ut materia ſm rationem, qm̄ licet forma ſpecifica naturalis abſtrahat à materia ſenſibili indiuiduali, non tamen à materia cōmuni ſenſibili. Et licet forma mathematica abſtrahat ab omni materia ſenſibili, non tamē ab intelligibili. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō. 6. Si intenſio & remiſſio ita conuenit formæ accidentali ꝙ repugnat ſubſtantiali.

PRO reſolutione huius quæſiti. 4. agenda ſunt. Primo inueſtigabitur, unde habet forma ꝙ poſſit intēdi & remitti, & per oppoſitum ꝙ non poſſit intēdi & remitti. Secundo per quem modum forma intenditur & remittitur. Tertio ponetur concluſio reſponſiua. Quarto poſito ꝙ repugnet formæ ſubſtantiali intēdi & remitti, inueſtigabitur ſi repugnat duabus formis ſubſtātialibus quæ ſunt eiuſdē ſpeciei, inęqualitas eſſentialis ꝑfectionis.

Quantū ad primū aduerte ꝙ ſm doctrinam Thomiſticam, radix intenſionis & remiſſionis in formis eſt indeterminatio uel indñia formæ, ꝓ q̄ ſciendū, ꝙ forma accñtalis pōt imaginari ſub triplici indeterminatione. Primo ꝙ ſit indeterminata ad exñdū in diuerſis ſubiȷs, & hæc nō facit

eam intenſibilẽ & remi.ſed dat ei ꝙ ſit accñs cõe. & oppo ſitũ dat ei ꝙ ſit accñs ꝓprium. Scḋo ꝙ ſit indeterminata ad eſſe & ab eſſe à ſubo.& hæc nõ facit eam intẽ.& remi. ſed ꝙ ſit accñs ſeparabile & oppoſitũ facit eã eſſe accñs in ſeparabile. Tertio ꝙ ſit indeterminata ut participetur à ſubo magis ꝑfectæ & minus ꝑfectæ & ſit acqſibilis ꝑ mo tũ in ſubo.& ex hac indeterminatione habet forma origi nẽ intẽſionis & remi.nã formam intendi & remitti ꝓprie eſt eſſe talis nãæ ꝙ eſt apta diuerſimodæ ſiue diuiſibilr̃ ꝑ motũ recipi in ſubo, ex ↄñti actuare ipm̃ ſm̃ magis & mi nus & educi actione agẽtis de impfecto ad ꝑfectũ ſtante unitate non ſolũ ſpecifica ſed numerali ipſius formæ, ut declarabimus infra. Ex oppoſito aũt forma redditur non intẽſibilis nec remiſſibilis,unde cuicũqꝫ formæ repugnat acqri ꝑ motũ.&diuerſimodẽ participari in ſubo &c.repu gnat intẽdi & remitti.& bŕ q̃cunqꝫ conſiſtunt in eſſe in di uiſibili,ut numeri & quantitates denoĩate à numero,& q̃ largiuntur eſſe ſubale nõ poſſunt intendi nec remitti. qm̃ ſtant ſub oppoſito indeterminationis.3.modo dictæ.

Quantũ ad ſcḋm aduerte ꝙ licet oẽs ↄueniant in hoc ꝙ forma iõ intẽditur,qa diuerſimodæ actuat ſubm̃ & ma gis ꝑfectæ participatur à ſubo,nõ tñ ↄueniũt in mõ,nam aliq ut recitat Herue.in 1.di.17.q.4.ar.2.& Greg.in 1.di. 17.q.4.ar.1.dicunt ꝙ intenſio fit ꝑ additionẽ gradus ad gradũ ineſſe formæ,ꝓ quo aduerte,ꝙ iſti dicunt dũ intẽ ditur calor,non additur calor calori,qa in eſſentia caloris nõ dantur gradus.ſed additur eſſe ꝑfectius calidũ,eſſe mi nus ꝑfectæ calido, q̃ diuerſa eſſe dantur formalr̃ à calore ſubo receptiuo,ſm̃ qđ eſt magis uel minus diſpoſitũ,&ꝑ ↄñs magis uel minus participat ipm̃, & hãc ſuam opinio nem conantur ſic probare, intenſio & remiſſio aut fit ſm̃ gradus in eſſentia formæ,aut ineſſe formæ,qa nõ eſt ima ginabile ꝙ fiat alio mõ,nõ ĩ eſſentia ut,ꝓbabitur,ergo in eſſe. Qđ gradus nõ ſint in eſſentia ꝓbatur q̃ttruplr̃, ꝑmo ſi forma intẽſa eſt maior & ꝑfectior ſm̃ gradus ĩ eſſentia q̃ q̃litas remiſſa,hoc eſt qa forma remiſſa uirtute ↄtinetur

in intēſa,ſicut ſenſitiuum in intellectiuo, aut quia gradui p̄exiſtenti additur alius gradus,non ꝑmo modo,qa gradus eſſentiales quoꝝ unus continetur in alio,differūt ſpē, ut patet in exēplo dato de ſenſitiuo & itellectiuo. Sed forma intenſa & remiſſa ſunt eiuſdem ſpēi ſm oēs, ergo &c.

Secundo forma diffinitur ꝙ eſt ſimplex & inuariabilis eſſentia conſiſtens. ergo non habet gradus in eſſentia, repugnat enim ꝙ habeat gradus in eſſentia. & ſit ſimplex & inuariabilis ſecundum eſſentiam.

Tertio ex 8.meta.tex.x. formæ rerum ſunt ſicut numeri,ſed in eſſentia numeri non dantur gradus, ergo &c.

Quarto res per formam habet certitudinem, & eſt determinatæ naturæ. ergo eſt indiuiſibilis ſm eſſentiam, probatur ꝯn̄tia qm̄ ſm philoſophum in x. metaph. id à quo res habet certitudinem debet eſſe minimum & indiuiſibile,ut patet de menſura certificante menſuratum.

Sed hæc opinio ut ſonat ur̄ irrationabilis. & arguitur ſic, ſubm qđ ſit magis tale ꝑ aliq formā,trāſmutatur ſm illā,al̄r nō magis hr̄et illā ꝗ ꝑus, ſi trāſmutatur aut tranſmutatur ab illa aut ad illā,patet ꝯn̄tia,qm̄ in trāſmutatione oīs terminus eſt uel à quo uel ad quē,nō ab illa,qa nō fieret magis tale ꝑ illā ſed minus, ſupponimus aūt ꝙ fiat magis tale.ergo ad illā, ergo in termino intēſionis habet magis illā.Sed non pōt imaginari qūo ſubm hēat magis illam,uel participet illa uel illa magis actuet aut inhęreat ſubo,aut magis radicetur ī eo,aut ꝙ ipſa det ſubo ꝑfecti⁹ eſſe formal̄r,niſi ipſa fcā ſit pfectior,qm̄ nobilitas effectus formalis pēdet à nobilitate cāę formalis.Si ergo tu ꝯcedis gradus ineſſe,ꝯcedes gradus in eſſentia formæ intēſibilis.

Præterea,latitudo ꝓprietatis maxime intime rei conſequitur latitudinē quæ eſt in re ꝗ conſequitur,uidemus.n. ꝙ in ſil̄itudine non datur latitudo,niſi qa in fundamēto, puta in ꝗlitate datur latitudo.Sed eſſe eſt ꝓprietas maxime ītima formę,qa eſt imediatus eius effectus formalis. ergo no datur ineſſe niſi qa datur in forma. Nec ualet dicere ut quidā dn̄t,ꝙ non eſt eadem rō de eſſe formę acci

dentalis. & de ipſa forma, qm̄ eſſe reſpicit ſubm̄. eſt. n. eſſe accn̄tis ineſſe ſubo, forma aūt non reſpicit ſubm̄, cum igr̄ non detur intenſio & remi. niſi quia ſubm̄ magis & mi. participat eſſe formæ, ideo datur latitudo ineſſe, & nō in forma. Hoc inq̄ nō ualet, qm̄ cum eſſe fluat nālr̄ à forma, qualis eſt forma, tale dabit eſſe ei cui ineſt. ergo ſi forma eſt indiuiſibilis nullam hn̄s latitudinē, dabit ei cui ineſt eſſe uno modo. ergo non ſecundum magis & minus.

Rn̄dendo aūt rōnibus factis pro hac opinione aduerte ꝙ oēs ſoluūtur hac diſtinctione, forma intēſibilis puta albedo duplr̄ ꝯſideratur, ꝓmo ut eſt forma ſpecifica condiſtincta ꝯtra aliam ſpēm, & cōſtituta ꝑ drīam ſuam eſſentialē, ſcd̄o ut eſt forma indiuidualis, puta hæc albedo apta actuare manū, ꝓmo modo eſt nō intenſibilis, qm̄ ut ſpēs ſtat indiuiſibilis nō. n. poſſet diuidi, niſi ꝑ gradus formales, qui nō ſtant cū unitate ſpecifica, vn̄ ut ſpēs, hēt eſſe indiuiſibile. & eſt ſicut numerus, ut ponit pħs. 8. meta. tex. x. ſcd̄o modo eſt intēſibilis, qm̄ ut reſpicit ſubm̄ ꝑfectibile p̄t magis & minus ꝑficere illud, ſm̄ ꝙ & ipſa ꝑ actionem agētis educitur de potētia ad actū, & q̄ prius fuit impfecta, poſtea fit magis ꝑfecta, & ut ſic dat ſubo eſſe imperfectū, deinde ꝑfectius, ipſa facta magis ꝑfecta non ſm̄ ſe & ſpecifice ꝯſiderata, ſed ut recipitur diuerſimodæ in ſubo.

Ad primam igitur dico, ꝙ forma ut remiſſa continetur uirtute in ſeipſa intenſa, quia quamcunque perfectionem habet ut remiſſa, habet ut intenſa. & plus non, tn̄ continetur ut ſenſitiuum in intellectiuo, qm̄ illa differūt & ſpē & gn̄e, forma aūt remiſſa eſt eiuſdem ſpēi cū intenſa, negatur aūt ꝙ ulr̄ gradus eſſentiales quorum unus continetur in alio differant ſpē, hoc. n. non eſt uerum niſi ſumantur ex parte formæ ſm̄ ſe, qn̄ aūt ſumantur ex parte formę ut reſpicit materiā q̄ actuat, non eſt uerum, ut magis declarabitur infra, & qm̄ forma non intenditur niſi ut reſpicit ſubiectum, ideo magis & minus non differunt ſpecie.

Ad ſecundā dico, ꝙ illa diſtō datur de forma ſm̄ ſe & in ſuo eſſe ſpecifico, & non ut diuerſimodæ actuat ſubm̄,

ideo non concludit,

Ad tertiam dico ut ad ſecundam.

Ad quartam dico ꝙ aſſumptum non eſt uex niſi de for ma ſubali, per quam res locatur in ſpecie determinata.

Remota hac opinione, aduerte, ꝙ alij dnt intenſionem & remi. fieri p additionẽ gradus ad gradũ, qui ſunt in eſſentia formæ, non quidẽ ut eſt ſpecifica, ſed ut indiuiduaſlis, qm̃ ſm rõnem ſpecificã eſt ut numerus ex. 8. metaph. tex. x. ſm aũt ꝙ eſt indiuidua ponũt in ea quandã latitudinẽ graduũ, ex hoc ꝙ ſi non hr̃et ut indiuidua latitudinẽ graduum nõ poſſet eſſe ſimul in diuerſis ſubis ſm aliã & aliã rõnem, uidemus aũt in niue & in pariete albedinẽ ſm aliã & aliam rõnem, ergo &c. Et hęc eſt opinio Scoti & Ant. And. in 8. meta. q. 6. Quę quantũ ad hoc ꝙ forma ut ſpecifica non hẽt latitudinẽ ſtat cũ b. Tho. & qđ ut indiuidua hẽt latitudinẽ, ꝑ quãto actuat hoc uel illud ſubm magis uel minus. ſtat cũ b. Tho. Qđ aũt hæc intenſio fiat p additionẽ graduũ, ita ꝙ iſti gradus diſtinguantur realr̃ & ſignate, & ꝙ ſcđs adueniat ꝑmo diſtincto actu à ſcđo, & ex illis ꝯſtituatur forma una p ſe, eſt ꝯtra b. Tho. & intẽdo arguere contra hanc uiam, deinde ſoluam rõnes ſuas.

Arguo igr̃ ſic, ſi intenditur calor in aqua p additionem gradus caloris ad gradũ caloris, q ſunt diſtincti & ſignabiles, puta qa primus eſt tantus calor, & ſcđs eſt tantus, ergo i aqua erũt duo calores graduales, de qbus quæro, aut differũt ſpẽ, aut numero, non primo, qa nõ fieret intenſio fit. n. intenſio p ſuum ſile, quæ aũt differunt ſpẽ non ſunt ſilia, talr̃ ꝙ unum augeat alterum, uñ ſicut per dulcedinẽ nõ augetur amaritudo, ſic nec ibi ſi eſt diſtõ ſpecifica, nõ ſcđo, quia duo accidẽtia eiuſdẽ ſpẽi acquiſibilia p motum ſm Sco. neceſſario diſtinguũtur ſubo. Conſtat aũt ꝙ idẽ ſubm & eadẽ pars ſubi põt intendi ſm calorẽ, ergo impoſſibile ẽ duos calores diſtinctos numero ineſſe eidẽ. Et ad uerte ꝙ Sco. et Ant. Andr. vñr nõ poſſe ſaluare hanc realẽ diſtinctionẽ graduũ. quin ſibi ꝯtradicant. Nã Ant. Andr. in 5. meta. q. 8. tenet ꝙ ẽ ipoſe duo accña abſoluta educta

de potentia materiæ per motum dña ſolo numero eſſe in eodem ſubiecto, quia termini motus ſunt incompoſſibiles. Conſtat autem ꝙ ſi intenſio fiat per addittionem gradus ad gradum qui ſint realiter diſtincti & unus nõ corrũpatur adueniente alio, ut tenet Scō. duo accidentia realia abſoluta quæ ſunt dña ſolo numero, & acquiſibilia ꝑ motum erunt in eodem ſubiecto, ergo ſibi contradicunt.
Rõnes ꝓ hac opinione recitat Cap. in. 1. di. 17. q. 2. contra ſeptimã ꝯclõnem & Her. in. 1. di. 17. q. 5. & recitantur ꝓ ſcđa opinione. Pau. aũt Sonc. in 8. meta. q. 21. reſolutę format in ꝑnci. qõnis, & ſoluit cõformiter Cap. & Her. & qm̃ rñſiones ſunt Thomiſticę, ideo uide eas in Paulo, ne tp̃s cõteramus, ex quo nihil noui ſuꝑ addendũ occurrit.
Alij ut Burl. dñr ꝙ intẽſio fit ꝑ ſucceſſionem graduũ, ita tñ ꝙ adueniẽte poſteriori, prior corrũpitur. Sed cõtra hãc opinio. arguit ſubtilr̃ & calculatoriæ Greg. i 1. di. 17. q. 4. ar. 2. ꝑ totum, ubi & ſoluit rõnes eius, uerũ hæc opinio iã periit, ideo nolo ĩmorari ꝯtra eã, ſed uide tu Greg.
Relictis his opinionibus, ĩueſtigandũ eſt quæ fuerit mẽs b. Tho. uñ aduerte ꝙ ex tota doctrina ſua elicio tria.
Primo forma nõ intenditur per additionem partis formæ uel gradus ad p̃exiſtentem formam, qm̃ ẽm pħm & Cõmen. in 4. phy. tex. 84. calidũ fit magis calidum abſq; eo, ꝙ in eo efficiatur aliqđ calidũ, qđ ante nõ erat calidũ, ubi & Cõmen. inqt, mã ueniet ex hac caliditate demõſtrata ad maiorẽ caliditatẽ, nullis partibus calidis in actu aduenietibus, ſed transfertur in maiorem caliditatem ex intẽſione caliditatis. & ſilr̃ mã trãsfertur de minori q̃titate ad maiorẽ, nulla quantitate in actu adueniente. Ex qbus cõſtat ꝙ mens pħi & Cõmen. fuit, ꝙ dũ intenditur forma nihil noui aduenit ſubō, diſtinctũ realr̃ à p̃cedẽti forma.
Secundo forma non intenditur p̃ciſæ ex hoc ꝙ magis radicatur in ſubiecto, ita ꝙ nõ augetur eſſentialiter. Hæc enim duo implicant ꝯtradictionem, nulla. n. forma põt intelligi magis radicari in ſubiecto, niſi quia habet maiorem uictoriam ſuper ſubiectum, maior aũt uictoria indi-

cat maiorem uirtutem,maior autem uirtus eſt à perfectio ri eſſentia,qm̃ cum diſtinguatur ab eſſentia,oportet quod cõmenſuretur eſſentię,ſicut effectus cauſæ proxime.Cum igitur formam magis radicari ſubiecto,inferat maiorem perfectionem in eſſentia formæ, hæc duo contradicunt, forma magis radicatur,& non efficitur perfectior in eſſen tia ſua,non ergo tali modo intenditur.

Tertio forma intenditur ex eo ꝙ educitur de imperfe cto ad perfectum.quod intelligas & ſm eſſentiam & ſm eſſe quod ſtat ſubiecto,pro cuius euidentia aduerte ſm do ctrinam b.Tho.in.1.ſent.diſ.17.q.2.art.2.ꝙ qualitates ſe cundæ intenduntur ſm intenſionem primarum,ſicut ſa por & odor & alie intenduntur ad proportionatam intẽ ſionem caliditatis & fri.ſicci.&.humi. Qualitates autem ſimplices ſiue primæ intenduntur ex cauſis ſuis ut ex agẽ te et recipiẽte.Nã agens intendit reducere patiens de potẽ tia adactũ ſuę ſimilitudinis quãtũ põt,unde non conten tatur calidũ inducere in calefactibili calorẽ imperfectiſſi mum,quem poſſumus dicere primũ gradũ, ſed poſtquã reduxit calidum omnino in potentia ad calorem imperfe ctiſſimũ,iterum conatur de impfectiſſimo ad perfectiorẽ reducere,non addendo calorem calori,ſed magis educen do de potẽtia ad actum,nã ſicut ꝑ actionẽ calidi efficitur de non calidum,ita efficitur de calido imperfecto perfe ctius calidum,et ſic ordinate uſqꝫ ad ſummũ calidum, in quo ordine,calor p̃cedens comparatur ad ſequentem, ut potentia ad actum,quolibet.n.imperfectum reſpectu per fectioris eſt ut potentia. Calor igitur intenditur ex eo qđ actione calidi,educitur calor,q̃ erat in ſubiecto ut impfe ctus actus ad maiorẽ perfectionẽ. & ſic calor factus eſt ꝑ fectior q̃a magis actu,& facit ſubiectũ perfectius calidum, quod eſt dare pfectius eſſe calidum.Ex quibus ſequuntur tria,primo quod formã intendi per eductionem de poten tia ad actum, idem eſt ꝙ eam magis radicari in ſubo. & eã magis participari à ſubiecto. & eam educi de imperfe cto ad perfectũ.&eam magis actuare,ſiue dare magis eſſe

ſubiecto, nam hæc omnia in doctrina.b.Tho. quo ad ſenſum ęquipollent, ſecundo ſequitur ꝙ in uia noſtra nō dātur gradus diſtincti realiter, ſed apud nos gradus dicūtur ipſa forma, ut diuerſimodę educitur de minus perfecta ad magis perfectam uſque ad ſummum, non per additionē ſed per nouos modos habendi ipſam formam, puta quando ſubiectum educitur de potentia calidū ad actu calidū quantūcunqȝ imperfectū dicitur habere primū gradū caloris, & quando adhuc caleſit & recipit perfectiorē calorē habet ſecundum gradum, ita ꝙ primus calor qui eſt terminus à quo non diſtinguitur realiter à ſecundo qui eſt terminus ad quem, niſi ex nouo modo & perfectiori, tertio ſequitur, ꝙ omnes rationes probātium formam intenſam diſtingui à remiſſa per additionem partis aut gradus aut noue realitatis, alioquin per motum intenſionis nihil acquireretur, nec intēſum et remiſſum poſſent eſſe termini motus &c. ſoluuntur ex hoc ꝙ licet nulla pars nec gradus nec noua realitas acquiratur, acquiritur tn̄ eadem forma nouis & perfectioribus modis. In his puto conſiſtere modum intenſionis & remi. ſm doctrinam.b.Tho.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ alio modo reſpondendum eſſet quæſito ſm Comment. & alio modo ſm Scotū & alio modo ſm.b.Tho. Nam ſm Comment. ponenda eſſet ꝯcluſio hæc, non ſolum forma accidentalis ſed et ſubſtātialis ſimplex qualis eſt forma elementi eſt intenſibilis & remiſſibilis, uerum quia hanc opinionem pertractauimus in.q. præcedenti & reprobauimus eam, ideo nō eſt immorandum in ea. Scotus aūt et Ant. and. ut patet in. 11. metaph.q.1. tenet ꝙ indifferenter omnis forma ſubſtātialis, præter animam intellectiuam intenditur & remittitur, eo ꝙ forma generanda ſm eos ſucceſſiue introducitur & corrumpenda ſucceſſiue abijcitur, & qm̄ hæc opinio directe eſt contra uiam noſtram, ideo immorandum eſt contra eam. & ſic ꝓcedemus. Primo ponentur fundamēta ſua. Secundo rationes ſuæ. Tertio arguetur contra fundamenta ſua. Quarto ſoluentur rationes ſuæ. Vltimo ponemus con

cluſionem reſponſiuam in uia b. Tho.

Quantum ad primum aduerte ꝙ ſuum primum fundamentum eſt hoc. Tenent ꝙ forma ſubſtantialis licet quo ad eſſe ſpecificum nõ intendatur nec remit. tñ ſm ꝙ eſt indiuidua intenditur & remit. eo ꝙ intrinſecæ continet plures gradus indiuiduales, quibus diuerſimodæ & ſucceſſiuæ poteſt informare materiam. & dñt id eſſe de mẽte pħi in 8. metaph. tex. 10. ubi inquit. et quemadmodum nec numerus habet magis uel minus, nec quæ ſm ſpeciẽ ſubſtantia. i. forma ſubſtantialis ut ſpecifica. Sed ſi quidẽ cum materia. i. inquantum indiuidua, ſecundum eſt hoc. Tenent quod gñatio eſt motus, & eſt ſucceſſiua ut gñatio eſt. ita ꝙ nõ diſtinguitur à motu in 5. phyſ. ex eo ꝙ gñatio ſit inſtãtanea. & motus ſucceſſiuus, ſed ex termino & ex ſubo, nam gñatio proprie eſt ad ſubam, motus aũt ad accidens, & ſubm gñationis eſt ens in potentia, ſubiectũ autem motus eſt ens actu. Hæc ſunt fundamenta eorum.

Quantum ad ſecundum, aduerte ꝙ Ant. And. 11. metaph. quæſtio. 1. ponit hanc concluſionem, forma ſubſtãtialis habet gradus intrinſecos eſſentiales ſecũdum quos ſuſcipit magis & minus, & intrinſecam diuiſionem. Hãc probat quattuor rationibus.

Prima eſt, calidum intenditur in igne, ergo & forma ignis. Añs patet de igne gñato ex quercu, & gñato ex palea, ſiue ex alia materia rara. ꝯñtia autem probatur, ſi effectus naturalis diſſiſr ſe habet & cauſa naturalis diſſiſr ſe habet, quia omnis cauſa naturalis agit quantum poteſt. Sed calor ignis qui eſt effectus naturalis formæ ignis diſſimiliter ſe habet, ut dictum eſt in antecedente. ergo & forma ignis quæ eſt cauſa naturalis diſſimiliter ſe habet, ex conſequenti poteſt eſſe minus & magis perfecta.

Secunda eſt in alteratione præcedente corruptionem aquę in ignem introducitur calor, ergo et forma ignis nõ intenſa, ergo remiſſa. Antecedens patet ad ſenſum. Prima aũt conſequentia probatur, nullũ proprium accidens eſt ſine forma ſui proprij. ſubiecti, qm̃ conſequitur ipſam

uel eſt ad ipſam. Sed calor eſt ꝓpriū accñs ignis, ergo &c. ſecunda autem ꝯñtia probatur. qm̄ impoſſibile eſt formas ſpecificas repugnantes, eſſe ſimul in eodem materia ſm eſſe intenſum, ſed forma aquæ & forma ignis ſunt repugnātes, ut patet ex ſuis ꝯtrarijs diſpoſitionibus, ergo cū in alteratione pręcedente &c. introducatur forma ignis & adhuc ſit in materia forma aquæ, neceſſe eſt, uel utranque eſſe remiſſam, uel ſaltem formam ignis eſſe remiſſam.

Tertia eſt, omne quod mutatur ex. 6. phyſ. eſt partim in termino à quo & partim in termino ad quem, tūc quæro ly partim & partim, aut accipitur pro diuiſibilitate formæ ſm q̄ eſt motus, aut pro diuiſibilitate ſubiecti, quod mouetur, non ſecundo, quia ex. 8. phyſic. contingit aliqđ totum ſimul alterari, ergo primo modo, ergo forma ſubſtantialis eſt diuiſibilis & ſic habetur propoſitum.

Quarta eſt, omnis perfectio quæ poteſt numerari in pluribus maiorem perfectionem dicit in pluribus q̄ in uno, ſed forma ignis eſt numerabilis in pluribus indiuiduis ut patet. Si igitur duo ignes iungantur & fiat unus, non eſt dubium quin, ille ignis perfectiorem & intenſiorem formam habeat, quàm duo ex quibus componitur ſeorſum ſumpti, nam duo perfecta ſimul iuncta, perfectius aliquid ponunt quàm unum tantū cæteris paribus.

Quantum ad tertium ſic arguitur. contra primū fundamentū, forma ſm quam aliquid ꝯſtituitur ſub ſpecie eſt indiuiſibilis, qm̄ ſm pħm in 8. metaph. text. 10. ſe habet ut unitas ad numerum, quæ licet ſit minima & indiuiſibilis addita uel ſubtracta uariat ſpeciem numeri. Sed per formam ſubſtantialem indiuidualem, indiuiduum cōſtituitur ſub ſpecie, qm̄ aut conſtituitur ſub ſpecie per formā ſpecificam, aut per indiuidualem, non per ſpecificam, qm̄ ſpecifica conſtituitur ſpecies, non poteſt autem eodem cōſtitui ſpecies & indiuiduū, cum ſe habeant ut totū & pars ſubiectiua, ſi eſt indiuiſibilis ergo nō hēt gradus intrinſecos eſſentiales nec ſuſcipit magis & minus, qm̄ in doctrina Scoti intenſio fit per additionem gradum & dictum

pħi.in 8.metaph.tex.10.ubi inquit. Sed ſi quidem cum mā &c.non fauet ei,nam ſenſus pħi eſt,ꝙ forma ſubſtantialis ſiue ſpecifica ſiue indiuidua non habet magis & minus in eſſentia ſua.Sed ſi quidem cum materia.i.ſi ꝯſideretur cū diſpoſitionibus q̄ tenent rōnem & modū mãæ, qa ſunt rō recipiendi formam,poteſt dici recipere magis & minus,non quidem ſm ſe,ſed ratione diſpoſitionum,quæ ſunt qualitates intenſibiles.Sed quia Commenta.in 8.metaph.textum prędictum exponens uidetur fauere uię Scoti.Dicit.n.ita,forma ſubſtantialis non recipit magis & minus non.n.eſt homo maioris humanitatis quā alius homo ſm formam . Sed ſi fuerit: erit ſm quod forma eſt in eo in materia,ideo declarandum eſt ꝙ pro ueritate non fauet ei.Aduerte igr̄ ꝙ Commen.intelligendus eſt, ſicut intendit pħs,pħs autem loquitur de formis ꝯtra Platonē ꝗ dicebat formas eſſe numeros & eſſe ſeparatas . & licet ſm pħm nō ſint numeri,tñ aſſimilãtur numeris ī quattuor ꝓprietatibus,q̄ patent in eodem tex.& 4.ſimilitudo eſt, ꝙ ſicut numeri non recipiunt magis & minus,ſic nec forma ſm ſpeciem,qm̄ ut ſpecies non habet principium intrinſecum,nec gradum quo diuerſificetur.Sed ſi habet magis & minus,eſt cum materia.i.Quoniam materia eſt principium diuerſificãdi formã ſpecificam,ratio maioris apparentiæ ſuſcipiendi magis & minus eſt ipſa materia,q̄ ſumpta ut ſpecies uel ut ſeparato,ſicut accipiebat Plato.Tamē ex hac conditionali non ſequitur ꝙ pħs aut Cōmen.cōcedãt eam ſuſcipere magis aut minus,nec poſſe ſuſcipe, ſed ſolum ſequitur,ꝙ habeat minorem repugnantiam ex materia q̄ ex ſe,ſi ſuſciperet magis aut minus, non inconuenit aūt conditionalem eſſe ueram,cuius añs & cōſequens ſunt impoſſibilia.Conſtat autem ꝙ pħs dum dicit. Sed ſi quidem loquitur cōditionaliter.& non ui unius termini, de Comment.autem conſtat,ꝙ format conditionalem,ut patet intuenti dictum ſuum ſupra poſitum,non ergo ſuper dictum pħi poſſunt Scotus & Ant.And. ponere fundamentum opinionis ſuæ.

Contra ſm fundamētum arguitur ſic,motus ut diſtinguitur contra mutationem proprie dictam,quæ eſt generatio & corruptio ſimpliciter, nullo modo eſt in ſubſtantia,generatio autem & corruptio eſt in ſubſtātia,ergo generatio non pōt dici motus proprie dictus. Minor patet, qm̄ gn̄atio eſt uia ad ſubſtantiam,maior probatur ubi eſt motus ꝓprie dictus ibi eſt ꝯtrarietas ex 5.phy.tex.10. ſed in ſuba non eſt contrarietas,ut patet in p̄ntis & in 5.phy. tex.10.ergo &c.forte dices licet ph̄s neget contrarietatem ꝓprie dictam in ſubſtantia,non tn̄ cōiter dictam. & hæc ſufficit ad motum.Contra,hoc eſt expreſſæ contra Cōmē. in 5.phyſ.cōmen.10.qui tenet ꝙ ad motum requiritur cōtrarietas propriæ dicta,& ait,& intendit Ariſt.hic per cōtraria &c.uſqꝫ ibi,& quomodocunqꝫ cōcedatur ꝙ in ſubſtantia eſt contrarietas deſtruetur ſignum ph̄i &c. Patet ergo ꝙ ſi in ſubſtantia non eſt motus proprie dictus, ꝙ ibi non eſt introductio formæ ſucceſſiua,&per conſequēs non eſt ibi intenſio nec remiſſio.

Quantum ad quartum ſoluendæ ſunt rationes eorum, quas ſupra recitauimus. Ad primam negatur cōſequētia, ad probationem dico ad minorem, ꝙ calor qui eſt intenſior in igne genito ex materia magis ſolida puta ex quercu,non eſt effectus ſolius formæ ignis: ſed prouenit ex materia ſolida in qua magis uigoratur. Vnde dico ꝙ ex parte formæ non eſt intenſior, ex conſequenti diſſimilitudo caloris in diuerſis ignibus generatis ex diuerſa mā,nō arguit magis & minus intrinſecæ in forma ignis.

Ad ſecundam nego primam ꝯñtiam, ad probationem dico ad min.ꝙ calor non pro quolibet gradu eſt propriū accidens ignis.ſed calor pro tanto gradu ſub quo nō pōt ſtare niſi forma ignis, unde in caſu propoſito dico ꝙ calor in alteratione productus pro generatione ignis & corruptione aquæ eſt ſubiectiuæ in aqua, mediāte forma aquæ q̄ non repugnat ipſi calori niſi ꝓ tali gradu, ſub quo non poſſet ſaluari forma aquæ. & pro tunc non eſt in mā niſi forma aquæ & nullo mō forma ignis.& iō de ſecun-

da conſequentia non curamus. Et aduerte ꝙ eos decepit hæc ꝯñtia,forma aquæ repugnat calori pro tanto gradu, ergo pro omni gradu,patet ꝙ non ualet.

Ad tertiam dico ſm doctrinam b. Tho. ꝙ dictum phi non uerificatur eodem modo in oī mutatione.Sed primo & proprie uerificatur in mutatione locali, & in alteratione q̄ eſt inter ꝯtraria mediata,ut qđ mutatur de albo in nigrū,prius peruenit ad fuſcum,quod participat de albo & nigro,in illis uero mutationibus,inter quoꝝ terminos nō eſt aliquod medium, dictum phi non ſaluatur reſpectu principalis termini,ſed reſpectu alicuius adiuncti,ut dum mutatur mā de forma aquæ ad formā ignis,eſt quidē toto tpe alterationis uſq; ad ultimum inſtās excluſiuæ ſub forma aquæ, & nullo modo ſub forma ignis ſm ipſam formam;pōt tñ dici eſſe partim ſub forma ignis non ſm ſeipſam, ſed rōne diſpoſitionū quæ ſunt pro forma ignis introducenda.& pro forma aquæ remouenda. Ad argm̄ igitur nego diuiſionem,qm̄ non eſt partim & partim rōne formæ ſubſtantialis,nec ratione ſubiecti,ſed ratione diſpoſitionum in generatione ſubſtantiali.

Si dices ꝙ Cōment.uult dictum phi uerificari in quatuor gñibus mutationum,ergo in mutatione ſubſtātiali.

Rñ. ſi Comment. intendit q, uerificatur in mutatione ſubſtātiali modo quo dictum eſt.ſ. ratione diſpoſitionū, acceptatur,ſi autem intendit ratione formę ſubſtantialis, negatur auctoritas ſua,quam nec b.Tho.tenet in 6.phyſ. exponens tex.92.&approbat dictum Alexandri,quòd omnis mutatio eſt diuiſibilis .ſ. uel ſecundum ſeipſam,uel ſecundum motum ei adiunctum.

Ad quartam dico ꝙ non concludit formam ſubſtantialem intendi & remitti,ſed quod una eſt perfectior altera,licet ſint unius ſpeciei, quod & nos concedimus ad ſenſum quem dicemus infra in hac met quæſtione. Ratio autem quare non intenditur ponetur in probatione concluſionis ſequentis.

Quantum ad quintum ponitur hæc concluſio reſpōſi

ua in uia b. Tho. nulla forma ſubſtãtialis ex intẽſibilis in tenſione proprie dicta, nam in uia b. Tho. ad uerã intenſionem tria reqruntur. Primo quod à tali forma res non ſortiatur ſpeciem. Secundo quod illa met forma numero ſit apta diuerſimodæ actuare ſuum ſubiectũ. ſ. modo imperfecto, deinde perfectiori & perfectiori ſm ꝙ ab agente magis & magis educitur de potẽtia ad actũ. Tertio ꝙ ſit diuiſibilr acquiſibilis per motum. ſed ut probauimus contra Scotum & Ant. And. quælibet forma ſubſtantialis cõſtituit id cuius eſt forma in propria ſpecie, nec eſt apta diuerſimodæ actuare materiam, cum nõ habeat gradus intrinſecos eſſentiales ut probauimus cõtra Scotum, nec eſt acquiſibilis per motum ſed per inſtantaneam tranſmutationem ſubſtantialem, quam probauimus contra Scotũ, non eſſe motum, ergo &c. Dixi autem intenſione propria dicta qm̃ ſumendo intenſionem communiter dictam quę ponitur in duabus formis eiuſdem ſpeciei, & informantibus diſtincta ſubſtantia non inconuenit formam ſubſtãtialem intendi & remitti prout una eſt perfectior & alia imperfectior, ut declarabimus in parte ſequenti.

Sed contra hanc determinationem uidetur eſſe Ariſt. q in 5. phy. tex. 3. antequam diuidat motum cõiter dictum in ſuas ſpecies. ſ. in mutationem proprie dictam & in motum proprie dictum dicit, ꝙ in omni motu eſt tp̃s ergo ſucceſſio. Sed generatio eſt mot⁹ cõiter dictus, ergo in generatione eſt tempus, ergo ſucceſſio, ergo forma ſubſtantialis eſt ſucceſſiue acquiſibilis, ergo intenſibilis.

Ad hoc reſpondetur per Cõment. in 5. phyſi. cõmen. 3. ubi inquit omnem motum eſſe in tp̃e declarabitur etiam perfecte in lib. 6. conſtat autem quod in li. 6. dicet ph̃s omnem motum eſſe in tempore tam motum proprie dictum, quàm mutationem in ſubſtantia, non quidem ratione inſtantaneæ introductionis formæ ſubſtãtialis, ſed ratione præuie alterationis, ideo dicet, omne quod generatur, prius generabatur. Quare &c.

Quãtum ad quartum principale. ſ. poſito ꝙ repugnet formæ

formæ ſubſtantiali intendi & remitti, utrũ repugnat duabus formis ſubalibus eiuſdẽ ſpeciei inęqualitas pfectionis ſubalis, aduerte ꝙ inter Thomiſtas eſt diſcrepantia, nam Cap. in 2. di. 32. q. 1. tenet hãc ꝯcl'onẽ in aiabus intellectiuis licet oẽs ſint eiuſdem ſpẽi, ſunt diuerſi gradus eſſentiales. Hanc ꝓbat de mẽte b. Tho. in 1. ſen. di. 8. q. 5. art. 2. & intendit talẽ rõnem formæ nãlr ꝓportionatæ ſuis ſubis ſm inæqualitatem ſuoꝝ ſuſceptiuoꝝ hñt inæqualitatem inter ſe, ſed aiæ uniuntur corporibus ut formæ ꝓportionate, cũ actus recipiatur in mã ſm diſpõnem mãæ, cõſtat aũt ꝙ corpora nõ ſunt æqualr diſpoſita ꝑꝑ inęq̃litatẽ uirtutis gñantiũ & cõplexionũ, ergo ex inæq̃litate eſſentiali corpoꝝ, põt ꝯcludi inæq̃litas eſſentialis aiaꝝ. Tu tñ aduerte ꝙ hæc inæq̃litas nõ cõpetit aię ex ſe. qm̃ iduceret diſtõnẽ ſpecificam. Sed cõpetit huic aiæ & illi, prout hæc reſpicit hoc corpus & illa illud, & iõ licet hæc diſtõ poſſit dici formaꝝ, nõ tñ formalis, ſed potius mãlis, non. n. conuenit aiæ ex ſe q̃ tñ eſt forma, ſed rõne mãæ quã reſpicit. Et hæc eſt mens Capr. ubi ſu. quã ſequũtur excellẽtiores Thomiſtæ. Sed Pau. Sõc. nõ placet, ut patet i 8. metaph. q. 26. ubi in fine declarat, ꝙ unam aiam eſſe pfectiorẽ alia, non eſt ſm eſſentiã nec ſm eſſe ſubale, ſed ſm nobiliores diſpõnes ꝯſeruantes eã in mã, ſed nos dicimus declarationẽ ſuã eſſe ueram, ſed non ſufficientem. Admittimus. n. perfectionẽ accñtalem inæqualẽ inter aías, quã nullus habet negare, ſed ultra illam tenemus inæq̃litatẽ pfectionis eſſentialis, eo ꝙ unaq̃ꝗ aía in ſuo ꝓprio ſuſceptiuo habet eſſe determinatũ ſm mẽſuram pfectionalẽ corporis qđ informat, & hæc eſt expſſa ſnía b. Tho. in 1. ſen. di. 8. q. 5. ar. 2. ad ſextũ. Conſtat aũt ꝙ corpora humana non hñt æqualẽ nobilitatẽ, & ideo una aía q̃ creatur ut unibilis huic corpori digniori, ſortitur à Deo nobilius eſſe, & illa oppoſito mõ.

Qm̃ igitur tenemus partẽ affirmatiuam, ſoluendæ ſunt rõnes quæ inducũtur à Paul. Sõc. ubi ſupra, & ſunt tres.

Prima, aía intellectiua prius nã hẽt eſſe q̃ uniatur mãæ, ergo una non dat nobilius eſſe quã alia. Añs patet, qa aía

cõicat ſuũ & propriũ eſſe mãæ,ꝑus aũt eſt rẽ hrẽ ꝑfectio-
nẽ in ſe,ꝗ cõicare eã alteri. Cõſequentia aũt ſic ꝓbatur: ſi
una aīa dat nobilius eſſe ꝗ alia,aut hoc ẽ ꝗa entitas unius
aīæ eſt ꝑfectior entitate alterius,& hoc ẽt tu negas,aut eſt
ꝑꝑ diſpoſitiones, ut tu dicis,& hoc nõ,ꝗa ſequitur ꝙ aīa
ex ſui unione ad mãm ꝯſequeretur impfectionẽ ĩ ſuo eſſe,
qđ ẽ falſũ,ꝗa forma nõ unitur mãæ,niſi ꝑꝑ bonũ formæ.

Ad hoc dico ꝙ peccat ex fundamento falſo,qm̃ imagi-
natur ꝙ Deꝰ creet aīam,& det illi eſſe,nõ reſpiciẽdo mãm
ſic uel ſic diſpoſitam,quã debet informare.Hoc quidẽ eſt
falſum,nã Deus dum creat hanc aīam,reſpicit hoc corpus
& ꝓportionalr̃ terminat eam ad talẽ gradũ eſſendi, & ex
hoc patet,ꝙ ſua ꝯñа non ualet,& ad ꝓbationẽ dico,ꝙ eſt
ꝑꝑ ꝑmum.ſed illa ꝑfectior entitas non ꝯuenit aīæ ut aīa,
ſed ut huic,eſt aũt hæc ut reſpicit hãc mãm, & has diſpoſi
tiones.Et cũ dicit ergo aīa ex ſui unione ad materiã ꝯſeq-
tur impfectionẽ.negatur ꝯña,ꝗ utiꝗ ualeret,ſi aīa hrẽt eẽ
ante unionem & ꝓduceretur à Deo, nõ reſpiciẽdo ad hãc
materiã,immo dico ꝙ ex unione ꝑficitur,eo ꝙ non hrẽt
aliquod eſſe niſi uniretur, qm̃ ratio occaſionalis creandi
hanc animam,eſt ut uniatur huic corpori.

Scđa.ꝓducat Deus aīam unã ſeparatã à materia,deinde
uniat eã materię optimæ diſpoſitę. Tunc quęro,ſi eſſe illiꝰ
aīæ eſt factũ ꝑfectius ex unione,uel nõ,ſi ſic,ergo illud eẽ
eſt intenſum,quia ad intenſionem, i uia Thomiſtica ſuffi
cit ꝙ actus deducatur de impfecto ad perfectũ,ſi non,er-
go illę ſummæ & optimæ diſpoſitiones non faciunt ꝙ
una anima det perfectius eſſe quam alia.

Ad hoc dr̃ ꝙ peccat eodem fundamento ut p̃cedens.Di
co igr̃ ꝙ Deus non crearet unam aīam ante informatio
nẽ,niſi reſpiciendo diſpoſitiones mãæ, ꝗ ſunt uel futuræ
ſunt in tali mã,& iuxta illas terminat hãc aīam ad tale eẽ
ſibi inuariabile,ſiue ſit unita mãæ,ſiue nõ.Et ſi daretur ca
ſus ꝗ, Deus crearet unã aīam ſine habitudine ad mãm de
terminatã,dico ꝙ illa nõ eſſet aīa niſi ęquiuocę.Nã de rõ-
ne aię eſt eſſe actũ corporis,ergo de rõne huius animæ,eſt

eſſe actum huius corporis.

Tertia ſequitur ꝙ forma ſubalis poſſit intendi & remitti,qđ eſt contra doctrinam Thomiſt. Conſequentia probatur,ſeqtur ꝙ forma ſubalis poſſit, hr̃e pfectius eſſe q̃ hr̃et,ergo põt intendi & remitti.Conſequentia eſt clara in uia b.Tho.ut patet ex pdictis in hac.q. Añs ꝓbatur, eſſe formæ ſubalis, ẜm te eſt tãto pfectius quanto diſpões ꝓ forma introducenda, & q̃ ſimul introducũtur cũ forma ſunt pfectiores,ſed iſtæ pñt intendi poſtq̃ forma eſt introducta & effici perfectiores,ergo forma poterit hr̃e perfectius eſſe,quàm prius,ex conſequenti fieri intenſior.

Ad hoc dico ꝙ ut recitat Cap.ubi ſupra, fuit argm̃ Durandi,& eſt quintum in ordine & Cap.ſoluens inquit,negatur ꝯñtia,ad ꝓbõnem, non oportet ꝙ ſi ẜm diuerſitatẽ diſpõnum pcedentium formam in mã, uel ſimul oĩ forma incipientium ſit inæqualitas formaꝝ ſubalium,ꝙ à ſimili ẜm diuerſitatem diſpõnum ſequentium formam,forma ipſa intendatur uel remittatur, poſito ꝙ poſt introductionem formæ fiãt pfectiores uel impfectiores. & rõ huius eſt, quia diſpões pcedentes, uel ſimul incipientes cũ forma,hñt aliquem modum cauſalitatis reſpectu formæ ſubalis,non añt poſteriores, ideo ad uariationem ſequentium non uariatur forma nec eſſe eius, ſed bene accñtalr̃ uariatur ipm compoſitu,modo in melius, modo in pei⁹.

De rñſione quam dat Paul.& contra quã arguit, nõ curamus,qm̃ non eſt ad uiã nr̃am. Diximus.n.ꝙ ad intẽſionem ꝓprie dictam reqritur,ꝙ forma ſit acquiſibilis p motum & per eam non ꝯſtituatur res in ſpẽ.& ꝙ eadẽ numero ſit apta plus & minus actuare ſubm,& non indiuiſibiliter.& ꝗ actione agẽtis magis & magis educatur de impfecto ad perfectũ,q̃ oĩa repugnant formæ ſubali, ut patet in ſupradictis. Tenemus igitur inęqualitatem ſubalẽ duarum formaꝝ ſubalium eiuſde ſpẽi,non tñ intenſionem & remiſſionem. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ. 7. Si ex materia & forma fit unum per ſe, & propter quid,& an immediate.

EXPEDITIS quæſtionibus eueniẽtibus circa materiam & formam, reſoluenda eſt nunc quæſtio, q̃ accidit circa naturam compoſiti. & eſt hæc: utrum ex materia & forma fiat unum per ſe, & propter quid, & an immediate. Pro reſolutione tria agẽda ſunt. Primo declarandum eſt, quid ſit fieri unum per ſe. Secũdo ponẽtur duæ ꝯcl'ones reſponſiuæ. Tertio aſſignabitur ratio, quare ex ſubiecto & accidente communi non fit unum per ſe.

Quantũ ad primũ aduerte, ꝙ aliud eſt eſſe unũ per ſe, & fieri unũ per ſe, nam eſſe unum per ſe eſt eſſe indiuiſibile ex ſui nã, & hoc modo res ſimplex eſt una per ſe, ſicut punctus, ſicut intelligentia, & in ſupremo gradu eſt prima cauſa, fieri unum ꝑ ſe eſt ex pluribus adunatis reſultare unã nãm, quæ reponitur in determinato gñe & determinata ſpẽ, unde aduerte, ꝙ ad fieri unũ ꝑ ſe non ſufficit ex pluribus adunatis reſultare quid unũ, alr aceruus lapidũ & hõ alb⁹ poſſent dici facta unũ ꝑ ſe. Sed reqritur ꝙ ip̃m totũ conſtitutũ reponatur in gñe & ſpẽ determinatis, ut numeri & quãtitates ꝯtinuę, & figurę, & ſb̃ę cõpoſitę &c.

Quantum ad ſecundum ponuntur duæ ꝯcl'ones, prima eſt, ex materia & forma fit unum per ſe, probatur ſicut ſub̃a ſimplex ſeipſa eſt una per ſe, quia non habet principia intrinſeca ex quibus fiat una. Sic ꝑ oppoſitũ ſub̃a cõpoſita fit una ꝑ ſe, q̃a habet principia intrinſeca, ex quibus fit una per ſe. Hæc autem principia non ſunt niſi materia & forma, quæ ſolæ ſunt cauſæ intrinſecæ, ergo &c.

Secunda ꝯcl'o, ꝑꝑ quid ex mã & forma fit unum per ſe. nulla eſt cauſa intrinſeca, niſi quia mã eſt potentia, & forma eſt actus. Hæc ꝯcl'o non põt demonſtrari alr, niſi quia de nã potentiæ & actus eſt, ut ex eis coniunctis conſurgat unum ꝑ ſe. Sed materia & forma ſunt actus, ergo &c.

Quod ſi quis negat ex potentia & actu fieri unum per ſe, nõ eſt diſputandũ cũ eo, ſicut nec cum negante principia ꝑ ſe nota, dico aũt cauſa intrinſeca, ad drĩam cauſæ agentis, q̃ ideo neceſſaria eſt, quia educit mãm de potentia ad actũ. & ſua actiõe diſponit mãm ad receptionẽ formę.

Ex hac aũt determinatione eliciuntur duo corrolaria, primum eſt,ꝙ ex ſubo & accñte cõi nõ fit unũ ꝑ ſe. Dico ex accñte cõi,qm̃ ex ſubo & accñte ꝓprio,ſiue ex propria paſſione,licet nõ fiat unũ ꝑ ſe entitatiue,ut declarauim⁹in 4.lib.tñ fit unũ ꝑ ſe ꝑtiuæ,qđ non ꝯtingit, non in accñte ꝑ accñs,ſiue cõi. Rõ aũt ꝑꝑ q̃ nõ fit unum per ſe ſm Ant. And.nõ eſt alia,niſi qa ſubm & accñs cõe ſunt tales nãæ, ꝙ ex ſe non ꝯſtituunt unum ꝑ ſe,ſicut ex oppoſito mã & forma ſunt tales naturæ,ꝙ ꝯſtituunt unũ per ſe. Sed hoc nihil eſt dictu,immo cauſa eſt, qa ex actu & pura poten-tia,aptum eſt fieri unum per ſe,non aũt ex duobus,quoꝝ unũ eſt actu,& alteꝝ eſt actus,ſiue quia utrũque eſt actu. Et hãc cauſam aſſignauit pħs ꝯtra Plato. in lib.7.tex.49. ubi inqt.Duo nanque ſic actu,nunq̃ ſunt unũ actu,actus .n.ſeparat. Scdm eſt ꝙ ex materia & forma fit unũ per ſe imediate.i.nullo interpoſito medio,et rõ quidẽ huius eſt, qm̃ ut inqt pħs in hoc 8.lib.tex.ult.poſtq̃ reꝑhendit anti quos,q diuerſimodꝫ aſſignabãt mediũ,quo ex materia et forma fit unũ ꝑ ſe,nullum eſt aſſignãdum medium,eo ꝙ forma adueniẽs materiæ, ſicut ſeipſa dat eſſe & conſtituit ens,dũmodo agẽs moueat potentiã ad actum.ſ.diſponen do materiã ad actũ, ſic ſeipſa adueniẽs materiæ facit unũ & cõfirmatur,qm̃ cũ ens & unum ſint idem, ut determi-natũ eſt lib.4.eodem res fit ens & fit una,cum igr̃ forma, ſeipſa det eſſe,ſeipſa faciet unum, & non per medium.

Sed contra prædicta ſunt tria dubia, primo dubitatur qũo ſit poſſibile,ꝙ ex materia & forma fiat unum per ſe, cũ maxime diſtent,qm̃ ſunt ut potentia & actus,quę ſunt extremæ diſtantia, quæ autem ſunt conformia uidentur magis unibilia,ex conſequenti magis facere unum.

Ad hoc dr̃,ꝙ aliud eſt aliqua fieri unũ,&aliud eſt ex ali quibus fieri unum.Item ex aliquibus fieri unũ,contingit duplr̃.Primo ꝙ illud unũ ſit eiuſdem rõnis, cũ his ex qui bus fit,ſicut eſt totũ omogeneum.Scdo ꝙ illud unum ſit alterius rõnis ab his,ex qbus fit,ut eſt totũ ętherogeneũ, ſtãtibus his diſtõnibus,dico ꝙ ſi poneremus actũ et potẽ

tiam fieri anũ,ſil'r ſi ex potentia & actu fieret unũ eiuſdem rõnis,ſicut ex duabus aqs fit una aqua.argm̃ procederet, qm̃ quæ minus diſtãt & ſunt magis cõformia ſunt magis apta fieri unũ,& ex eis reſultat totũ,ꝙ eſt eiuſdem nãę cũ his ex qbus reſultat,ut patet qñ duæ lineæ coniungũtur, duæ aquę,duo ignes,&c.Sed nos ponimus ex mã & forma fieri unũ quod eſt alterius rõnis,& nõ illa fieri unum. Ad hoc aũt ↄſtituendum,dico, ꝙ quæ magis diſtant ſunt magis apta,dũmodo unũ ſit ut ꝑfectibile,& alteꝝ ut ꝑfectiuum. & qm̃ forma ut actus, & materia ut potentia ſic ſe habent. ideo non inconuenit ex eis fieri unum per ſe.

Scđo dubitatur, ſi hęc eſt ul'r uera, qñ ex aliquibus fit unum per ſe,neceſſe eſt unum eſſe potentiam & alteꝝ eſſe actũ,nam uĩ hr̃e inſtantiam in toto quãtitatiuo, ut in linea bicubitali, q̃ ↄſtituitur ex cubitali et cubitali, quæ cũ ſint eiuſdẽ rõnis,non uñr ſe ſic hr̃e,ꝙ una ſit actus, & altera ſit potẽtia,ſed uel utraq; eſt actus. uel utraq; eſt potẽtia.& tñ conſtituunt unum per ſe.ſ.lineam bicubitalem.

Ad hoc dr̃ ꝙ illa ꝓpõ.Qñ ex aliquibus &c.non eſt ul'r uera,niſi in cõſtitutione unius ꝑ ſe,qđ eſt alterius naturę à ſuis principijs cõponentibus.Inſtãtia aũt ꝓcedit de uno ꝑ ſe,qđ eſt eiuſdẽ naturæ cũ ſuis cõponentibus,nam tunc ſufficit,ꝙ oĩa cõponentia ſint ut potẽtia.unde qñ A, & B, cõponunt C,ſicut duæ lineę tertiã,dico ꝙ A,& B,ſunt partes potentiales. Qñ aũt ex elementis componitur elementatũ,dico ꝙ elementa ſunt ut potentia,& forma mixti eſt actus. Vt igr̃ fiat principiũ qđ teneat in oĩbus, formetur ſic. Qñ ex aliqbus fit unum ꝑ ſe,neceſſe eſt uel illa eſſe potentialia,uel unum eſſe potentiam & alterum eſſe actum.

Tertio dubitatur qũo ſit poſ'e, ꝙ ex materia & forma fiat unũ ſine medio,cũ uideamus ea quæ multum diſtant nõ uniri ſine medio. unde & duo extrema contraria non uniũtur niſi in medio,ut calidũ & frigidum in tepido, cõſtat aũt ꝙ materia & forma multum diſtant,ergo &c.

Ad hoc dicimus,ꝙ ſi ſunt duo multum diſtãtia, quoꝝ utrũq; habeat eſſe ſeparatim,ſicut duo corpa,illa nõ uniũ

tur ſine medio colligante,ut patet in edificatione domus, ſi aũt illa duo nõ habeant eſſe ſeorſum. Sed unum actuat alterũ.& nullum habet eſſe,niſi ꝑ illud,non eſt neceſſe, ꝙ uniantur ꝑ medium, & qm̃ materia nullum habet eſſe.ſ. actuale.ſed ipm̃ accipit à forma,nec forma habet aliud eſſe,niſi illud quod cõicat materiæ,ideo non inconuenit,ꝙ uniãtur ſine medio.Argm̃ aũt ꝓcedit, ac ſi materia & forma hñt diſtincta eſſe, ſicut duo extrema contraria habent diſtincta ineſſe. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quęſtio.8.Si nomen ſpeciei in ſubſtantijs compoſitis,ſignificat ſolam formam, & dato ꝙ non ſi prius ſignificat formam q̃ compoſitum.

Oportet autem non ignorare &c.Text.7.

IAM expeditis quæſtionibus, quæ emergebant circa ꝯſiderationem materiæ & formæ & compoſiti, nunc ſupereſt diſcutere quæſtiones aliquas ſupra tex. phi & 1. ſupra tex.7.oportet aũt nõ ignorare &c.in quo phs intẽdit determinare, ꝙ in ſubſtantijs cõpoſitis nomen ſpẽi nõ ſignificat formã ſolam, ſed formam in mã, cuius rõnem principalẽ aſſignat in tex.8.ubi inquit, nam quodqderat eſſe &c.& intẽdit talem rõnem,ſi nomen ſpẽi in ſubſtantijs cõpoſitis ſignificat ſolam formam, ergo in eis idem erunt res & quodqdeſt rei, quod eſt falſum, qm̃ ut dicit phs in tex.8.aia & eſſe aiæ idẽ,hois uero eſſe & hõ non idem, niſi & aia hõ dicatur. Quæritur igr̃,ſi nomen ſpeciei in ſubſtantijs compoſitis ſignificat ſolam formam, & poſito ꝙ non,utrum̨ ſignificet prius formam quàm compoſitum.

In hac.q.ſic ꝓcedendũ eſt.Primo ꝓbandum eſt,ꝙ nomen ſpẽi in ſubſtantia cõpoſita ut hõ,non ſignãt ſolam formã ſed cõpoſitum.Scđo ad declarandũ ꝙ prius ſignificat cõpoſitum q̃ formã,ponentur aliquæ diſtinctiones. Tertio reſpondebitur quæſito.ſ.an prius ſignificet formã quàm compoſitum. Quarto ſoluetur rõ tenentium oppoſitum.

Quantum ad ꝑmum ſic ꝓbatur ꝓpoſitum.Qđ p̃dicatur i recto de indiuiduo,ſignificatur noĩe,ſpẽi,qm̃ ſpẽs de indiuiduo p̃tur.Sed nõ ſola forma p̃tur in recto de indiui

duo ſed in obliquo,compoſitũ aũt ꝑtur in recto de indiui duo. Hæc.n.eſt uera. Sortes eſt quid compoſitum ex cor≠ pore & aĩa,ergo compoſitum,& non ſola forma ſignifica tur noĩe ſpẽi. Præterea ſignificatũ ꝑ nomẽ ſpẽi, & ſignifi≠ catum ꝑ diffõnem ſunt idẽ,qm̃ ſpẽs eſt quæ diffinitur, & rõ quam ſignificat nomen eſt diffõ. Sed ſignificatum per diffõnem,non includit ſolam formam,immo & formã & materiã,qm̃ ſuƀa compoſita naturalis diffinitur per for≠ mam & materiam ex.7.huius tex.33.ergo &c.

Quantum ad ſcđm aduerte ꝙ aliqui ſic ſolent diſtin≠ guere forma eſt duplex.ſ.forma totius ut humanitas, quę includit formam & materiam: & forma partis,ut aĩa. Itẽ ſic diſtinguunt,nomen põt ꝯſiderari quantum id qđ ſigni ficat,uel quantum ad id qđ eſt rõ ſignandi,uel breuius,in noĩe põt ꝯſiderari qđ,& quo,ut hõ põt ſignificare id qđ ẽ hõ.& id quo hõ eſt hõ. Itẽ aliȷ̃ ſic diſtinguunt.nomẽ põt ꝯſiderari quantum ad id cui nomen imponitur,& quantũ ad id à quo nomen imponitur.

Quantum ad tertium aduerte,ꝙ ſequentes Comment. tenentem ſolam formam eſſe totam eſſentiam ſubſtantiæ compoſitę,ut uiſum eſt in lib.7.dicunt, ꝙ nomen ſpeciei primo ſignificat formã partis, q̃ dr̃ eſſe rõ ſignificãdi,et id à quo nomẽ imponitur, ſecundario autem ſignificat com poſitum,quod eſt id quod eſt,& cui nomen imponitur.& inter iſtos eſt Iandunus in.8.lib.in.q.3. Et probat inten≠ tum ſuum ſic. Quãdo duo ſic ſe habent qđ unum eſt cau≠ ſa alterius. & aliquod nomẽ debetur eis, principalius & dignius debetur cauſę,quàm cauſato. Sed forma eſt cauſa compoſiti.& nomen ſpeciei debetur utriq;,ergo principa lius & dignius ſignificat formam, quàm compoſitum ma. nota.& minor,quo ad primam partem. Quo ad ſecũ dam partem ꝓbat per Commenta.qui in hoc.8.li.in com men.7.inquit. Hoc nomen animal dr̃ principal͛r per for≠ mam, & dr̃ de congregato ex materia & forma ſecũdario .ſ.quia dicitur de forma,nomẽ enim non ſignificat rem ni ſi ſm ꝙ ẽ in actu,& cauſa actus in compoſito eſt forma,et

cum duo fuerint quo⁊ alterum eſt cauſa alterius, illud ꝙ eſt cauſa dignius habebit nomen. Illud.n.nomen eſt ſecũ di propter primum, uerbi gratia. Res calidę, qm̃ non hñt nomen caloris, niſi propter calorem ignis, qui eſt in fine, & ideo cum fuerint plura, quæ non hñt idem nomen niſi propter aliud, illud aliud eſt dignius hr̃e illud nomen. & erit cauſa illo⁊, hæc Cõmenta. Patet igitur quod fuit intẽtio p̃hi & Cõmenta. nomen ſpeciei prius ſignificare formam quàm cõpoſitum, nos autem qui ſequimur b.Tho. tenentem, ut declaramus in lib. 7. materiam & formam eſſe partes quidditatis in ſubſtantia compoſita, ſuſtinemus nomen ſpeciei prius & dignius ſignificare compoſitum q̃ formam, nam nomen impoſitum ad ſignificandum eſſentiam & quidditatem rei, prius & dignius ſignificat totam quidditatem q̃ partem. Sed nomen ſpeciei impoſitũ eſt &c. Significat.n.homo id quod eſt homo, ergo prius & dignius ſignificat totam quidditatem q̃ partem, tota autem quidditas nõ eſt forma (ut probatum eſt in 7.lib.) Sed quid reſultans ex materia & forma, quod ſignatur per compoſitum, ergo nomen ſpeciei prius & dignius ſignificat compoſitum quam formam, & aduerte ꝙ tota uis in hoc eſt, ut ſuſtineas ꝙ forma non eſt tota quidditas, & nos conati ſumus ſuſtinere in lib. 7. in q. 9.

Quantum ad quartum ſoluenda eſt ratio Ianduni. Ad quã b.Tho. rñderet, ꝙ minor pro ſecũda parte eſt falſa.ſ. ꝙ nomen ſpeciei conueniat in recto formę & compoſito, nam hæc eſt falſa. Anima eſt homo, niſi aĩa eſſet tota qdditas, quod nos negamus. Ad probationem quæ eſt ſnĩa Cõment. b.Tho. qui in hoc tenet contra Comment. diceret, ꝙ illa propoſitio, cũ duo fuerint quo⁊ unum eſt cauſa reliqui &c. non eſt, uera, niſi inter cauſam effectiuã uniuocam & effectum ſuum, puta quia hoc nomen calidum dr̃ de igne & de aqua calefacta principalius & dignius dr̃ de igne quàm de aqua, & nõ dicitur de aqua niſi propter ignem, non autem uerificatur de cauſa formali non.n. ſequitur ꝙ ſi homo eſt homo propter animam rationalẽ,

quòd anima ſit principalius & dignius homo, & ſi tu aduertis Commenta. non notificat propoſitionem ſuam niſi in cauſa effectiua uniuoca. Conſtat autem quòd forma non eſt cauſa compoſiti in genere cauſæ efficientis, igitur ratio Ianduni nulla eſt. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 9. ſi numerus habet eſſe reale extra intellectum, & ſi eſt unum per ſe & entitas diſtincta à rebus numeratis.

Et quemadmodum nec à numero aliquo addito aut ablato. Text. 10.

PHILOSOPHVS in hoc loco comparat quidditates rerum ſignificatas per diffinitiones, & præſertim per drias ſpecificas numeris, ſm quattuor proprietates, quæ patent in expoſitione b. Tho. & qm phs in tota ſua metaphyſica de numero parum pertractat, niſi in præſenti tex. & in lib. 10. ubi aget de uno et ſuo oppoſito in uniuerſali, ideo expediens eſt, hic diſcutere quæſtiones, quæ communiter pertractantur circa naturam numeri, & primo pertractabitur ſi numerus habet eſſe reale extra animam, & ſi eſt quid unum per ſe & ſi eſt entitas diſtincta à rebus numeratis, ſecundo quæretur de forma numeri. 3. ſi numerus de prędicamento quantitatis inuenitur in abſtractis.

Quantum ad primum quæſitum, conſiderabitur quo ad ſingulas partes & quo ad primam partem. ſ. ſi numerus habet eſſe reale extra intellectum ſic proceditur. Primo ponitur opinio tenens partem negatiuam. Secundo determinabitur contra eam. Tertio ponentur rationes illius opinionis & ſoluentur.

Quantum ad primum aduerte ꝙ ut recitat Greg. in 1. ſent. diſ. 24. q. 2. in 1. arti. Opinio Petri Aureoli fuit, ꝙ quãuis multę unitates rerum ſint extra animam, qm ad ſenſum patet eſſe in rerum natura hunc unum lapidem & illum unum, & illum unum, tamen iſtæ unitates non ſunt nec faciunt numerũ in rerum natura extra animam, quo

niam ille unitates ſunt tantum materia numeri, quãtitas aũt ſiue ſumma ſiue concluſio eſt forma numeri. Hęc aũt ſumma, ſiue concluſio, nõ eſt niſi ab anima ſummante & concludente dictam multitudinem unitatum, ita q̃d ſecũdum prædictam opinionem nullus numerus quo ad formale ſuum, habet eſſe extra animam, ſed ſolum quo ad materiam.

Quantum ad ſecundum, ponitur concluſio oppoſita, non omnis numerus etiam quo ad ſuum formale eſt per ſolã appræhenſionẽ animæ, probatur, et accipio rationem Gregorij ubi ſupra. Aliquæ res eſto ꝙ non appræhendantur ab anima ſunt tot & tot finite, puta. 4. uel. 6. & ſic de alijs, ergo aliquæ res eſto ꝙ non appræhendantur ab anima ſunt numerus, ex conſequẽti non omnis numerus habet eſſe tantũ per appræhenſionem animæ, utraq; ↄña eſt nota, & probatur añs, non plus dependet ab anima multitudo rerum in eſſe tot et tot, quàm dependeat magnitudo in eſſe tanta uel tanta, puta cubitalis uel bicubitalis &c. Sed conſtat quod magnitudo in hoc non dependet ab anima, ergo & cætera.

Alias rationes adducit Paulus in li. 10. quæſtio. 8. quas uide ad placitum.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Petrus Aureoli multipliciter conatur probare intentum ſuum, cuius rationes recitat & ſoluit Grego. ubi ſupra. Sed ſolutiones ſuæ uſq; ad ſextam non ſunt Thomiſticæ, ideo uide eas in Cap. in. 1. di. 24. q. 1. contra primam ↄclõnem quarto loco, quas & Paulus recitat ac ſoluit ut Cap. in libr. 10. queſtio. 8. uide Paulum & ſufficit tibi, q̃m non poſſunt aliter ſolui, ſtando in uia Thomiſtica.

Tu tamen aduerte ꝙ Paulus nõ recitat nec ſoluit rationem ſextam Petri Aureoli, quę uidetur apparens, quia fundatur in dicto p̃hi & Commentato. Hanc igitur formabimus & ſoluemus.

Sic ergo arguit. Dicit p̃hs. in. 4. phyſi. tex. 131. ſm tranſlationem Comment. Dicamus uerbi gratia, ꝙ cum nume

rans non fuerit,numerare non erit, ergo manifeſtũ eſt ẽt ꝙ numerus non erit,& cùm nihil aliud aptum natum ſit numerare quam anima,& animæ intellectus,impoſſibile eſt ut ſit numerus cum anima non fuerit. Hæc uerba adeo clare ſunt inquit Aureolus,ut non indigeant expoſitione, ergo ponere numerum quo ad ſuum formale habere eſſe extra animam,eſt contra philoſophum.

Idem confirmatur per Comment. in eodem lib. in com men. 131. qui ait numerus non eſt niſi actio numerantis innumerato,& manifeſtum eſt,ꝙ cum numerans nõ fue rit,actio eius nõ erit. Impoſſibile eſt autem aliquod aliud numerare præter animam & animę intellectum,ergo ma nifeſtum eſt,ꝙ cum anima non fuerit,non erit numerus (& infra)eſſe uero numeri in anima non eſt eſſe omnib' modis,qm̃ eſſet fictum,ſicut chimera. Sed eſſe eius extra mentem eſt in potentia,propter ſubiectum proprium,eſſe uero eius in anima eſt i acto,quãdo.ſ.anima egerit actio-nem,quæ dicitur numerus in ſubiecto præparato ad reci-piendum illam,ex quibus patet, quod numerus non eſt actu abſque appræhenſione animæ.

Pro ſolutione huius præmitto duas diſtinctiones, qua rum prima eſt,numerus eſt duplex quidam eſt multitu-do unitatum non continuarum ſeu diſcretarum in rerum natura,ut duo homines,duo lapides,de quibus cõſtat, ꝙ adinuicẽ non continuantur,quidam eſt multitudo uni-tatum,quæ in rerũ natura ſunt continuę,ſed fiunt non cõ tinuę ſeu diſcrete,ꝑ ſignationem ſeu diuiſionem animę,ſi cut multitudo partiũ quãtitatis ꝯtinuę ſeorſum et diuiſim ſignatarum,per deſignationem animæ notantis illam & illam partem,ſine diuiſione actuali & reali abinuicem.

Secunda eſt numerare quod eſt actio animæ, duplici-ter ſumitur,primo ut idem eſt ꝙ aliquam multitudinẽ di ſcretã ꝑ replicationẽ unitatis menſurare & eius quãtitatẽ cognoſcere,et hoc modo dicitur in. 10. metap. tex. 2. ꝙ nu merus menſuretur & numeratur per unum, ſecundo ut idem eſt,ꝙ aliquod unum diuidere & multiplicare quaſi

ꝙ idem ſit numerare, ꝙ de uno numeꝝ facere. Vnde Cõment. in 4. phyſ. cõm. 104. ubi phs uult, ꝙ inſtans multiplicetur ſm eſſe, dicit ꝙ numeratio eius. ſ. inſtantis eſt ex hoc ꝙ tranſlatum numeretur. i. multiplicatur, ecce ꝙ exponit numerare per multiplicare.

Ex his diſtinctionibus dico ad argm̃ & confirmationem ſimul ꝙ non eſt intentio phi & Commenta. loqui de quolibet numero, nec de numero primo modo ſumpto, ſed ſecũdo modo ſumpto, qualis numerus eſt tempus, de quo concedimus, quod quo ad ſuum formale pendet ab anima. i. quo ad numerare ſecũdo modo ſumpto, quia tẽpus non eſt niſi prius & poſterius motus continui diuiſa & numerata ſeu multiplicata per animam numerantem, unde Cõmentat. in cõm. 131. inquit. Tempus nihil aliud eſt, quàm prius & poſterius in motu ſm ꝙ ſunt numerata & diuiſa ſiue diſcreta, & ideo indiget in hoc, ꝙ ſit actu anima ſcilicet ſecundum quod eſt prius & poſterius numerata hæc Commenta.

Ex his autem patet, ꝙ non ſequitur omnem numerum hr̄e eſſe per ſolam appræhẽſionem animæ, nam numerus primo modo ſumptus, qui ſimplr & ueræ eſt numerus ꝓprie dictus habet eſſe perfectum extra animam, eo ꝙ aggregatur ex rebus non continuis, ut duo lapides &c. quorum quilibet eſt unus, & ſimul ſumpti remota omni operatione animæ ſunt tot & tot, patet igitur qđ aliquis numerus habet eſſe ꝑ appræhenſionem animæ, ut numerus quo numeramus, de quo inqt Auic. in 3. ſuę metaph. cap. 5. ueꝝ eſt ꝙ numerus expoliatus. i. non applicatus rebus ſignatis, non habet eſſe niſi in anima, & numerus applicatus rei continue & maxime rei ſucceſſiuę, quale eſt tempus & numerus inſtantis, materiale. n. ſolum eſt in re, formale autem quod eſt numeratio eſt per animam, aliquis aũt habet eſſe extra animam, quo ad materiale & formale, ut numerus rerum permanentium, non continuarum adinuicem. Hæc de prima parte quæſiti dicta ſint.

Quantum ad ſecundam partem. ſ. ſi numerus eſt unũ

per ſe,an tantum per accidens,ut aceruus lapidum, inue-
nio duas ſentẽtias,prima eſt b.Tho.quam defendit Cap.
in 1.ſent.di.24.q.1.& eſt ꝯclo 5. & ſtat in hoc, ꝙ nume-
rus eſt unum ſimplr & non ſolum ſm quid, & eſt unum
per ſe & non ſolum per accñs,ut aceruus lapidum, & fun
damentum ſuum ut patet in 8. metaphyſ. in expoſitione
tex.8.ſtat in hoc, ſi numerus eſſet unum ſm quid & per
accñs,nõ eſſet genus,nec aliquis numerus eſſet ſpecies en-
tis,quod eſt falſum,qm̃ reponitur per ſe in p̃nto,contine-
tur.n.ſub quantitate diſcreta, quicquid autem reponitur
per ſe in p̃nto eſt genus,aut ſpecies,aut dr̃ia,ꝯñtia proba-
tur,qm̃ tam genus q̃ ſpecies dicit certam & determinatã
naturam,ergo unum per ſe, præterea ſicut de ente per ac-
cidens non poteſt eſſe ſcientia, ſic nec de uno per accidẽs,
ergo de numero non eſſet ſcientia,nec demonſtratio, nec
aſſignabiles proprietates,& ſic deſtrueretur Arithmetica,
& aduerte ꝙ licet Commenta.teneat numerum ſicut & a-
lia compoſita non eſſe quid reſultans ex partibus, ſed eſſe
ſuas partes ſimul iunctas, tñ non negaret quin ſit unum
per ſe,prout ly per ſe opponitur per accidens,eo ꝙ compo
nitur ex potentia & actu,ſiue ex materia & forma. Q̃o
autem quilibet numerus componatur ex materia & for-
ma declarabimus, agentes de forma numeri.

Secunda ſententia eſt Greg. qui in 1.ſent.di.24.q.2.ar.
2.tenet, ꝙ nullus numerus proprie loquendo, eſt aliqua
entitas ꝑ ſe una,ſed plures, ita ꝙ ſicut nulla res per ſe una
eſt populus uel exercitus, ſic nulla res una inquãtũ hmõi
eſt numerus,& ſñiam ſuam conatur probare dictis phi et
Commenta.nam in 10.metaph.in tex.4.dicit phs,ꝙ nu-
merus eſt pluralitas unitatum.i.plures unitates, ut illa ſit
cõſtructio intrãſitiua.& in 3.phyſ.tex.ſm nouã trãſlatio
nem dicit,ꝙ numerus eſt plures unitates,ubi Cõment. di
cit,ꝙ numerus eſt coaceruus unitatum,& in 10.metaph.
cõmen.21.dicit,ꝙ numerus eſt multitudo compoſita ex
unitatibus.& in 4.phyſ.cõmen.132.dicit,ꝙ quia unũ eſt
menſura omogenea numero, numerus eſt plures unita-

tes: conſtat aũt ꝙ plures unitates,nec coaceruus unitatũ eſt aliquod unum per ſe,ergo nec numerus.

Ab aliquibus autem ſic probatur propoſitum, omnes unitates componentes numerum realem.i.applicatum rebus,ut decem canes uidentur eſſe actu, & unaquæꝗ hoc aliquid,& ſeparatim exiſtens,ſed ex 7.metaph.tex.49. ex entibus.huiuſmodi in actu non fit unum per ſe,ergo numerus.10.canum,non eſt unum per ſe.

Pro ſolutione iſtorum præmitto diſtinctionem, quam tangit b.Tho.in 7.metaph.exponens tex.60. & eſt talis, compoſita quæ ſunt unum per ſe,ſunt in triplici dr̃ia,quędam ſunt quæ ſortiuntur ſpeciem ab altera parte,qua cõparata alteri parti eſt forma eius,& hoc modo quæcunꝗ cõponuntur ex materia & forma,& elementa,& elementata,& animata,ſunt unũ ꝑ ſe, quædam ſunt quæ ſortiuntur ſpeciem ab ipſa compoſitione, ut quæ continuantur adinuicem,ſicut linea tricubitalis in qua tres cubitales cõponuntur,ita ꝙ continuantur,quædam ſunt quæ ſortiuntur ſpeciem non à continuatione,ſed ab ordine partium, & ſunt illa quorum partes ſunt diſcontinue,ſed tñ ſunt ordinate,ita ꝙ tandiu ſtat totum,quandiu ſeruatur ordo inter partes,& hoc modo exercitus,oratio,ſillaba, numerus ſunt unum per ſe,quæcunꝗ autem conſtituuntur ex multis partibus diſcõtinuis non habentibus ordinem adinuicem,dicuntur unum ſm q̃d & per accidens,ut turba inordinata,cumulus lapidũ,multitudo arenę in litorę maris.

Ex hac diſtõne dico, ꝙ Greg. deceptus fuit ex hoc, ꝙ credidit nullum compoſitum eſſe unum per ſe,niſi cõpoſitum ex forma & materia,qđ nos non admittimus,ut patet ex diſtinc.data ad dictum,ergo ex 10.metaph.dico,ꝙ ſic debet exponi, numerus eſt pluralitas unitatũ.i.pluralitas conſurgens ex ordinatis unitatibus, & nego ꝙ illa cõſtructio ſit intrãſitiua,ad illud de 3.phyſ.dico ꝙ ſic debet intelligi,numerus eſt plures unitates quo ad materiam, ſicut domus eſt multi lapides quo ad materiam, negatur autem hæc ꝯñtia, numerus eſt plures unitates mate-

rialiter,ergo eſt plures unitates formal̃r,immo eſt quid reſultans ex pluribus unitatibus ordinatis, ad dictũ Cõmẽ. in 3.phyſ.dico,ꝙ per aceruum unitatum,intendit unitates ordinatas adunatas,qa ut declarauimus in lib.7.tenet Cõmenta.ꝙ totum non eſt aliud q̃ partes ſimul ſumptæ, idem dico ad dictum eiuſdem in 4.phyſ.ex hoc autem ꝙ tenet Cõmenta.compoſitum eſſe partes ſuas, & numeꝝ eſſe unitates,non ſequitur,quod negaret numeꝝ eſſe unum per ſe,nam tenet compoſitum ex mã & forma eſſe unum per ſe,& tamen eſt partes ſuæ ſm ipſum.

Ad rationem autem diceret b.Tho.falſum eſſe unitates ut componunt numeꝝ applicatum,puta 10. lapidum eſſe actu & hoc aliquid,immo ut ſic habent rationẽ partium, quandiu ſtant ſub tali ordine, & omnes unitates componentes comparare ad ultimam ſe hñt ut materia ad formam,ut dicemus infra. Et ſi dicas,ꝙ lapis A,eſt hoc aliquid,& lapis B,&c.ergo ut componunt numeꝝ ſunt hoc aliquid, negatur conſequentia, nam licet in ſe ſit hoc aliquid & perfectum in ſpẽ, tamen ut componit eſt pars, & eſt quid imperfectum,ex conſequenti ut componens non eſt hoc aliquid. Hæc de ſecunda parte dicta ſint.

Quãtũ ad tertiã partẽ, aduerte ꝙ nõ q̃ritur de numero trãſcẽdẽti,ſed tm̃ de numero quãtitatiuo,an ſit entitas realiter diſtincta à rebus numeratis,in hoc igr̃ inuenio duas ſñias,una eſt Greg.in 1.di.24.q.2.art.2.q tenet partẽ negatiuã,altera eſt b.Tho.quã ꝓſeqtur & defendit Cap.i 1. di.24.q.1.in prima ꝯclõne, & eſt pro parte affirm. & aduerte, ꝙ utraꝗ opinio pẽdet ab una radice.ſ.à nã uniꝰ ꝙ eſt principium numeri,nam quia gre. tenet unum qđ eſt principiũ numeri, nihil ſuperaddere rei quæ eſt una, nec ſm ipſum eſt accñs de ꝑnto quantitatis, ꝯñr tenet,ꝙ numerus quantitatiuus qui ſm ipſum non eſt aliud q̃ plures unitates. ut patuit ſupra nihil addit, nec diſtinguitur à rebus numeratis,& quia b.Tho. de uno quod eſt princip. numeri ſentit oppoſitum, ut declarauimus in 4. lib. ꝯñr tenet oppoſitũ de numero quãtitatiuo,ita ꝙ ſicut unitas

tas quantitatiua huius lapidis eſt accñs, & lapis eſt ſubã, ſic binarius quãtitatiuus lapidũ eſt accñs, utpote quãtitas diſcreta, lapides aũt ſunt ſubã. & aduerte ꝙ in uia b. Tho. hæc ꝯclo, numerus quãtitatiuus addit aliqd reale ſup res numeratas. & diſtinguitur realr ab eis, non põt alia uia efficaciter ꝓbari, niſi ſuſtinẽdo, ꝙ unũ princ. numeri diſtinguitur realr ab uno trãſcendẽte, & addit aliqd reale ſupra ens. nã bñ ſeqtur, ꝙ ſi unitas quãtitatiua q̃ eſt cõponẽs numerorum quãtitatiuũ, addit qd reale ſup ſubãm rei, q̃ eſt una quãtitatiuæ, ẽt numerus ꝯſtans ex hmõi unitatibus, addit quid reale ſup res numeratas, & diſtinguitur realr ab eis. Qđ aũt unũ princ. numeri diſtinguatur &c. determinauimus in 4. lib. in. q. 7. Nec facies fundamentũ in rõnibus, quibus conatur Paul. Sõc. in li. x. q. 11. ꝓbare dictã ꝯclonem qm̃ Greg. ubi ſupra format eas ꝯtra ſe ad lrãm & ſoluit ex ſuis ꝓncipijs, qb. tenet nõ oẽm q̃titatẽ diſtigui realr à ſbã.

Relinquitur ergo ut ſoluamus rationes Greg. quas format ubi ſupra, & ſunt duæ.

Prima eſt, q̃cunq; ſunt tot & tot ſunt ſeipſis & non per aliquam entitatẽ ſupadditam eis inhærentẽ tot & tot, ergo nullus numerus addit entitatem rebus numeratis, ꝯña nota, ꝓbatur añs, unũquodq; eorum, q̃ ſunt tot & tot ẽ unũ ſeipſo, & non per entitatem ſibi ſupadditam, ut ꝓbatũ eſt alſ, ergo unũquodq; eorum & quodlibet aliud, puta A, & B, ſunt duo ſeipſis, & non per entitatem ſuperadditam, idem dico de quolibet alio numero quantitatiuo, ergo &c.

Confirmatur, qa ſi aliqua eſſent tot, puta duo p entitatẽ ſupadditam, accipio unum illorum duorum & ipſam dualitatẽ, tũc ſic, illud unũ & dualitas ſunt duæ entitates, q̃ro, aut ſunt duæ ſeipſis, aut entitate ſupaddita, ſi ſeipſis, ergo eadem rõne prima duo, & q̃libet alia duo ſunt ſeipſis duo, ſi entitate ſupaddita, ergo ſilr illa, & illud ꝓmo ſumptũ ſũt duæ entitates p aliã entitatẽ ſupadditã, & ſic in infinitũ.

Pro ſolõne huius aduerte, ꝙ Greg. in hoc decipitur, ꝙ credit, ſicut unũ tranſcẽdens & numerus tranſcẽdẽs, nihil addunt reale ſup rem unã & res numeratas, ſic nec unum

princ.numeri quãtitatiui,nec ipſe numerus, propterea ad argm̃,nego añs,ad probationem nego añs, qm̃ unũ ꝑnc. numeri,addit ſuper ſubſtantiam rei accidens, quid autem ſit illud accidens,determinauimus in 4. lib.in.q.8.

Ad confirmationem dico,ꝙ illud unũ & dualitas ſunt duæ entitates ſeipſis,ſumendo illud unum unitate tranſcẽdenti,nam in quolibet quanto eſt unitas tranſcendens,& unitas quantitatiua, & nego illam ꝯñtiam ſi ſeipſis, ergo eadem ratione prima duo, qm̃ unumquodq; primorum duoꝶ eſt quantum,& unum quantitatiuæ, dualitas autẽ non eſt una quantitatiuæ, ſed tranſcendenter.

Scđa eſt ſi numerus dicit entitatem diſtinctã realr̃ ã rebus numeratis,quæro aut eſt entitas oĩno ſimplex & indiuiſibilis,aut eſt cõpoſita & diuiſa in partes, nõ primũ, qa numerus nõ eſſet quãtitas diſcreta, cum oĩs quantitas ſit diuiſibilis,non ſcđm, quia uel illæ partes ſunt adinuicem continuæ,&hoc non,quia numerus eſſet quãtitas ꝯtinua, uel ſunt nõ cõtinuæ,& hoc non,quia uel ſunt numeri uel unitates, nõ ſunt numeri, qa oĩs numerus diuideretur in numeros,qđ eſt falſum,ut patet in binario, nõ ſunt unitates,quia de illis q̃retur,aut ſunt ſeipſis numerus,aut ꝑ aliqđ eis additum,ſi ꝑ additum,querendũ eſt,utrum ſit ſimplex uel cõpoſitũ,ut prius,ſi ſeipſis,illæ unitates ſunt numerus,cũ unitates numerales nõ ſint res ſupadditæ rebus numeratis,ſed q̃libet talium reꝶ ſit una ſeipſa, ſequitur ꝙ numerus non dicat rem ſuperadditam rebus numeratis.

Ad hoc dr̃ ꝙ illa entitas ſuperaddita eſt compoſita, & diuiſibilis in partes, & ꝙ partes nõ ſunt ꝯtinuæ ſed diſcretæ,& ꝙ ſunt unitates,qm̃ numerus eſt multitudo aggregata ex unitatib⁹, & qñ arguitur,ꝙ uel ſunt ſeipſis numerus,uel ꝑ aliqđ additũ, dico ꝙ non ſunt numerus, ſed ex eis eſt numerus,& ꝙ addũt entitatẽ diſtinctã de gñe quãtitatis ſup res numeratas,ut dixim⁹ in lib.4.& falſum eſt, rem quantã eſſe unam unitate quæ eſt princ. numeri quãtitatiui per ſeipſam,hoc.n.tm̃ uerum eſt de re una unitate tranſcendenti. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qǒ.10. Si ultima unitas eſt forma numeri.

IN princ.huius.q.aduerte ꝙ in uia nr̄a ꝑcipui mouentes hāc.q.ſunt Io.Capr.in 1.di.24.q.1.in 5.ↄclõne,& Pau.Sonc.in lib.10.q.9.fundāt aūt ſe ſup b.Tho.in 8.metaph.ubi exponēs tex.10.inqt, eſt.n.ꝑ ſe unū numer⁹, inquantū ultima unitas dat numero ſpē & unitatem,ſicut ēt in rebus cōpoſitis ex mā & forma, per formam eſt aliquid unum,& ab ea unitatē & ſpeciem ſortitur, hæc illæ.

In hac aūt.q.ſic ꝓcedem⁹. Primo ponetur dictō de forma. Secundo duæ ↄclõnes reſponſiuæ. Tertio ſoluentur quædam arguméta, quibus uī poſſe probari oppoſitum.

Quantū ad primū aduerte, ut notat Cap. ubi ſupra in ꝓbõne.5.ↄclõnis, ꝙ ſi ut eſt duplex forma hoīs.ſ.forma partis,& hæc eſt aīa,q̄ mā actuat & forma totius, & hæc eſt humanitas reſultās ex aīa & ex forma ſua,ſic in numero apꝑhendere poſſumus duplicē formā.ſ.formam partis q̄ ueræ eſt pars numeri, & non eſt totus numerus, ſed ab ea numerus ſortitur ſpēm,ſicut hō ab aīa,& formā totius q̄ reſultat, ex eo qđ eſt forma partis in numero & ex illis unitatibus,ex quib⁹ ut ex materia aggregatur numerus.

Quantum ad ſecundū ponuntur duæ ↄclõnes, prima ultima unitas,non eſt in numero forma totius.hanc licet oēs ↄcedant,declaro ſic, forma totius in uia nr̄a in q̄ nūc loquimur eſt tertia entitas diſtincta ab omnibus partibus diuiſim & ſimul ſumptis,ut diximus in lib.7. Sed ultima unitas nō eſt diſtincta ab oībus unitatibus cōponentibus numeꝝ,aīr diſtingueretur à ſeipſa,quia & ipſa componit.

Scđa ↄclo, ultima unitas eſt forma partis in numero. Hāc ꝓbo eſſe de mēte pħi & Cōm.i 8.li.meta.in tex.10.& arguo ſic,numerus ſortitur ſpēm ab ultima unitate, ergo eſt forma numeri,nō totius,ut ꝓbatū eſt,ergo partis, ↄn̄a patet,qm̄ unūqđq; ſortitur ſpēm,ſicut & eſſe à ꝓpria forma.Añs aūt eſt de mēte pħi & Cōm. in eodē loco, nā ſm pħm ꝑ aduentū ultimæ unitatis conſtituitur talis ſpēs numeri, puta ternarius & ſi ſubtrahitur mutatur ſpēs, ſicut in rebus ꝑ aduentū & ſubtractionē ultimę dr̄iæ, mutatur

ſpecies, unde dicit illic Cõmen. & quemadmodum qñ alicui numero additur unum, aut ab eo diminuitur unum, transfertur ad aliam nãm numeri, ſilr diffões cõpoſitæ ex 1. gñe. & pluribus drijs, qñ ab eis diminuitur aliqua dria, transfertur diffinitio ad diffõnem alterius nãæ, & ſilr cum additur eis aliqua dria. v. g. qm cũ dixerimus in diffinitione aĩalis, ꝙ eſt corpꝰ nutribile ſenſibile, ſi diminuerimus ultimã driam, remanebit diffõ uegetabilium; & ſi additur alia dria, puta rationale, fiet diffõ hoie & ſilr quattuor cum eis additur unũ, fient quinqꝫ & cum ab eis diminuitur unũ, fiunt tria, hæc Cõment. ex quibus ꝯſtat, ꝙ ſicut ultima dria dat ſpeciẽ rei, & ea mutata, mutatur ſpẽs, ſic ultima unitas dat ſpẽm numero, & ea ſubtracta, fit alia ſpecies numeri, ex conſequẽti eſt forma partis in numero.

Sed hic remanẽt duo declaranda. Primũ eſt. Si ultima unitas non eſt forma totius in numero, uidendum eſt, ꝗ ſit forma totius. Secundũ eſt. Cũ ultima unitas ſit pars cõponẽs numerꝗ ſicut aliꝗ, ꝗre eſt magis forma nũeri, ꝗ aliꝗ.

Quantũ ad primũ aduerte, ꝙ ſm Auic. in 3. ſuæ meta. ca. 5. forma totius in numero eſt id, qđ ſignatur noie abſtracto illius numeri, puta forma ternarij eſt ternitas, & ꝗternarij ꝗternitas, ſicut in nãlibus forma lapidis lapideitas, forma hoīs humanitas, & ſi ꝗras qđ importat ternitas & quaternitas: Dico ꝙ non importat ſolum multitudinẽ conſurgentem ex tribus unitatibus, nec ſolum ordinem & diſcretionem trium unitatum: Sed multitudinem triũ unitatum diſcretaꝝ & ordinataꝝ adinuicem, uel multitudinem trium unitatum, ut ſtant ſub diſcretione & ordine.

Quantũ ad ſecũdũ aduerte, ꝙ ultima unitas nõ eſt forma numeri, ut unitas, ſed ut ultima i. ut habet ordinẽ ad ꝑcedentes tanquam terminus & ꝯclo numeri, & ut ſtat ſub tali ordine & ſub rõne termini, comparatur, ad aľs unitates, ut formale ad mãle. Qđ'.n. rẽ terminat & cõplet eſt formale in re. & ex hac declaratione uidebis quàm facile ſoluentur argumenta Petri Aureoli tenentis oppoſitum.

Quantũ ad tertiũ principale, aduerte, ꝙ ut recitat Cap.

in.1.di.24.q.1.contra.5.ↄclõnem.Pet.Aure.arguit.4.rõ-nibus,ꝙ ultima unitas non ſit forma numeri, ex quibus Pau.Sonc.accipit ad ꝓbationem ſui intẽti.4.5.&.6.rõnes quas format in li.x.q.9.uerũ quia Cap.ſoluit eas,& Pau. contra ſolutiones non inſtat,ideo ſibi nihil proficiunt.

Prima rõ, nulla forma entis realis quam tu ponis nu-meꝝ eſt incerta & uoluntaria,ſed determinata ex nã rei. Sed ultima unitas quam tu ponis eſſe terminum & cõclu dere numerum eſt incerta & uoluntaria, nam quæcunqꝫ ponatur unitas terminans,põt numerans incipere ab ea, & ſic quæ erat ultima,fiet prima.ergo &c.

Ad hoc rñdetur.et negatur minor,ad ꝓbationẽ dico,ꝙ añ opus aiæ numerantis in numero applicato eſt aliqua unitas ultima ſm rlõnem &c.ordinem realem ad al's uni-tates,ſi aũt numerãs incipiat numerare ab ultima unitate, nõ ſeruato reali ordine,quẽ hñt unitates inter ſe,non ideo ultima fiet ꝑma,nec ecõuerſo,loquẽdo de numero appli-cato,de numero aũt quẽ facit aia,ſecus eſt,qa ille nõ ẽ nu merus de gñe q̃titatis.ſed habet eſſe ꝑ apꝑhenſionem aiẹ, non autem eſt neceſſe ꝙ ſic ſit in re,ſicut apprẹhendimus.

Scđa rõ. Oĩs forma alicuius totius eſt in eo ubi eſt ſuũ totum,patet.n.ꝙ ubi eſt hõ,ibi ẽ aĩa hoĩs.ſed ultima uni-tas nõ eſt in eo,ubi eſt numerus. eſt.n. numerus in oĩbus unitatibus ſimul ſumptis.Sed ultima unitas,ut patet,non eſt in omnibus præcedentibus unitatibus,ergo &c.

Rñdetur. Maior non eſt uera niſi de forma intrinſeca nãli, nõ aũt de forma extrinſeca,unitas aũt ultima eſt for ma numeri extrinſeca,non.n.eſt forma quia uere actuet ꝑcedẽtes unitates,ſed quia habet rõnem termini et cõclu-dentis.Non aũt eſt neceſſe terminum eſſe intrinſecum rei quam terminat,ut patet de loco & locato.

Tertia rõ,ſi ultima unitas eſt forma numeri,uel inquã-tũ unitas,uel ipſa diſtãtia. ſiue ordo ad ꝑcedẽtes unitates fundatus in ipſa unitate,uel unitas cũ tali diſtantia,nõ ꝑ-mũ,qa inq̃tũ unitas ẽ ẹque materialis,ſicut & aliẹ,nõ ſm, quia diſtãtia ſiue ordo eſt rlõ,numerus aũt eſt ens abſolu

tum,cum ſit de prædicamento abſoluto. Relatio aũt non poteſt eſſe forma abſoluti,non tertium, quia tali aggregatum cum ſit ens aggregatum ex rebus diuerſorum prædicamentorum,eſſet ens per accidens,ſm metaph. quod nõ poteſt eſſe forma entis per ſe, numerus autem eſt ens per ſe,cum ſit in prædicamento quantitatis, ergo &c.

Rñdetur, negatur diuiſio, nam datur quartũ.ſ.unitas, ut ſtat ſub tali diſtantia uel ordine ad p̃cedentes, & ut ſic eſt forma numeri.unde ſi remoueatur talis ordo ꝑ aduentum alterius unitatis,deſinit eſſe forma.Ratio.n. ꝙ ſit forma,non ſumitur ab ipſa unitate ſimpl̃r. ſed ut ſtat ſub tali ordine,& ſi arguas ꝙ id qđ eſt forma, ſemper & cuicunque cõparata eſt forma,dico ꝙ hoc nõ eſt uerum, niſi de forma intrinſeca, quales ſunt formæ rerum naturalium.

Quarta rõ.Inter unitates cõponentes numerum nõ ſeruatur aliquis ordo,ergo ultima unitas non eſt forma numeri, ut ſtat ſub tali ordine uel diſtantia, ꝯñtia nota,añs probatur,unus numerus,puta quaternarius, non reſpicit unitates in q̃bus ꝯſiſtit ſm prius & poſterius,ſed ſimul et ſine ordine,qui.n.intelligit trinitatẽ, non concipit unam unitatẽ p̃cedere aliam. ſed abſolutæ appꝛhendit unitatem in tribus,ergo ultima unitas nõ eſt forma numeri q̃ternarij,cũ ibi non ſit unitas ultima,nec prima,nec aliq̃s ordo.

Rñdetur,negatur añs ad ꝓbationẽ,nego aſſumptũ, ad ꝓbationem dico, ꝙ licet appræhendens ternarium, non intelligat ordinem unitatum,puta primam,ſecundam,et ultimam, tñ ſupponit talem ordinem, ſine quo non eſſet ternarius, ſicut qui intelligit hominem nõ intelligit unionem aĩę & corporis,licet ſupponat illam,quia niſi aĩa uniretur corpori,nõ intelligeretur nã hoĩs. Sic in propoſito. Patet igr̃ ꝙ rõnes Petri Aur. nõ concludunt contra uiam nr̃am, & ſcias me in hac determinatione, ſecutum fuiſſe doctrinam Capreoli, ne forte credas me determinaſſe ex propria imaginatione. Hæc de pñti quæſito dicta ſint.

Qõ. 11. Si numerus quantitatiuus reperitur ſolum in rebus corporeis,an etiam in abſtractis.

IN hac.q.inuenio duas opiniones. Prima eſt b.Tho. cuius mens eſt, ꝙ ſicut unũ qđ eſt principiũ numeri quantitatiui non inuenitur niſi in re quanta, qm̃ tale unũ, ut declaraui in trac.de tranſcẽdentibus, uel eſt ꝯtinuitas rei quãtę, uel eſt eſſe quãtitatis ꝯtinuę, quo res corporea eſt indiuiſa in ſe, & diuiſa ab alio, ſic numerus quãtitatiuꝰ aggregatus ex unitatibꝰ numeralibꝰ, nõ inuenitur niſi i rebꝰ quãtis & corporeis. Et fundamentũ b.Tho. eſt, qa pħs i 3.phy.docuit quãtitatẽ diſcretã cãri ex diuiſione ꝯtinui, ubi ergo nõ eſt rõ cauſatiua numeri quãtitatiui, non eſt talis numerus. Cõſtat aũt ꝙ in ſeparatis nõ eſt ꝯtinuitas, ergo &c. Et ſi q̃ras. Cũ de ſeparatis uerificẽtur unum, & termini numerales ut una Intelligẽtia, duę, tres, &c. q̃lis numerꝰ, & q̃ unitas ẽ i illis? Rñderet b.Tho. ꝙ eſt unũ trãſcẽdẽs & multitudo trãſcẽdẽs. & de hoc locuti ſumꝰ i li.4.

Scđa opinio eſt Greg.in.1.di.24.q.2.ar.3. q tenet partẽ affir. Pro cuius reſolutione tria agenda ſunt. Primo declarabitur mens ſua. Scđo ſoluentur rõnes ſuæ, pro quanto ſunt ꝯtra b.Tho. Tertio ſuſtinebimus fundamentũ b.Tho.ſumptũ ex 3.phyſi.quod Greg.conatur deſtruere.

Quantũ ad primũ aduerte ꝙ Greg.tria intendit. Primo intendit ꝙ numerus ſimplr̃ uerificatur ſolũ in abſtractis. Dicit aũt numerũ ſimplr̃ eſſe unitates ſimplr̃, unitas uero ſimplr̃ ſm ipſum uerificatur ſolũ de re in qua nulla eſt cõpoſitio, q̃les ſunt ſubſtãtiæ abſtractæ ſm pħos, & ꝓpea negat Greg. quodcunq; totũ uel compoſitũ poſſe dici unũ ſimplicit, ſed tm̃ cũ aliquo addito, puta ꝙ ſortes eſt unus, nõ abſolutę ſed unus hõ. & ſic patet ſm ꝓncipia ſua, ꝙ cũ numerus ſit ipſe unitates, talis numerus ſimplr̃ repitur ſolũ in abſtractis. Hoc ſuũ dictum licet ipm non cõcederet b.Tho. qm̃ cum compoſitum ſit tertia entitas, põt dici unũ pſe et ſimplr̃, ut declaraui in 7.li.q.ult.tñ ad ꝓpoſitũ huius qõnis nihil refert. Scđo intẽdit, ꝙ numerus ſm qđ eſt tm̃ in rebꝰ corpeis, uocat aũt numerũ ſm qđ unitates ſm qđ, quę ſunt unitates cõpoſitoꝝ. & qm̃ tenet, ꝙ oẽ cõpoſitũ eſt unum ſolum ſm quid. & plura ſimplr̃, qm̃ ſm ipm

eſt ſuæ partes, ideo ex ꝯñti, ubi eſt compoſitio ibi ſeruatur numerus ſm̄ quid Sed nec id concederet b. Tho. ſicut nec prius dictũ ex eadem cã, ūeꝛ ꝑtranſeo, qm̄ ad pñtem quæ ſtionẽ nihil refert. Tertio intẽdit, ꝙ numerus q eſt ſpecies quãtitatis diſcretæ, inuenietur in abſtractis, uñ inquit, ubi ſupra. Ex his patet q irrationabilr loquũtur, q dñt, ꝙ numerus nõ inuenitur, niſi in reb' mãlibus & corpeis, cum multo uerius iueniatur in ſpũalibus, ut ꝓbatũ eſt, nec ualet ſi dicatur, ꝙ numerus reꝝ ſpũalium nõ eſt ſpẽs quãtitatis diſcretæ, ſed tm̃ numerus corpoꝝ. Ipſi uero loquuntur de numero, q eſt quãtitas diſcreta, nõ ualet inq̃, qm̄ illud dictũ eſt tm̃ ad placitũ, & ſine rõne, et conatur probare intentũ duplici rõne, quas ſtatim formabimus & ſoluem'.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ ratio prima Greg. eſt talis, interroganti de aliqua multitudine abſtractoꝝ, quot ſunt, ita bene reſpondetur, ꝙ ſunt 3. aut 6. ſicut interroganti de lapidibus, reſpondetur ꝙ ſunt 3. uel 6. ergo ſicut de lapidibus uerificatur numerus, qui eſt ſpecies quãtitatis diſcretæ, ſic uerificatur de abſtractis.

Secũda eſt, æque bene paſſio quælibet ternarij uel ſenarij, aut cuiuſlibet alterius numeri uerificatur de talib' terminis ſupponẽtibus ꝓ ſubijs immãlibus, ſicut cũ pro corporalibus, ita. ſ. ternarius abſtractoꝝ eſt numerus impar utrobiq; ꝑmus, & ſenarius eſt numerus ꝑfectius, ſicut lapidũ & lignoꝝ. & ulr quæcunq; ꝑ ſe ꝯueniunt numero, ita uerificantur in abſtractis, ſicut in corporeis, ergo &c.

Ad primam ſequẽdo principia b. Tho. dr̄, quod ſi quot et tot ꝓprie ſumantur. ſ. ſm̄ ꝙ ſunt interrogatiua de pnto quantitatis, negatur añs, qm̄ talia interrogatiua non excludunt ambitum ſui generis. ſ. quantitatis non reperibilis in immaterialibus, cum ſit diſpoſitio materiæ, ſi autem ſumantur generaliter, prout interrogant de quacunque multitudine, ſiue illa ſit de genere quantitatis, ſiue non, conceditur antecedens, ſed negatur conſequentia.

Ad ſecundam negatur añs, qm̄ tales paſſiones, prout important relationem fundatam in quantitate, non ueri-

ficantur de abſtractis, uel ſi uerificantur de eis, non coue-niunt ternario & ſenario, ut ſunt ſpecies numeri quantitatiui, ſed ut ſunt ſpecies multitudinis tranſcendentis, ſicut et paſſiones iſtæ, imparitas primitas &c. & tunc negatur conſequentia.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ Greg. ubi ſupra conatur deſtruere fundamentum b. Tho. ſumptum ex 3. phy. in text. 68. ſ. ꝙ numerus quantitatiuus cauſatur ex diuiſione continui, ergo reperitur ſolum in his, in quibus eſt continuitas, hæc autem ſunt ſola corporea, quare &c. ad hoc dicit Greg. ꝙ non fuit intẽtio philoſophi, dicere oẽm numerum quantitatiuum cauſari ex diuiſione continui, ſed aliquem, puta, dum diuiditur lignũ fit numerus partium ligni. & corroborat, quia certum eſt corpora cœleſtia eſſe in aliquo numero quantitatiuo, & tamen non cõſtituitur ex diuiſione continui, cum nulla diuiſio poſſit fieri in cœlo propter incorruptibilitatem ſuam.

Sed contra Greg. ſic arguitur. Cum phs in 3. phyſi. quærat de infinito, ut attribuitur magnitudini & numero, quod quidem infinitũ ſm phm in 1. phyſ. tex. 15. clarum eſt eſſe proprium quantitatis, ea rõne qua quærit de magnitudine quantũ ad infinitatem, inueſtigat etiam de numero. Conſtat aũt ꝙ ibi diſputat de magnitudine abſolutæ & ulr, qũo procedit in infinitum ſm diuiſionem, & non ſolũ de hac uel illa magnitudine, unde & ait in text. 69. In magnitudinibus aũt contrarium eſt &c. ergo & de numero abſolutæ conſiderat qũo ſm additionem tendit in infinitum. Additionem aũt dicit fieri in numero, ex diuiſione continui, unde et Cõment. inquit ſuper eundem text. Diſpoſitio in additione numerorum eſt, ſicut diſpoſitio in diminutione menſure, ergo & à diuiſione magnitudinis numerus quantitatiuus ulr cauſatur, ab eodem. n. eſt eſſe rei & ſua proprietas, ſi ergo à magnitudine cauſatur finitas & infinitas in numero quantitatiuo, abſolutæ ab eadem cauſatur eſſe eiuſdẽ numeri, falſum eſt ergo dicere, ꝙ phs in 3. phy. nõ intendit oẽm numerum quantitatiuum cau

ſari ex diuiſione continui.

Qñ autem dat inſtantiam de numero corporum cœleſtium, dico ꝙ & ille numerus cauſatur ex diuiſione continui, non quidem de nouo facta nec factibili, ſed ex diuiſione materiæ, ut ſtat ſub hac quantitate continua, nam quia forma lunę ſtat ſub hac materia quanta, & forma ſolis ſub illa materia quanta, ideo conſtituitur binarius de genere quantitatis, decipitur autem Greg. quia credit b. Tho. tenere numerum quantitatiuum cauſari ſolum ex diuiſione facta de nouo in aliquo continuo, quaſi ſi non diuidatur actu, & de nouo, quod non fiat numerus, id nõ ſomniauit b. Tho. nec ueri Thomiſtæ. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

De materia cœli.

In naturalibus quidem & ſempiternis, alia ratio forſan ei quędam non hñt materiam, aut non talem &c. tex. 12. pħs hic declarat qũo materia eſt in cœlo, & dicit, quod forſan cœlum non habet materiam uel ſi habet non talem qualem hñt hæc inferiora, uide tu expoſitionem Cõmen. & aduerte ꝙ b. Tho. exponens, uidetur in hoc loco concordare cum Cõmen. utitur enim termino Comment. ſ. ꝙ materia cœli dignius eſt nominari ſubiectum ꝗ materia, & ſi nõ ſumatur pro ſubiecto, quod eſt corpus cœli actu, prout eſt ſubiectum motus, non eſt in cœlo materia.

Circa igitur hunc text. quattuor inueſtiganda ſunt, primo ſi materia quę eſt pars compoſiti eſt in cœlo, ſecundo ſuppoſito ꝙ ſic, ſi materia cœli & horum inferiorum ſunt eiuſdem rationis, tertio ſi forma cœli uniretur materiæ inferiori, utrum poſſemus ſuſtinere ipſum eſſe incorruptibile, quarto utrum materia unius cœli ſit eiuſdem rationis cum materia alterius cœli.

Quæſtio 12. ſi materia quæ eſt pars compoſiti eſt in cœlo.

IN hac quæſtione inuenio dñiam inter b. Tho. & alios expoſitores Ariſtot. nam b. Tho. attribuit Comment. quòd negauerit materiam in cœlo, ut eſt pars compo-

ſiti,&ꝙ ſm ipſum,mã cœli eſt corpus cœli actu,ut eſt ſub iectum motus, & ut potentia ad diuerſa ubi, id autem ſibi attribuit in.1.cœli lectio.6.& in.8.phyſic.ſec.21. & in prima parte.q.66.arti.2.& dato ꝙ.b.Tho.id non diceret, patet hanc fuiſſet mentem Cõment.in.8.li.metaph.in cõment.12.ubi inquit.Mã.n.in rei ueritate cuius eſſe eſt in potentia,non inuenitur niſi in ſubſtantijs generabilibus & corruptibilibus,ſubſtantiæ uero ęternæ quia in eis non eſt potentia ad corruptionem,non eſt in eis mã.ſed materia eorum eſt aliquid exiſtens,actu.ſ.corpus,ideo dignius habent hoc nomen ſubiectum,quam hoc nomen mã. Et infra,& cum narrauit ꝙ iſtæ ſubſtantiæ cœleſtes non habent materiam.ſ.quia non ſunt compoſitæ ex materia & forma,ſed ex corpore & forma animata intelligibili(& infra) & ideo dixit Themiſtius,ꝙ ſol & luna & ſtella, aut ſunt formæ ſine materijs,aut habet materias per æquiuocationem,ſicut eſt diſpoſitio in materia intellectus, hæc Commenta.licet autem.b.Tho.id attribuat Cõment.non tamen Ariſt.unde tenet Comment.in hoc deuiare à uia Ariſt.& nos idem ſuſtinebimus.

Alij uero expoſitores credentes mentem Comment. eſſe mentem Ariſt.dñt,ꝙ ſm pħm &Comment.non eſt materia in cœlo ut eſt pars compoſiti,qm̃ credunt hoc eſſe ut ueriſſimum principium apud Ariſt.& Comment. omnis materia quæ eſt pars compoſiti,eſt principium corruptionis,in cœlo aũt non eſt corruptio,ergo &c. Inter expoſitores qui hanc uiam ſequuntur, inuenio Ant.Andr.in 8. lib.metaph.q.4.qui id ſimplr̃ attribuit pħo, cuius rõnes ſoluam infra.Inuenio & Iandunũ in 8.metaph.qõ.7.qui nullam rõnem adducit, niſi eam quæ cõiter ſolet fieri.ſ. quia cœlum eſſet corruptibile.Sed & hanc ſoluam infra. Vt igitur reſoluatur ꝓpoſitum relinquendo prolixitates, ſic ꝓcedemus. Primo probabitur ꝙ ſm pħm & ueritatẽ, materia quæ eſt pars compoſiti eſt ueræ in cœlo. Secundo ſoluentur rationes tenentium oppoſitum. Tertio declarabuntur quædam dicta pħi,quę uidentur fauere tenẽ

tibus oppoſitum,De Commen.aũt ut ſis uerus Thomiſta, teneas pro certo, ꝙ negauit materiam partem compoſiti eſſe in cœlo,& noli imitari in hoc Paulum Sonc.qui in li. 12.q.7.tenet propter quædam dicta Commen.Commen. conceſiſſe ueræ materiam in cœlo,& ſic facit.b.Tho.igno raſſe ſenſum Cõmen.qđ Thomiſtæ ut blaſphemiam deui tant,uerum tamen infra declarabimus,quem ſenſum hauerit Comment.in dictis illis.

Secunda concluſio, ſm p̄hm & Cõment. intelligentiæ nõ ſunt mobiles motu locali intrinſecæ, nec per ſe, nec per accidens. Hæc probatur ex principijs p̄hi in. 8. phyſi. nam non ſint mobiles per ſe, patet ex. 6. phyſi. ubi probatur q̄d omne per ſe mobile eſt diuiſibile, & quantum ſed intelligentię indiuiſibiles ſunt, et ſine magnitudine ſm p̄hm in. 12. in. tex. 43. ubi inquit, palàm itaq;, ꝙ tot ſubſtantias eſſe neceſſe eſt natura ſempiternas & immobiles, ſm ſe & ſine magnitudine. Quòd autem nõ moueantur localiter ꝑ accidens intrinſecæ, fundamentum probationis habemus in. 8. phy. in tex. 52. ubi p̄hs aſſignat dr̄iam motus ꝑ accidens in intelligentijs planetarum, & in anima quæ dat eſſe animali, nam de intelligentijs uerum eſt dicere, ꝙ mouentur ꝑ accidens extrinſecæ. i. ratione ſui orbis, qui rapitur à primo mobili, non autem ratione ſui, quia non eſt ut forma ſui orbi. Anima aũt eſt forma animalis & unita ſm eſſe, & ideo mouetur ꝑ accidens localiter intrinſecę. i. rõne ſui ad motũ animalis. Arguitur igr̄ ſic, ſi intelligẽtiæ mouerentur localiter intrinſecæ per accidens, hoc ideo eſſet, quia uniũtur ut formæ ſuis mobilibus, q̄d eſt falſum, ꝯñia patet, qm̄ nõ alia rõne anima mouetur localiter intrinſecæ ꝑ accidẽs, niſi qa unitur animali ut forma, cũ igr̄ hæc ratio ceſſet intelligentijs, ſequitur ꝙ non mouentur &c. falſitas autem conſequentis apparebit infra, quando quæremus ſi intelligentia poteſt eſſe forma cœli dãs eſſe.

Tertia concluſio, ſm p̄hm & Commenta. intelligentię non mouentur ſm aliquam qualitatem, quam de nouo re

cipiant uel deperdat,nec ſm aliquam actionem,nec tranſeunt ab una ad aliam. Antequam probetur hæc cõcluſio aduerte,ꝙ pħs in li.12.uidetur pro maiori parte loqui de ſeparatis tanquam de uno genere,parum diſcernens inter ea,& hæc prædicata quæ uenatur de eis,puta ꝙ ſint ſine potentia,& ſua ſubſtantia ſit actus,& ſine mã,& ſine magnitudine, & ꝙ in eis ſint idem intelligere intellectus & res intellecta,ex conſequenti,ꝙ actio ſua quæ eſt intelligere & uelle,ſit ſubſtantia ſua; uř attribuere omnibus, tanq̃ uno generi & quidẽ ꝙ eſſe ſine potentia.ſ.paſſiua,eſſe ſimplicem actum & ſine materia,attribuat omnibus,patet ex tex.29.& 30.& ſua ratio eſt,quia contingeret motum nõ eſſe continuum & æternum. Cum ergo ſecundum philoſophum omnes intelligentiæ moueant motu continuo et æterno,ſequitur, ꝙ illa prædicata omnibus ſint communia. Quod autem identitatem intellectus & rei intellectæ,& ipſius intelligere attribuat omnibus, patet ex text. 51.ibi non altero igitur exiſtente eo quod intelligitur & intellectu quæcunque non materiam habent &c. Vbi & b.Tho.ſic exponit.Cum igitur intellectus in actu & intellectum non ſit alterum in his,quæ materiam non habẽt. Comment.autem expreſſæ ſic ait,ſuper prædictum textũ, In eis autem quæ ſunt non in materia contingit ut intellectum,& intellectus,& actio intellectus,ſint idem. ſtantibus his ſic probatur concluſio,ſi aliqua qualitas de nouo ineſſet uel deſineret in intelligentijs in genere,ſimiliter & actio,cum in eis non ſit actio niſi intelligere et uelle. (Nã dicemus infra,ꝙ ſuo uelle mouent cœlum) ſequitur ſubſtantiam ſuam eſſe mutabilem ſecundum eſſe ſubſtantiale,quod non ſtat cum incorruptibilitate, cõſequentia quidem ſic probatur, nam ex præmiſſis & adductis de mente philoſophi & Comment. intelligentiæ in genere ſunt actio ſua, & per ſubſtantiam ſuam operantur & non per qualitates,aut potentias medias, aliter non eſſent ſimplices actus, quod eſt contra philoſophum in lib.12.in tex. 30.ergo ſi mutantur ſecũdum qualitatem aut actionem.

mutantur ſecundum ſubſtantiam ſuam, & ne credas me in hac tertia concluſione confiſum fuiſſe in propria Imaginatione, ſcito ꝙ Her. in 2.ſent.in diſt.14.q.1.art.3. eſt eiuſdem opinionis, & ſic attribuit phõ ut uidere poteris.

Quantum ad ſcd̃m principale.ſ.quid tenendum ſ̃m ueritatẽ, dico tria. Primo quod oẽs intelligentiæ quo ad ſubſtantiam ſunt immutabiles per potentiam intrinſecã, qm̃ carent materia, quę eſt principium gñationis & corruptionis intrinſecum, ut determinatum eſt in lib.8. Cum hoc tñ ſtat, ꝙ pñt mutari per potentiam extrinſecam primi agentis. Annihilabiles.n.ſunt, utpote ſi non manu tenerẽtur à primo. Cui ur̃ Cõment. aſſentire in lib. deſtructionũ ꝯtra Algazelem, diſput.4. ubi tenet, ꝙ ſ̃m phos mundus habet agens, cuius actio ſi per momentum ceſſaret, totus mundus deſtrueretur, qm̃ eſt agens et conſeruans. Dico ſecundo, ꝙ mutabiles ſunt ſ̃m locum, non ꝙ occupent locum, cum ſint ſine magnitudine, ſed quia uirtutem ſuam diuerſis locis applicare pñt, uerum quia hic motus non eſt phyſicus, ideo non eſt pñtis negocij, ſed relinquitur Theologo. Dico.3. ꝙ ſunt mutabiles ſ̃m qualitatem immaterialem, & ſ̃m actiones intellectuales, eo ꝙ excepto primo actio ſua non eſt ſubſtãtia ſua, alr̃ eſſent puriſſimi actus, ex ꝯñti illimitati omnino, & infiniti ſ̃m perfectionem. Repugnat autem dari plura infinita ſ̃m uirtutem. Sed & hoc relinquitur Theologo, nunc enim ſolum intẽdimus manifeſtare, quid poſſumus dicere in præſenti quæſito ſ̃m ea quæ inuenimus in doctrina Ariſt. & Commentatoris. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio 5. ſi datur creatio ſecundum philoſophum & Commentatorem.

Dubitabit autem aliquis ex quali non ente fit aliquid. Textu 11.

IN hac.q. antequam deueniamus ad deciſionem aduerte, ꝙ tota difficultas pendet ex hoc. An phs & Cõmentat. concedant Deum eſſe cauſam non ſolum finalem, ſed & productiuam omnium entium abſolute. Nam

ſi ſic,tunc eſt cauſa productiua intelligentiarum & cœli, & cum intelligentiæ nō ſint producibiles ex mā, qm̄ ſunt immateriales,ut tenet pħs in li.12.in tex.30. ſequitur ꝙ producātur ex nullo ſuppoſito,quod eſt creare, ſuppones ergo pro nunc ſaltem ſm Ariſt.ꝙ Deus eſt cauſa producti ua omnium. Nam infra formabitur de hoc particularis quæſtio,& determinabitur ſm pħm ꝑ parte affirmatiua, in præſenti ergo quæſito ſic procedes.Primo pones diſtin ctionē de creatione.Secundo ꝯclones reſponſiuas ad men tem phi.Tertio cōſiderabitur in hoc uia Commentatoris. Nam uerus Thomiſta in hoc habet tenere,ꝙ non concor dat uia Commentatoris cum uia philoſophi.Quarto ſol⸗ uentur duo dubia.

Quantum ad ꝓmum aduerte,ꝙ cum creatio ſit produ ctio rei ex nihilo,ly ex pōt dicere ordinē ad nihil duplici⸗ ter,primo poſitiue,ut ſit ſenſus.Res producitur ex nihilo, ut ex materia,ita ly nihil ſubijciatur productioni,ſicut in factione domus lapides ſubijciuntur ędificationi.Secūdo negatiue,ut ſit ſenſus.Res producitur ex nihilo.i.nullo ſui præſuppoſito,in primo ſenſu nullus dicit dari creationē, quia repugnat ly nihil eſſe materiam,ut patet, in.2.ſenſu non apparet aliqua repugnantia ex parte rei,modo detur agens in cuius uirtute ſit producere totā rei producibilis entitatem. Sed aduerte, ꝙ in.2. ſenſu ly ex,iterum poteſt accipi dupliciter. Primo ꝙ ita res ꝑducatur ex nihilo, ꝙ prius duratione habuit non eſſe, & tunc dr̄, creatio cum nouitate eſſendi,qualem ponunt dicentes mundum crea⸗ tum in tempore. Secūdo, ꝙ ita res producatur ex nihilo, ꝙ ſolum prius natura & non duratione habuit non eſſe, & dicitur creatio ſine nouitate eſſendi,qualem ponunt di centes mundum creatum ab æterno,ut Auicenna.

Quantum ad ſecundum ſit hæc prima cōcluſio. Ariſt. ponit creationem ſecundo modo.i.ſine nouitate eſſendi. Probatio huius concluſionis pendet ex hoc, ꝙ Ariſt. po⸗ nat primum produxiſſe cœlū & intelligentias ab æterno, de quo formabimus infra talē quæſtionem, utrum Deus

ſit cauſa productiua omnium,& determinabimus ex doctrina Ariſt.pro parte affirmatiua. Et ex determinatione illa conſtabit tibi probatio huius concluſionis. Nam concluſio ꝙ Deus produxerit intelligentiam,bene ſequitur,ergo creauit,qm̄ cum ſit ſine mã,producta eſt nullo ſui præſuppoſito,& cum ſic æterna,ut probauit in 12.metaph.in tex.29.ſequitur ꝙ ſit creata ſine nouitate eſſendi.

Secunda concluſio. Ariſt.concedit creationem.1.modo.i.cum nouitate eſſendi. Hæc concluſio ſupponit duas determinationes in doctrina Ariſt.Primo,ꝙ anima intellectiua ſit incorruptibilis.& hoc determinauimus in quæſtionibus noſtris in 3.de anima.Secundo,ꝙ ſit forma hominis ſ͠m eſſe & dans eſſe homini formal͞r.& hoc determinabimus infra de mente p̄hi,mouentes qōnem ſuper tex.16.qui incipit.Mouentes quidem &c.ſtantibus his determinationibus probatur ſic concluſio.Anima humana de nouo producitur puta anima Socratis, qm̄ cum ſit forma dans eſſe Socrati,non præcedit id cuius eſt forma ex text.16.huius 12.& non producitur de potentia materiæ, qm̄ omnis forma educta de potentia materiæ pendet ſ͠m eſſe à mã,ex ꝯñti eſt corruptibilis. Sed anima humana nõ eſt corruptibilis,ut determinauimus in lib.3.de anima in.q.noſtris,ergo creatur de nouo,& ſic ſ͠m p̄hm datur creatio ſine nouitate, & cum nouitate eſſendi.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ magna eſt ambiguitas inter doctores,quid in hoc ſentiat Cõmen.& maxime circa primam ꝯcl'onem. Nam de ſecunda conſtare poteſt ex doctrina ſua,ꝙ negaret eam, qm̄ non concedit animã intellectiuam eſſe formam informantem mãm.De prima autem ſunt oppoſitę opiniones.Nam qui tenent Cõment.negare entia incorruptibilia, ut cœlum & intelligentias h̄re cauſam productiuam,dicunt Cõment.negare creationem abſolute & ul͞r,inter hos eſt Greg.de Arim.in 2.ſent.di.1.Cuius imaginationem dicemus in.q.i. in qua quæremus,ſi primum eſt cauſa productiua omnium,Iandunus etiam idem arbitratur in 2.metaphyſ.4.q. Quis uero te-

nent Comment.concedere Deum eſſe cauſam productiuā omnium,dicunt Commen. concedere primam ꝯclonem, inter quos eſt Herueus in 4.quolib. q.9. & Paul. Sonc.in 12.metaph.q.15.& Io.Capr. in 1.ſent. di.3.q.1. Sed iſti non concordant cum b.Tho.Nam in 8.phy.lec.2. recitat ex propoſito opinionem Cōment.qui in 8.phyſ. in cōm. 4.tenet, impoſſibile eſſe aliquid fieri ex nullo præſuppoſito,qm̄ omnis mutatio ſubiectum ſupponit & deridet uulgum,credens creationem,& b.Tho. illic arguit cōtra eū, utpote negantem abſolute creationem nulla facta diſtinctione cum nouitate,uel ſine nouitate eſſendi.Dico igitur inhærens doctrinæ b.Tho:q; Auerroes non admittit conclusionem primam,& qm̄ Paulus Sōnc.tenet oppoſitum: ideo in hoc declinat à uia Thomiſtica. Quòd autē cōm. non concedat ſecundam conclusionem nulli eſt dubium exercitatio in doctrina ſua.

Quantum ad quartum aduerte, q; contra determinationem factam inſurgunt duo dubia, primum eſt contra primam ꝯclonem, nam phs in tota doctrina ſua non eſt locutus de creatione,nec poteſt trahi ex principijs ſuis,nā in 1.phyſ.& in 8.metaphyſ.& ubiq; ſupponit mām, ideo negauit materiam poſſe generari, quia non habet mām ex qua,& in 7.metaph.& in 12.in tex.12. negauit formā generati per ſe,quia nō habet materiam ex qua,ergo hæc concluſio non eſt ad mentem Ariſt.

Reſpondeo,licet hæc concluſio nō ſit expreſſa ab Ariſt. poteſt tamen trahi ex ſua phia,& præcipue ex 1.phy.tex. 76. ibi, ſi autem aliquid debet fieri animal non ſm accn̄s ex non animali erit.ubi inquit Cōment.ſi gn̄atio eſſet poſſibilis animalis ſimplr,tunc eſſet neceſſe, ut ex non animali ſimpliciter generaretur: ex quo ſequitur proportionalr, q; ſi fieret ens ſimplr,fieret ex non ente ſimplr, & ſic ex nihilo,quia non ens ſimplr & nihil idem ſunt.Sed ut probabimus infra, phs concedit fieri ens ſimplr, prout totū qđ eſt ens producitur à Deo,& producitur ſm ſe totum.i.ſm totam eſſentiam ſuam,& nō ſolum quo ad formam ſicut

producit agens naturale, ergo p̄hs non negarét creationem, quæ eſt productio ex nō ente ſimpliciter, & hoc fun damentum tractum ex 1.phyſ.adducit b.Tho.in 8.phyſ. in lec.2.reprobans Auerroem dicentem contra id quod te nemus de creatione, ubi & nominat Sarracenos tenentes legem Maumeth, qui in hoc non diſcrepant ab Hebræis, nec à Chriſtianis, nam iſtæ tres leges conueniunt in creatione mundi à Deo.

Secundum dubium eſt contra ſecundam ꝯclōnem. Nā ut manifeſtabimus infra, Deus ſ̄m Ariſt. quicquid produ cit, de neceſſitate naturæ producit, ergo ab æterno producit, quia quocunq; inſtanti intelligit rem producibilem, & uult eam producere, ſtatim producit, aliter à uolitione antiqua procederet effectus nouus, ſine mutatione ipſius agentis, quod non concederet p̄hs ex 8.phyſ.à tex.6.uſq; ad tex.13.ſi ergo Deus creat animam, ſequitur ꝙ ab æterno creat & non de nouo, quòd eſt contra ſecundam con cluſionem, uanum autem eſt dicere, ꝙ creat eam ab æter no, q̄m non eſſet forma hominis ſ̄m eſſe, nam ut manifſtabimus infra in tex.16.forma non præcedit id cuius eſt forma, & ſic tu cades in errorem Comment.

Rñdetur. Admiſſo ꝙ Deus agat ſ̄m p̄hm de neceſſitate nãæ, adhuc non eſt neceſſe, ꝙ creet animam ab æterno, nam quędam producuntur à Deo immediate, non coope rante cauſa ſecunda, & talia ſ̄m p̄hm producuntur ab æterno, ut intelligentiæ, cœlum, & el̄nta, hæc.n.ſunt princi pales partes mūdi ex primo cœli, unde ſi Ariſt.ponit mūdum æternum, ex ꝯñti ponit prædicta æterna, quædam autem ſunt à Deo ſ̄m ſubſtantiam immediate, cooperāte tamen cauſa ſecunda, & non aliter. Non ꝙ cauſa ſecunda ex actione ſua attingat ſubſtantiam illius producti, ſed quia eſt illud, ſine quo Deus talem naturam non produce ret, quia non producitur gratia ſui, ſed ut aliud integrum ꝓducatur, & talis eſt anima intellectiua, quæ licet à ſolo Deo producatur, tñ non produceretur ſine n̄ale agente, cooperante ad unionem animæ cum m̄a ſiue cum cor

pore. Nam cum anima ſit forma, non producitur niſi in habitudine ad ſuum informabile, & talia producta nõ eſt neceſſe eſſe æterna, quia nec à Deo ſunt uolita producibilia ab æterno, ſed eo tempore quo egens naturale cooperabitur, ſic igitur reſpondendum eſt de mente b. Tho. & omnium qui tenent uiam ſuam. Comment. autem, quia tenet quòd non eſt forma dans eſſe, concederet ꝙ ſi eſt producta, producta eſt ab æterno. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Q. 6. ſi ex tex. 16. poteſt concludi animam intellectiuam eſſe formam dantem eſſe homini, & eſſe incorruptibilem.

Mouentes quidem igitur cauſæ ueluti prius exiſtentes. Tex. 16.

IN hac. q. aduerte, ꝙ tria potes pertractare. Primo, ſi ex hoc tex. poteſt cõcludi pħm ſenſiſſe animam noſtram eſſe ueræ formam dantem eſſe homini. Secundo, ſi ex hoc poteſt concludi animam noſtram eſſe incorruptibilem, etiam ꝙ ſit forma dans eſſe. Tertio ſi poſito ꝙ ſit forma & incorruptibilis, poſſumus ſuſtinere ꝙ homo generat hominem.

Quantum ad primum dico, ꝙ abſolute poteſt cõcludi contra Cõment. ex hoc tex. animam intellectiuam eſſe ueræ formam dantem eſſe, nam pħs in tex. 16. ponens differentiam inter cauſam agentem & cauſam formalẽ dicit, ꝙ cauſa agens ꝑcedit id cuius eſt cauſa, nulla autem cauſa formalis præcedit id cuius eſt cauſa formalis, ſed eſt ſimꝰ cum eo nam ut inquit pħs qñ ſanatur homo tunc eſt eius ſanitas & non ante, & figura ęreæ ſphæræ eſt ſimꝰ & non ante cum ęrea ſphæra, & Cõment. etiam illic exponendo inquit. Cauſa agens differt à formali, quia agẽs & mouẽs præcedit illud quod agitur & mouetur ab eo, formalis autem eſt ſimul cum generatione. Poſt ꝗ autem pħs poſuit differentiam inter cauſam agentem & formalem quo ad præcedentiam, mouet dubium de cauſa formali, quo ad remanẽtiam poſt illud cuius eſt cauſa formalis, utrum. ſ.

ſit neceſſe oēm cām formalem deſinere eſſe ac diffōnē ei⁹, cuius eſt cā formalis,uel ſi pōt remanere,& rn̄dēs p̄hs in-quit.Si aūt poſterius aliqd manet,pſcrutandū eſt.In qui-buſdā.n.nihil phibet,ut ſi eſt aīa tale.ſ.remanēs poſt defi nitionem compoſiti.Non ois,ſed intell'ſ,oē nanq; impoſſe forſan.Ex his igr̄ patet, ꝙ p̄hs ſenſit aīam intellectiuā eſſe cām formalē hois,alr non eſſet dubius, utrū aliqua cā for malis remaneat poſt. Nam ſi teneret aīam nō eſſe cām for malem,determinaret ulr,ꝙ ſicut nulla cā formalis pcedit ſuū compoſitum,ſic nec remanet poſt,ex hoc aūt ꝙ ponit aīam eſſe cām formalē, conuenienter dubitat conſiderata nā aiæ de remanētia poſt. Primo.n.aſpectu ur̄ ſupergredi mām,ex ꝯn̄ti ur̄ poſſe remanere poſt. Si aūt ē cā formalis, ergo eſt forma dās eſſe hoi.Hic.n.accipit p̄hs cām forma-lem p uera forma dante eſſe,unde exēplificat de ſanitate, quæ dat eſſe ſano, & de figura quæ dat eſſe æreæ ſphæræ, & ꝯfirmatur expōne Cōment.in dicto tex.Inqt.n. Cauſæ aūt p quas res fit ens & unū,ſunt cū eo,qd p eas fit totum inſimul,cū talē diſpōnē habeāt in ꝯgregato, ſicut partes ī toto.Et aduerte,ꝙ hūc tex.p̄hi,nō pn̄t Cōment. euadere, niſi deſtruendo tex.imo Iand.in lib.12.metaph.in.q.4.ī principio rn̄ſionis dicit,ꝙ ex hoc tex.capiūtur duæ uerita tes.Prima,ꝙ aīa ītellectiua eſt forma ſubalis corporis hu mani,licet hoc non dicat Cōment. Secunda ueritas eſt, ꝙ anima intellectiua manet corrupto corpore. Hæc Iand.

Quantum ad ſecundum dico, ꝙ cum non eſſet hic loc⁹ ptractandi de incorruptibilitate aiæ,id.n.ſpectat ad librū de aīa,ideo p̄hs non curauit hic determinare ſimplr̄ de re-manentia poſt cōpoſitum,ſed per terminū dubitatiuū, & p ꝯdōnalē locutus eſt,ſufficit aūt,ꝙ determinauit in 3. de aīa,in tex.20.&n̄ram qōnem determinatiuā ſup hoc uide re poteris in.3.de aīa.Concludo igr̄,ꝙ ex tex.pn̄ti,nō pōt hr̄i determinata intentio p̄hi de remanentia aiæ n̄ræ poſt compoſitum,ſed ſolum negatio præcedentiæ,& ꝙ eſt for ma dans eſſe homini,ut pars ſua ſubſtantialis.

Quantum ad tertiū aduerte,ꝙ ex quo in uia Thomiſti

ca tenemus tm̃ unam formam in hoie, q̃ non eſt niſi aïa intellectiua, & hæc non educitur de potentia mãæ, cũ ſic incorruptibilis, ut determinauimus de mẽte pħi i 3. de aïa difficile eſt ſaluare, ꝙ hõ gñet hoiem. Cũ terminus forma lis gñationis ſit forma ſubãlis acqſibilis p gñationẽ. Et qͣ dẽ ſi teneremus errorẽ Cõmẽ. de intellu, nulla eſſet in hoc difficultas. Diceret. n. hõ gñare hoiem, qa de potẽtia mãæ educit aïam ſenſitiuã, cuius nobilior potẽtia eſt cogitatiua, & hæc aïa ſm Cõmen. eſt forma ſpecifica dãs eſſe hoi. Sed corrũpitur ad corruptionem compoſiti, cum ſit organica. Nos aũt tenemus, aïam intellectiuã eſſe ueræ formã hoĩs, & nullam aliã formã ſubãlem eſſe in hoie ut determinauimus in lib. 8. metaph. & tñ hoc nõ obſtante, tenemus hãc eſſe uerã, hõ gñat hoiem, licet hõ gñans nõ ꝓducat nec ſit cauſa effectiua ſubæ aïæ intellectiuæ, nec ꝓducat aliã formã, q̃ ſil remaneat in hoie genito, cũ aïa intellectiua, & hoc quidẽ ꝓpoſitũ. ſic ꝓbare poſſumus. Si hõ nõ gñat hoiem, ſeqtur ꝙ ſit inferioris ꝯdõnis ex ſe quo ad actum gñandi & ꝯtinuandi ſuam ſpẽm q̃ cætera aïalia pfecta, qđ eſt irrõnabile, quia in rebus pfectis, nã non deficit in neceſſarijs, & quia ex 2. de aïa tex. 45. nutritiua in hoie eſt nobilior q̃ in alijs aïalibus, ergo & potẽtia gñatiua eſt nobilior. Cõſtat aũt ꝙ cętera aïalia ꝓducũt ſibi ſile in ſpẽ, ut determinauimus ſupra in lib. 7. ergo multo magis hõ, alr ut dcm̃ eſt, eſſet hõ in nobiliori ſua actione nãli impfectior cęteris aïalib. Verũ quia hõ nõ ꝓducit gñando aïam intellectiuam, q̃ eſt ſola forma in hoie genito, & terminus gñationis eſt forma ſubãlis, ideo uŕ impoĩe ſaluare, ꝙ hõ gñet hoiem. Tu igr̃ aduerte, ꝙ Greg. in 2. di. 16. & 17. q. 2. ad ſextũ factũ ꝯtra ſecũdam ꝯclõnem, rñdens huic dubio dicit, iõ hõ gñat hoiem, qa ꝓducit aiam ſenſitiuam, q̃ nõ remanet in aduẽtu aię intellectiuę, facta ulteriori diſpõne ab hoie gñante ad aïam intellectiuã. Ita ꝙ ſm ipm, homo gñat hoiem, qa licet nõ ꝓducat ſubam aïæ itellectiuæ, tñ cauſat i mã ſufficiẽtes diſpõnes ꝓ aïa intellectiua. Sed hoc nõ uŕ ſufficere, quia cũ tales diſpõnes ſint accñtia, gñatio

hois actiua terminaretur ad accñtia, & ſic nõ eſſet gñatio ſubalis. Dicendũ eſt ergo, ideo hoiem gñare hoiem, qa licet hõ generans non attingat productiuæ aiam intellectiuam, quo ad ſubam ſuam, tñ ſua actione deducit hoiem genitũ ad ꝯſequendam formã ſilem formæ hois gñantis; & hoc eſt quod dñt aliqui: Ideo homo gñat hoiem, quia licet non attingat aiam intellectiuam ſm ſubam, attingit tñ ſm unionẽ, & hoc ſufficit ad ſaluandũ gñationem uniuocam ſubalem, qa de rõne generantis in uiuentibus nõ eſt, q̃ generãs pducat formã geniti, ſed actione ſua agere, ꝙ genitũ participet formã generãtis, & ſi nõ eandẽ numero, eãdẽ ſaltẽ in ſpẽ, ſiue ſit pducta à generãte, ſiue à pmo agente. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint. Quòd ſi plura uidere uolueris in hoc propoſito, inuenies in Cap. in 2. di. 15. q. 1. in replicis factis contra ſolutionem ſexti argumenti facti contra primam concluſionem.

Qõ. 7. Si omnium rerum ſunt eadem principia.

Cauſæ autem & principia alia aliorum. Tex. 19.

IN hac. q. nec te confundas ex obſcuritate textuũ Ariſt. à tex. 19. uſq; ad tex. 29. excluſiue ſic procedes. Primo pones duas diſtõnes. Secundo quinq; ꝯclõnes rñſiuas.

Quantum ad primũ ſit hæc prima diſtõ. Principia rex ſunt duplicia, quædam intrinſeca, ut forma & mã, quædã extrinſeca, ut efficiens & finis. & hæc omnia itex ſunt duplicia. ſ. proxima & remota. Vt materia proxima ſtatuæ lignum, & forma proxima figura Mercurij. Materia remota ſtatuæ terra, forma remota figura, quæ eſt ut forma generalis, licet non diſtincta realr à forma ſpecifica, ut opinatur Iand. cuius poſitionẽ reprobauimus in lib. 8. ſilr efficientiũ & finiũ, quidã proximus, ut hois efficiens pxim⁹, hõ generãs, remotus aũt eſt ſol, & finis proximus eſt intelligere, remotus autem eſt felicitas, ſiue perfectio uniuerſi.

Secunda diſtõ, idẽtitas eſt duplex, q̃dam ſimplr. q̃dam ſm quid, ſimplr eſt ꝯueniẽtia in aliquo uno uniuoco gñe uel ſpẽ, uel numero, ſm quid eſt ꝯuenientia ſm proportionẽ uel analogiam. Sicut oia p̃nta ſunt idẽ in ente identita

te analogiæ ſm uiam nr̃am. Tu tñ aduerte, ꝙ hęc propor tio ſiue analogia põt eſſe duplex, una eſt ſilis habitudo di uerſoꝝ ad diuerſa, ut ſerenitas in aere, & tranquillitas in mari hñt ſilẽm habitudinẽ, q̃a & ſerenitas & tranq̃llitas ſi gnant quietẽ. Alia eſt habitudo diuerſoꝝ ad unũ. Vt nouẽ p̃nta accidentium habet diuerſam habitudinẽ & ſubam.

Quantum ad ſecundũ ſit hæc prima ↄcl'o. Principia in trinſeca ꝓxima nõ ſunt eadẽ ſimpl'r oĩum p̃ntoꝝ, ſed ſunt diuerſa gñe, & ſpẽ, & numero, ꝓbatur in p̃nto ſubæ, prin cipia intrinſeca ſunt ꝟa mã & uera forma, i alijs aũt p̃ntis non eſt uera mã nec uera forma, qm̃ accñtia non compo nũtur ex uera mã & uera forma, ſed i eis põt aſſignari ali q̃d loco mãæ, & aliq̃d loco formæ, locum mãæ hẽt ſuum receptiuum, & locum formæ ſua differentia, ergo &c.

Scđa ↄcl'o, licet principia intrinſeca non ſint eadem ſim pliciter oĩum p̃ntoꝝ, ſunt tñ eadẽ ſm ꝓportionẽ. Ad decla rationẽ ſecũdæ partis huius ↄcl'onis aduerte, ꝙ hæc idẽti tas ꝓportionis attenditur pœnes numeꝝ, & pœnes modũ actuandi, pœnes numeꝝ q̃dẽ, qm̃ ſicut in p̃nto ſubæ ſunt tria ꝑncipia intrinſeca. ſ. mã, forma, & p̃uatio, ſic ꝓportio nal'r in p̃nto accñtiũ, puta in qualitate ſunt tria, q̃ ſe hñt ut mã, forma, & priuatio. nã mã eſt illud qđ eſt imẽdiatũ receptiuũ qualitatis, puta ſupficies eſt mã coloris, forma ſicut albedo, priuatio ſicut nigredo, q̃ cõparata nigredini impfectior eſt, pœnes aũt modum actuandi, nam ſicut in p̃nto ſubæ forma actuat & pficit mãm, priuatio ꝟo impfi cit, ita in p̃nto accñtiũ, forma puta albedo mõ ſuo actuat ſubm, & nigredo reſpectu albedinis ipficit ſubm, ergo etc.

Tertia ↄcl'o, principia extrinſeca remota ſunt eadẽ ſim pliciter oĩum p̃ntoꝝ, ꝓbatur, ſunt eadẽ numero, ergo ſim pliciter, ↄñã patet, ex ſcđa diſtõ poſita ſupra. Añs ꝓbatur. Deus eſt ꝑncipiũ extrinſecũ remotũ, hñs ul'em cãlitatẽ ſup oĩa entia in rõne efficiẽtis & finis, ut manifeſtabitur infra, ſil'r corpora cœleſtia reſpectu inferioꝝ hñt ul'em cãlitatẽ i rõne efficientis ſup ea, ut determinabimus infra, qñ q̃re mus, ſi cœlũ agit in hæc iferiora, patet aũt ꝙ De⁹ & cœlũ

ſp ꝑmanẽt eadẽ numero,cũ ſint incorruptibilia,ergo &c.
Quarta ꝯclo principia extrinſeca ꝓxima non ſunt eadẽ ſimplr oium ꝑntoꝝ,ſed nec in ꝑnto ſubæ. Prima pars ꝓbatur,ꝓncipia ꝓxima ſubæ ſunt i ꝑnto ſubæ,ut hõ hoiem ignis ignẽ gñat. Proxima aũt ꝓncipia accidẽtiũ nõ de neceſſitate ſunt ſuba,nam qualitas qualitatẽ ꝓducit, ut lux ſolis. lucem in aere,calor ignis calorẽ in aqua,ergo &c. Quòd nec etiam in ꝑdicamento ſubæ patet,qm̃ cum unũ quodq; maxime in uiuentibus ꝑfectis gñetur à ſibi ſili in ſpẽ,aliud eſt principiũ ꝓximũ extrinſecum hoïs, & equi, & leonis.ergo &c.ſunt & diſtincti fines ſpẽ,ſicut & diſtinctę nãæ. Cuiuſq;.n.nãæ finis ꝓximus eſt propria opatio, ergo ſm diſtinctionẽ nãrum ſunt diſtincti fines,ergo etc.
Quinta ꝯclo, principia ꝓxima extrinſeca oium ꝑntoꝝ licet non ſint eadem ſimplr,ꝑ ꝯclonem ꝑcedentem, ſunt tñ eadem ꝓportionalr. Hęc põt ꝓbari,ſicut ꝯclo.2. Declaratur ẽt ſic,ſicut in ꝑdicamento ſubæ efficiens dat eſſe ſuo effectu, ita in ꝑdicamento accidentiũ accidens ꝓductiuũ dat eſſe ſuo effectui ꝓducto,eo tñ modo, quo accidẽs põt dare eſſe accidẽti.ſ.in uirtute ſubæ. Itẽ ſicut in ꝑdicamẽto ſubę efficiẽs ordinat effectũ ſuũ in finem proprium,ita in ꝑdicamento accidentiũ accñs ꝓductiuũ ordinat accidens ꝓductũ in finem ſuũ,puta in ꝓpriam opationẽ, ut calor igni cãt calorẽ in aqua,nõ ſolũ ut aq̃ ſit calida, ſed ut cale faciat,ordinat dico modo ꝯueniẽti ipſi accidẽti, ergo &c.
Hic nõ cadit dubium nec argm̃,qd non ſoluatur ex diſtinctionibus datis & ex declaratione ꝑdictaꝝ ꝯclonum. Quare nõ eſt hic imorandũ. Hęc de pñti q̃ſito dicta ſint.

Q̃õ 8. ſi oẽ repoſitum in ꝑnto,ſiue ſit ſuba,ſiue accñs, eſt cõpoſitum intrinſecę ex ꝓpria potentia & proprio actu,tanq̃ duabus partibus eſſentialibus.
Amplius alio modo proportionaliter, principia eadem potentia & actus. Textu 26.

IN hac.q.aduerte in primis,anteq̃ deueniamus ad deciſionem,ꝙ qm̃ dicit phs in tex.ꝓpoſito potentiã & actũ eſſe cões omnibus ꝑntis,credũt multi, ꝙ ſicut in ꝑnto

ſubæ,omne p ſe repoſitum in pdicamento,ſi eſt ſuba gña bilis ueræ cõponi ex mã & forma,ut uera potẽtia,& uero actu,ut partibus ſuis eſſentialibus realr diſtinctis,ita oẽm quantitatẽ,& qualitatẽ,intrinſecæ cõponi ex propria potẽtia &,pprio actu,quoꝝ utrunq; eſt reductiuæ in eodem pnto cum ſuo compoſito, ueꝝ quia in lib.8.in q.16. iam ,pbauimus,ꝙ accidens eſt ens ſimplex,cõſtans ex ſola cõpoſitione rõne.ſ.ex gñe & dña,quę nõ diſtinguuntur realr,ut manifeſtauimus in li.7.ideo alr exponemus pñtem tex.pħi.& dicemus duo ,p reſolutione qſiti. Primo, ꝙ in ſuba receptiua alicuius accñtis abſoluti eſt aliqua potẽtia, qua mediatę recipit illud accñs,q non eſt ipſa ſuba,nec eſt mã pma,ſed eſt reductiuæ in eodẽ pnto, in quo eſt accñs receptibile,puta in ſuba corporea,eſt aliqua potentia,qua eſt receptiua qualitatis ſenſibilis,q potentia eſt reductiuæ in pnto qualitatis,idẽ dico reſpectu quãtitatis. Scdo,ꝙ licet talis potẽtia ſit in eodẽ pdicamento cũ accidente receptibilis,non tñ eſt pars intrinſeca compoſitiua accidẽtis.
Primũ quidem fundatũ eſt ſup doctrinam Cõment.in 5.phy.cõmen.9.ubi intendit talẽ rõnem,ſicut ſe hẽt potẽtia & uia ad ſubam, ſic potentia & uia ad quantitatem & qualitatẽ.ſed potẽtia & uia ad ſubam eſt in eodem gñe cũ ſuba,ergo potẽtia & uia ad quantitatẽ &c.unde inqt,potentia ad unũquodq; pntum eſt in illo gñe pnti,qđ eſt in actu,& ſilr uia de potẽtia ad actũ.ſ.potentia ad ſubam eſt quo quo mõ in pnto ſubę,& ſilr uia ad gñationem ſubæ, & ſilr potentia ad quantum,& ad alia pnta,hæc Cõmen.
Secundum aũt fundatur ſuper determinationem quã fecimus i lib.8.in q.16.in 1.pclone quã reuidere poteris.
Et ſi dicas.Quare talis potẽtia nõ eſt ps accñtis,cũ ſit reductiuæ in eodẽ pdicamẽto. Rñdetur,ꝙ hoc ideo eſt,qa hmõi potẽtia eſt tm̃ rõ ſiue cã ſine q nõ recipetur accñs i ſuba,puta ſine diaphaneitate nõ recipetur lux ſiue lumẽ, &tñ diaphaneitas nõ eſt ps lucis, licet ſit in eodẽ pnto cũ luce.Et ſpẽs uiſibilis eſt in eodẽ pnto cũ qualitate uiſibili, & tñ nõ eſt ps eius.Qñ ergo dicit pħs, ꝙ actus & potẽtia

ſunt principia omnium prædicamentorum,ſi intelligan-tur ut partes eſſentiales,eſt uerum, ſolum in prædicamento ſubæ,& reſpectu ſolius ſubæ corporeæ,quæ componitur ex materia & forma,ut potentia & actu, in alijs autem ſeruantur potentia & actus,non ut componentia,ſed potentia ut ratio recipiendi,& actus ut id quod recipitur. Et hoc loquendo de tribus primis p̄ntis.ſ.ſuba, quantitate, qualitate. De alijs aūt,qm̄ ſunt reſpectiua,& diſtinguūtur ſolum formal'r à tribus primis,uel ꝑ denominationem extrinſecā,ut diximus in lib. 5. iudicatur ut de primis inquātum res ſunt. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō. 9. ſi eſt neceſſe dare aliquam ſubam æternam ſecundum philoſophum & ſm̄ ueritatem.

Neceſſe eſt eſſe aliquam ſubam ſempiternam immobilem. Text. 29.

IN hac.q.tria diſcutienda ſunt. Primo ſi eſt neceſſe dare aliq̄ ſubam æternam ſm̄ pħm & ueritatem. Scđo ſuppoſito ꝙ ſic,ſi Ariſt.in tex.29.intendit ſolum de prima ſuba abſtracta quā dicimus Deum,an de oībus in genere. Tertio ſuppoſito ꝙ de oībus in gn̄e intēdat,inueſtigandū eſt,qua uia procedendum eſt ad probandum Deum eſſe.

Quantū ad primū ꝑncipale aduerte,ꝙ hæc ꝯclo. Datur aliqua ſuba ęterna,eſt uera,et ꝯfeſſa ab oībus recte ſentiētibus. Sed accidit,ꝙ aliq̄n ꝓbatur ꝯclo uera ex medio falſo,licet ſit magis deductio q̄ ꝓbatio, nā ex falſis cōtingit ſyllogizari ueꝝ,ex ꝑmo poſte. Et ſic fecit hic Ariſ. & Cōm. & oēs tenentes mundum ęternū. Probant.n.dari ſubam ęternā,qui à credunt motum & tp̄s eſſe æterna, Motus.n. de neceſſitate requirit mouens,& cū mouens ſit ſuba,concludūt ꝙ de neceſſitate datur ſuba ęterna, mouens ex motu ęterno. Patet aūt,ꝙ ſm̄ ueritatem mundus non eſt ęternus,qm̄ fidei non ſubeſt falſum,ergo medium ſumptū ab Ariſt. ad ꝯclonem ꝓpoſitam eſt falſum, licet mediū ſumptum à pħo ſit falſum,tn̄ nō deficit nobis mediū ueꝝ ad ꝓbandum ꝓpoſitum. Tu igitur ſic ꝓcedes. Primo ꝓbabis ꝯclonem,ut ꝓbat pħs,cuius ꝓbōnem uidebis formatam

in epitomi noſtra ſup.12.meta.in cap.4. Et aduerte, ꝙ cũ hæc ꝓbõ aduerſetur ueritati, ſoluemus eam infra, qñ quęremus, an pħs crediderit ſe demonſtraſſe mundũ eſſe æternum. Scdo ꝓbabis eandem ꝯclonem medio uero ſic: Aut mundus eſt æternus, aut non. ſi ſic, ergo datur ſuba æterna, quia ſi eſt æternus, eſt motꝰ æternꝰ, & gño æterna. Sed motus æternus requirit mouens æternum, & gño æterna gñans æternum, ergo &c. ſi nõ, eodẽ mõ datur ſuba æterna, nã oẽ non æternum cum nõ ſemꝑ fuerit ab aliquo productũ eſt, nõ à ſe ipſo, qa ꝓus fuiſſet ꝙ fuiſſet ergo ab alio. Quæro de illo, aut nõ fuit ꝓductũ ab alio, aut ſic. ſi nõ, ergo eſt ęternũ, qm̃ oẽ in productũ hñs eſſe, ſemꝑ habet eẽ, ſi ſic, quæro de illo alio, ut ſupra & cũ non ſit proceſſus in infinitũ, ut probatũ eſt in.2.li. neceſſe eſt deuenire ad primũ efficiens in productũ, qđ eſt ſuba æterna. Vnde ſi aduertis efficacius probatur dari ſubſtantia æterna ex nouitate mundi, quàm ex æternitate.

Quãtũ ad ſcdm̃ principale aduerte, ꝙ quia Ariſ. pħatur & aſcendit ad ſeparata ex ſenſatis, quaſi in caligne palpitãs ambulat in aſſignatione diſtõnum & proprietatũ in ſuƀijs abſtractis, unde dico, ꝙ idiſtincte probauit. ſuƀam æternã exiſtere, & nõ ĩ pticulari de prima cã. Cuius eſt, ꝙ probauit ſuƀam ęternã ex motu æterno. Sed oẽs intelligẽtiæ apud Ariſ. mouẽt motu æterno, unde & infra ex pluralitate motuũ æternoꝝ ꝯcludet numeꝝ intelligẽtiaꝝ, nõ ergo magis probat de prima ꝙ de oibus. Præterea, id confirmatur dicto pħi in tex.30. ubi poſtꝙ ex motu æterno probauit ſuƀam ęternã trãsferẽns ſe à ſingulari ad pł'ale, inqt. Igr̃ tales oportet eſſe ſuƀas, ſine mã, ubi Cõmẽt. ait. Quia iſtæ ſuƀę ſunt mouẽtes ſine aliqua potẽtia, neceſſe eſt ut ſint ſine aliqua mã, cũ neceſſe eſt ut ſint æternæ. Sic quidẽ cenſendũ eſt ẜm pħm & Cõm. ẜm aũt ueritatẽ eſt tm̃ una ſuƀa æterna, à qua ſunt oẽs intelligẽtiæ notrices tẽporalr productæ, quæ licet non moueãt motu æterno à parte ante, pñt tñ mouere in æternũ à parte poſt, eo ꝙ ſunt inalterabiles, nec ſunt formæ mãm informantes. Sed id non eſt

præſentis negocij..

Quantum ad tertium principale aduerte, q̄m dictū eſt pauloante, ꝙ ex hoc quòd eſt eſſe mouens eternū, nō probat p̄hs particulariter Deum eſſe, ſed cōmuniter de oībus intelligentijs, ideo hic inueſtigādū eſt, qua uia efficaci ſm doctrinā p̄hi poſſumus probare Deū eſſe, ita ꝙ quæramus ex ſenſatis mediū quo tandem & reſolutiue cōcludamus Deum eſſe. Quòd quidem medium ita Deo conueniat, ꝙ de nulla alia ſubſtantia abſtracta uerificetur. & q̄m ad probandum Deum eſſe, à multis rationes multę ſolent adduci, ut patet apud Scotum in. 1. ſent. diſ. 2. q. 2. qui conatur probare, ꝙ in rerum natura datur unum ſimpl'r primum ſm efficientiam, ſm finem, & ſm eminentiam perfectionis. & apud b. Tho. in. 1. parte. q. 2. arti. 3. & in primo cōtra gentes cap. 13. ideo relictis illis rationibus, ut iacent in robore ſuo, intendo declarare, quo ꝓceſſu deuenit Ariſ. ad concludēdū propoſitū. Tu igr̄ aduerte, ꝙ Ariſt. in 8. phy. tex. 33. poſuit & multiplici probatione concluſit hoc fundamētū, omne qđ mouetur ab aliquo mouetur, & in tex. 34. concluſit, ꝙ non eſt procedere in infinitum in mouētibus & motis per ſe ſubordinatis, & à tex. 34. uſq; ad tex. 40. probat ex his duobus fundamentis, ꝙ eſt deuenire ad unū primum mouens, quod uel eſt mouens ſe ipſum pro ut diſtinguitur in partē mouentem & in partē motā, uel eſt penitus immobile, & in tex. 49. cōcluſit, ꝙ ultra primū mouēs ſe ipſum eſt deuenire ad aliquod mouens primum immobile per ſe et per accidens. Quod quidem mouēs primū immobile eſt intelligentia applicata primo cœlo, quæ eo motu quo mouet cœlum. ſ. motu locali eſt omnino immobilis, & per ſe & per accidens ad differentiam intelligētiaꝝ aliaꝝ orbiū. ſ. planetaꝝ. Iſte. n. mouētur per accidēs, ut declarat p̄hs in 8. phyſi. tex. 52. Verum quia hoc primum mouens immobile localiter, mouet orbem ſuum. & ad motum ſui orbis mouet orbes planetaꝝ motu diurno, mouet inquam per intellectum & uoluntatē ſm p̄hm i. 12. meta. tex. 38. & oē tale mouēs mouetur, ſiue trahitur

ad mouendũ ab obiecto cognito & deſiderato, qđ ex motu ſuo cõſeq deſiderat. ideo pħs in lib. 12. meta. tex. 36. ex hoc ꝙ mouẽs pmũ immobile localr applicatũ primo cœlo, mouet intelligẽs et appetẽs cõſequi nobilius obiectum cõcludit qđ datur pmũ mouẽs oĩno immobile & ſm motũ localẽ, & ſm motum cauſæ finalis, ita ꝙ non mouetur ab aliquo digniori, ſe ad quod ordinetur ut ad finem. Sed intelligentia prima applicata & aliæ ſubſequentes ordinãtur ad ipm, ut nobiliſſimum in tota nã, & hic eſt Deus. Ex quo proceſſu patet, quòd probatio propoſiti eſt inchoata ab Ariſt. in. 8. phyſi. ſed completa in. 12. metaph. ſic quidẽ tenẽdũ eſt ſm uiam noſtram, ne deuiemus à doctrina. b. Tho. quam tradidit in. 1. contra gentes, cap. 13. Sed ſm uiã Cõm. cõpleta & inchoata fuit in. 8. phyſi. qm extimat Deũ eſſe applicatum primo cœlo, & mouere ut efficiẽs & finis, ſicut manifeſtabimus infra, quando quæremus ſi pmũ principium mouet primũ cœlum immediate, ut applicatũ. Patet ẽt, ꝙ rõnes ſumptę à primo efficiente, & primo mouente, & primo alterante, niſi aliud addatur, non concludunt Deum eſſe, ſed deducũt uſq; ad primum cœlum, ſumẽdo primum cœlum pro aggregato ex primo corpore cœleſti, & prima intelligentia applicata, quæ ſolet dici anima primi cœli.

Et aduerte ꝙ Ariſt. ad propoſitum cõcluſionẽ nõ facit ex intentione aliam rationem, licet ex principijs doctrinę ſuę b. Tho. alias applicet, ſicut illam fundatam ſuper maxime uerum. Cuius fundamẽtum trahitur ex. 2. metaph. tex. 4. Et illam fundatam ſuper maxime bonũ, cuius fundamentum trahitur ex. 10. metaph. tex. 12. ubi pħs habet, ꝙ ubi datur magis & minus differre, datur et maximum, ex quo trahitur, ꝙ in quocunq; genere, datur & magis & minus, datur maximum, conſtat autem, ꝙ in rerum nã datur magis & minus ens, & uerum, & bonum, & perfectum, ergo datur maxime ens, & uerum, & optimum, & perfectiſſimum. Hoc autem apud omnes recte ſapiente eſt Deus, ergo &c. Hęc de pſenti quęſito dicta ſint.

Quæſtio 10. ſi ſubſtantia æterna eſt ſemper actu mouens & de neceſſitate naturæ.

At uero ſi fuerit motiuum, aut effectiuum non operans autem. Textu 30.

IN hac quæſtione erunt duæ conſiderationes. Prima, ſi ſubſtantia æterna eſt ſemper actu mouens. Secunda, ſi mouet & agit de neceſſitate naturæ.

Quantum ad primam conſiderationem aduerte, quod eſſe mouens ſemper actu, eſt conditio ſecundum Ariſtotelem, non ſolum conueniens primo principio: ſed & omnibus intelligentijs in genere. Nam infra philoſophus concludet neceſſitatem gñationis ęternæ, quam dicet cauſari non ſolum ex motu diurno primi cœli. ſed etiam ex motu planetarum ſub circulo obliquo. Planetarum aũt orbes nõ mouentur ab una ſolum intelligentia, ſed à pluribus, ut manifeſtatur infra, qñ inueſtigabimus numerũ intelligentiarum. Hoc ergo prænotato ponitur concluſio reſponſiua. ſubſtantia æterna eſt ſemper actu mouens, quæ ſic probatur, ex fundamentis poſitis ab Ariſt. ſubſtãtia æterna non poteſt eſſe mouens in potentia, ergo eſt ſemper mouens actu. ꝯñtia patet, qm̃ cum habeat uirtutem mouendi, aut eſt mouens actu, aut mouens in potentia. Antecedens autem ſic probatur, ſi poteſt eſſe mouens in potentia, poteſt non eſſe motus: non enim datur motus actu, niſi per mouens actu. Sed motus non poteſt non eſſe, ut credidit phs ſe probaſſe in. 8. phyſi. à tex. 7. uſque ad textu. 13. eo ꝙ daretur motus ſiue mutatio prior prima. & quia poſſet non eſſe tempus. quæ omnia reputat illic Ariſt. impoſſibilia, ergo ſubſtantia ęterna ſemp̨ mouet actu, ita actu, ita ꝙ motus orbium ſemper fuit & ſemper erit, & ꝙ hæc fuerit mens Ariſt. declarat Cõm. in commẽ. eiuſdẽ tex. 30. ubi inquit. Cum motus ęternus ſit, & omnis motus habeat motorẽ, ut determinatum eſt, neceſſe eſt ut iſtę motus habeat motorẽ, qui eſt actio pura ſiue aliqua potentia. i. quã in nulla hora eſt motor in potẽtia, ſi enim non fuerit actio pura, ſed cum potentia aliqua hora erit in

qua non erit motio ab eo,quia omnis motor cuius ſubſtā tiæ admiſcetur potentia, poſſibile eſt ut in aliqua hora nō moueat,non.n.mouet,niſi per alium motorem extrahen tem ipſum ex potentia in actu,hæc Comment.

Et tu aduerte,ꝙ prædicta concluſio ſi conſideretur, nō ſolum ad mentem phi,ſed ſm ueritatem,poteſt eſſe uera, & falſa,uera quidem erit,ſi ly ſemper,exponatur non pro omni tempore abſolute,ſed pro omni tempore quo durat rerum inferiorum gñatio, ſubſtantiæ.n. cœlorum motrices actu ſemper.i.inceſſanter & ſine quiete media mouent do nec ſtat rerum inferiorum gñatio.Dicemus.n.infra, omnem motum mundi inferioris cauſari à motu cœlorum. Si autem ly ſemper exponatur pro omni differentia temporis abſolute.i.ab æterno & in æternum,falſa eſt qm cœ lum eſt productum non ab æterno,ex conſequenti,intelligentia non mouet ab æterno,ſupponit enim motus mo uens & mobile & id tenemus ex fide. licet phs ſentiat op poſitum,cuius rationes ſoluemus infra,nam de hoc facie mus particulare quæſitum contra Iandunum.

Quantum ad ſecundam conſiderationem inueſtigabimus. Primo quid dicendum ſecundum philoſophum. Secundo quid ſecundum ueritatem.

Pro notitia poſitionis philoſophi præpono diſtinctio nem de modis agendi ex neceſſitate naturæ. deinde pertractabitur quædam opinio, & reprobabitur. poſtremo declarabitur quæ fuerit mens philoſophi in hoc.

Diſtinctio ſit hęc. Aliquid pōt mouere et agere de neceſ ſitate naturę,dupliciter.Primo quia agit per naturam ſic, ꝙ ꝯuenit intelligere,& uelle,& eſt illud, ꝙ nō agit ex eo ꝙ intelligit ſic mouendū,uel ſic agendum, ſed agit per ali quam uirtutem nālem,eo modo quo dicimus,ignem per calorem calefacere de neceſſitate naturæ calefactibile ſibi approximatum,& homo per calorem nālem digerit cibū, & ſol exiſtens ſuper orizontem illuminat aerem noſtrū. Secūdo ꝙ agat de neceſſitate naturæ, quia licet intelligat quid agendum & quid uolendum, tamen non poteſt nō

gere quod intelligit, & uult agere, ita ꝙ uolũtas eſt adeo determinata ad agendũ, ꝙ non poteſt in oppoſitũ & ſtatim intell's intelligit id quod agendum, & uoluntas uult, ſeqtur ex neceſſitate actio, uerbi gratia. Homo intelligit quid eſt felicitas, & uult felicitatem, ſi darentur ſibi media ſufficientia ad felicitatem, ſtatim & de neceſſitate nãæ ageret pro aſſequenda felicitate, quia uoluntas habet determinatam & neceſſariam habitudinem ad felicitatem intellectam & uolitam. Quòd ſubſtantia æterna mouens cœlũ moueat de neceſſitate nãæ, & agat primo modo, nullus ſapiens dicit. Cum.n. ſit ſubſtantia mere intellectualis, quicquid agit, agit & mouet, ut intell'm & uolitum, ergo non agit de neceſſitate nãæ primo modo. Præterea ille modus agendi eſt proprius potentiæ irrationalis, à qua remoto impedimento, neceſſario ſequitur actio. Tales autem potẽtiæ, non ſunt in nã mere intellectuali. Vtrum aut moueat & agat de neceſſitate naturæ ſecundo modo ſ'm p'h'm, eſt uaria opinio. Quidam ut Scotus in 1. di.8.q.4. Et Herue' in 2.quol.q.4. tenent abſolute, ꝙ Ariſt. fuit huius opinionis, ita ꝙ ſicut ſubſtantia æterna & præcipue prima, q̃ eſt Deus intelligit bonitatem ſuam, & de neceſſitate nãæ uult eam, & amat, ita intelligit cœlum mouendum, & uult illud mouere, & de neceſſitate mouet, ita ꝙ non pōt in oppoſitum. Et ꝙ hæc fuerit mens p'h'i probabitur in reprobatione ſequẽtis opinionis. Igitur quidam alij dñt, ꝙ ſi ſubſtantia æterna mouens cœlũ & præcipue prima eſſet uirtus in magnitudine.i. agens corporeum, ut ſol illuminãs, & ignis comburens, moueret, & ageret de neceſſitate nãę. Sed quia ſ'm p'h'm omnes ſubſtantiæ motrices cœlorum æternæ ſunt immateriales, omnino, ideo mouent per modum intellectus & uoluntatis.i. tanta uelocitate quãtam appræhendunt eſſe conuenientem, & tanto tempore. Et ſic uolunt mouere & non per modum naturæ.

Sed ſi recte conſideras, aduertes hanc opinionẽ concludere, ꝙ ſubſtãtia æterna non agit ſ'm p'h'm de neceſſitate naturę primo modo diſtinctionis poſitę. Quòd ſi intẽdit

etiam ſecundo modo,eſt aperte contra pħm.Nam ut dcm̄ eſt in prima parte huius qõnis,extimauit pħs eſſe impoſſibile,quin ſit motus, & ſuper hoc fundauit hanc concluſionem,ſubſtantia æterna mouẽs eſt actus,qm̄ ſi ei admiſceretur potentia,poterit non mouere, poſſibile eſt.n. ut illud quod eſt in potentia non agat,ex ꝯñti poterit non eſſe motus,quod extimat impoſſ.ut hr̄ in 8.phyſ.tex.7.Sed ſiue ſit in magnitudine,ſiue extra,eſt actus,ergo non põt non mouere,& non poteſt non agere.& cum ſit ſubſtantia intellectualis mouet,& agit,per intellectum & uoluntatem, ergo mouet & agit de neceſſitate naturæ ſecundo modo diſtinctionis poſitę. Et ꝙ hæc fuerit mens pħi patet in 12.lib.in tex.38. ubi tenet, ꝙ primus motus eſt neceſſarius,non ex uiolentia,ſed ex fine.Si neceſſarius, ergo ſubſtantia æterna aqua eſt talis motus, de neceſſitate nãæ mouet,quia.ſ.uoluntas ſua ita eſt determinata ad mouendum,ꝙ non poteſt in oppoſitũ, nec obſtat ꝙ dicit b. Th. exponens prædictum tex. 38. neceſſitatem primi motus ſubiacere uoluntati Dei,qm̄ b.Tho.non intendit aliud, q̃ excludere neceſſitatem abſolutam à motu cœli, & concludere neceſſitatem finis,quæ pendet à uoluntate Dei,determinata tamen immutabiliter ad mouendum,ſicut eſt determinata immutabiliter ad uolendum bonitatem ſuam, & uoluntas creata eſt determinata immutabiliter ad uolendum felicitatem.

Sic quidem extimo tenendum ẜm pħm, ut etiam ſentit Scotus & Herueus,ut ſupra dictũ eſt,nec id negaret b.Th. modo quo expoſitum eſt,nec obſtat,ꝙ in 2. contra gẽtes cap.23.multiplici ratione probat Deum non agere ex neceſſitate naturæ.Non.n.illic procedit ẜm mentem pħi,ſed ẜm ueritatem.cuius ſignum eſt,ꝙ in fine cap. dicit patere errorem quorundam pħoꝝ,qui poſuerunt Deum agere ꝑ neceſſitatem naturæ,inter quos & Ariſt.numerandus eſt, licet ipſum non expreſſerit b.Tho.Dico inſuper, ꝙ in illo cap. b. Tho. format rationes,quæ pro maiori parte concludant Deum non agere de neceſſitate naturæ primo mo

do diſtinctionis poſitę, quod conceditur etiam ab Ariſt. qui cognouit Deum agere per intellectum & uoluntatẽ.

Nunc autem inueſtigandum eſt, quid tenẽdum ſit ſm ueritatem, pro cuius euidentia aduerte, ꝙ aliud ſentiendũ ſt de Deo, aliud de alijs intelligentijs.

Quantum ad Deum, ſit hæc firma concluſio. Deus nec mouet nec aliquid agit extra ſe de neceſſitate naturæ ſecũdo modo diſtinctionis poſitę, ſed mere libere, probatur. Quicunq; uult de neceſſitate naturæ aliquem finem, non eſt neceſſe ꝙ uelit, nec agat ea, ſine quibus poteſt aſſequi & poſſidere finem neceſſario uolitum, ſed ſi uult & agit, hoc erit mere libere, nam fatuum eſt dicere, infirmum uolentem immutabiliter ſanitatem, uelle immutabiliter medicinam, quam ſcit non cauſatiuam nec iuuatiuam, nec citius auxiliaturam in conſequẽda ſanitate immutabiliter uolita, ſed ſi uult & procurat eam, hoc erit mere libere. Sed Deus de neceſſitate naturæ uult bonitatem ſuam ut finẽ, & nulla creatura eſt neceſſaria Deo, ut habeat bonitatem ſuam: nec ut melius, nec ut citius habeat, aliter diuina pfectio penderet ab eſſe creaturæ, quod & Ariſt. & omnis recte ſentiens de Deo negat. Nam & in 7. politico. dixit phs, ꝙ Deus ſeipſo ſolo beatus eſt. ergo Deus tm̃ bonitatẽ ſuam uult de neceſſitate naturæ, quęcunq; autem extra ſe non neceſſario, ſed mere libere uult & agit.

Quantum aũt ad alias intelligentias mouentes orbes, ponitur hæc ꝯclo. Licet non moueant nec agant in his inferioribus de neceſſitate nãæ pp perfectionem ſuam eſſentialem & nãlem acquirendam, tamen non eſt inconueniens, ꝙ moueant & agant per motum in his inferiorib⁹ ex neceſſitate naturæ pp perfectionem ſuam accidentalẽ, ſiue ſecundariam acquirendam, pro intellectu huius concluſionis aduerte, ꝙ naturalis perfectio intelligentiæ conſiſtit in intelligendo primum motorem, ex cuius intellectione ſunt intelligentiæ mouentes in optima diſpoſitione, ut dicemus, quando quæremus ſi in primo principio eſt delectatio excellentiſſimo modo. Conſiſtit ẽt intelle-

ctione ſuæ propriæ ſubſtantiæ & aliaꝝ intelligentiaꝝ: & quo ad hanc perfectionem aſſequendam non iuuantur motu orbium,qm̃ intelligunt primum motorē per eſſentiam primi motoris,& ſeipſas per ſeipſas,& una aliam,aut per eſſentiam intelligentiæ intelligētis, aut per eſſentiam intelligentiæ intellectæ,aut per ſpeciem innatã repræſentatiuã intelligentiæ intellectæ. Ex his aũt modis quis uerior ſit manifeſtabimus infra,qñ quæremus ſi in abſtractis eſt idem intellĩs,res intellecta,& intellectio. Accñtalis autem perfectio eaꝝ uř cauſari,ex eo ꝙ mouent orbes, nã per hmõi motum producuntur inferiora,& ſic aſſimilantur primo motori,qui ut dicemus infra, continet in ſe uirtualiter omnia producibilia,& intelligentiæ deducunt ea ad actum per motum orbium. ut declarabimus infra, qñ quæremus,ſi primus motor mouet cœlum,ut finis amatus. Qm̃ ergo oēs cauſæ ſecundæ agentes perficiuntur ſua actione, ideo ut intelligentiæ aſſequantur ſuam accñtalē perfectionem,de neceſſitate naturæ mouent orbes, & nõ poſſunt uelle oppoſitum,donec ſua accñtalis perfectio cõpleta fuerit. Et huic intentioni uidetur facere Commenta. licet loquatur de omnibus ſubſtantijs abſtractis,includēdo primum motorem,& quo ad ſuam perfectionem ſimpliciter. Tu uero accipe dictum ſuum de omnibus intelligentijs mouentibus,excluſo primo motore, & quo ad ſecundariam perfectionem. Sic igitur inquit in hoc 12. in cõm. 48. Cum.n.poſuerimus,ꝙ nulla ſubſtantia abſtracta eſt,quæ non moueat,quia tunc inueniretur in diſpoſitione diminuta.i.non completa in ſua perfectione. Et cũ poſuerimus,ꝙ omnis orbis eſt propter ſtellam, & ſi nõ eſſet ocioſum,manifeſtũ eſt,ꝙ uia numerandi iſtas ſubſtantias abſtractas,eſt uia numerandi motum ſtellarum. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ. 11. Si ſubſtantia æterna mouens, ita eſt actus,ꝙ nullo modo ſit in potentia.

Oportet igitur eſſe principium tale, cuius ſubſtantia eſt actus. Textu 30.

In hac

IN hac.q.aduerte unum,antequam reſoluamus ꝓpoſitum.Ariſt.in tex.prępoſito,adhuc intendit loqui de ſubſtijs æternis mouentibus in gñe, & non ſolum de primo principio,licet dicat,oportet igitur eſſe principium tale &c.Qđ patet ex duobus.Primo ex eo qđ immediate ſubiungit dicens. Amplius igitur tales oportet eſſe ſubſtas ſine mã,ex quo ſeqtur,ꝙ illas ſubſtas quas ꝓbauerat eſſe ſine potẽtia,ſed eſſe actus,eſſe ẽt ſine mã.Scđo patet idem ex Cõment.q.exponens ꝑpoſitũ tex.in cõm.30.inqt. Quia iſtæ ſubſtæ ſunt mouẽtes ſine aliqua potẽtia, neceſſe eſt ut ſint ſine aliqua mã,cũ neceſſe eſt ut ſint æternæ,oẽ.n.æternũ eſt actio pura,& oẽ qđ eſt actio pura nõ hẽt potentiã, ex qbus patet,ꝙ apud pħm & Cõment.carere potentia in ſubſta ſua.eſſe ſubſtam q̃ ſit actus eſſe ſine mã,eſſe æternũ, eſt ꝯueniens oĩ ſubſtæ abſtractæ, & non tm̃ primo principio. Hoc ꝑnotato,ſic ꝓcedemus in reſolutione q̃ſiti. Primo uidebis quid dicendũ ſit ad mentẽ pħi & Cõment.ꝓut ꝟba ſua ſonare uñr. Secundo quid dicendum ẜm ueritatem.

Quantum ad primũ duo agenda ſunt. Primo ponitur ꝯcl'o rñſiua iuxta illud quod ſonant uerba pħi & Cõmen. Dico iuxta illud &c.qm̃ infra, qñ quæremus, ſi primum principium ẜm Ariſt. eſt productiuum oĩum extra ſe, ad mentẽ b.Tho. dandus eſt alius ſenſus Ariſto.q̃ uerba ſua hic ſonent.Determinabitur.n. ꝙ ſi intelligentiæ ſunt ꝓductæ,non ſunt purus actus,ſed hæc eſt ꝓprietas primi ꝑnc. Secundo inueſtigabitur quantum ualeat ſecunda rõ pħi, quam formabimus in probatione proponendæ ꝯclonis.

Cõcl'o ſit hæc. Oĩs ſubſta abſtracta ẜm pħm eſt pur' act' ẜm ſubſtam,& in ea nullo mõ eſt potẽtia. Hæc ꝯcl'o ſic põt extrahi ex tex.pħi.Sic.n.arguit in pñti tex.Oĩs ſubſta ęterna ſemꝑ actu mouẽs eſt talis,ꝙ ei' ſubſta eſt actus,& nõ potẽtia.Sed oĩs ſubſta abſtracta ẽ ſubſta æterna ſꝑ actu mouẽs. ergo eſt talis,ꝙ eius ſubſta eſt actus & nõ potẽtia. Maiorẽ ſic ꝓbat,quia ſi in eius ſubſta eſſet potẽtia,ꝯtingeret nõ moueret,ꝯtingit.n.potentia agens non agere,& ſic poſſet nõ eſſe motus oĩno,ꝙ pħs reputat impoſſe ex 8. pħi. tex. 17.

Minor aũt hr infra in tex.43.in fine,ubi phs concludit nu meꝝ ſubāꝝ ſeparataꝝ ſm numeꝝ motuum, & Cóment. inquit in cõm.44.Et ideo dicit Ariſt.ꝙ ſi aliquæ ſubæ eſſent non mouentes,eſſent ocioſæ. ſecundo ſic arguit in eodem tex.30.Mouens in cuius ſuba eſt potentia, contingit non eſſe,& ſic eſt corruptibile.ſed nulla ſuba abſtracta poteſt non eſſe,qa eſt æterna ſm phm,& nullum ęternũ põt non eſſe,ergo in nulla ſuba abſtracta eſt potentia. ex ꝯñti eius ſuba eſt actus,&qđ hæc ꝯclo fit ẽt de mente Cõmen. patet in cõm.tex.30.ubi inqt.Oẽ æternũ eſt actio pura, & oẽ qđ eſt actio pura non hẽt potentiã,patet aũt,ꝙ omnis ſuba abſtracta ſm phm & Cõm.eſt æterna,ergo non ſolũ primum principium, ſed & omnis ſuba abſtracta eſt actꝰ purus ſm ſubam,& nullo modo ei admiſcetur potentia, unde cõm.in eodem cõment.inquit.Neceſſe eſt,ut iſti motori.ſ.æterno non admiſceatur potentia omnino, neq; in ſuba,neq; in loco,neq; in alio modorum potentiæ.

Et iterum ſi quęras,utrum lux aſtri cauſet calorem ſine motu.Dico,ꝙ non,ut et magis manifeſtabitur infra. Sed coniunctim,ita ꝙ lumen cum motu,nam licet lumen ex natura ſui ſit productiuum caloris,tñ non exit in actum, niſi per motum,ita ꝙ eſt quaſi uehiculum,& conditio requiſita in hmõi calefactione.Motus autem non eſt cauſatiuus caloris,niſi in materia diſpoſita ad receptionem caloris,& hac de cauſa ſphæræ intermedię inter ſolem & elemẽta non calefiunt motu ſolis,qm̃ non ſunt corpora calefactibilia,licet illuminabilia,qm̃ ſunt diaphana. Et ꝙ calor cauſetur à cœlo lumine & motu ſimul,confirmatur ꝑ Cõm.in.2.cœli cõmen.42.ubi inquit,lumen eſt calefaciẽs per ſe motu & lumine. Ex his ſequitur corrollare,qđ motus ſm ꝙ unitur diſtinctis qualitatibus,quæ ſunt in mobili,eſt cauſatiuus diuerſum qualitatum.v.g.Motus localis Saturni,qm̃ unitur qualitati uirtualiter frigidę exiſtenti in Saturno,ideo Saturnus per motum ſuum inferiora infrigidat.Mars exiccat,luna humectat.

Secunda concluſio. Aſtra nõ ſolum cauſant calorem in his inferioribus,ſed etiã frigiditatem,ſiccitatem,& humiditatem. Hæc ꝯcluſio magis conſtat nobis experientia,ꝗ rõne. Experimur.n.ꝙ poſt longum & intenſum calorem, quaſi momentaneæ cauſatur in aere, longa & intenſa frigiditas,nõ ſolum in hieme,ſed in uere,in æſtate,in autũno,ſtante etiã quaſi eadem propinquitate,& elongatione ſolis à nobis. Vnde ſolent appellari hmõi tempora irregularia,experimur & uno anno in eodẽ climate,& in eodem paralello hiemem duram & rigidam,in alio anno hiemẽ mitem & remiſſam,experimur aliqbus annis longiſſimã ſiccitatẽ,in aliquibus oppoſitum, unde nõ eſt dicendũ id ꝓuenire ex ſola elongatione uel propinquatione ſolis ad nos,ſed ex qualitatibus uirtualibꝰ exiſtẽtibus in aſtris ultra lucẽ ſuã. Ex quibus ſequitur corollariæ,ꝙ ut aſpra cauſent in inferioribus,nõ ſolũ calorẽ,ſed & alias ꝑmas qualitates,neceſſe ẽ ut habeãt ultra lumẽ alias uirtuoſas qualitates. Nã per lumen quod ex natura ſua eſt productiuũ

caloris, oĩa aſtra ut luminoſa calefaciunt & illuminant. Si ergo Saturnus infrigidat, Luna humectat, Mars exiccat. Iouis uiuificat, neceſſe eſt, ut hęc proueniant ab aſtris, non ex lumine, ſed alijs uirtutibus ſibi proprijs.

Sed contra hanc concluſionem uidetur eſſe Comment. qui in 2. de cœlo commen. 42. ſic inquit, & ideo conſiderantes operationẽ ſtellarum in aliquo tempore, attribuũt quibuſdam eaꝝ calorem, & ſiccitatem, ut ſoli, & quibuſdam frigiditatem, & humiditatem, ut lunę, quibuſdã frigiditatem et ſiccitatem ut Saturno, & quibuſdam maſculinitatem, ut Saturno, quibuſdam fęmineitatem, cum in rei ueritate non agunt frigiditates, ſed calores ſimiles unicuique elementoꝝ. Sed hoc manifeſtum eſt in luna, quæ operatur in aquis manifeſte. Et non extimo quod Auic. dicit, ꝙ faciunt frigiditatem & calefactionem. Et hoc eſt remotum & extra fundamentũ, ſed ſi fuerit, erit per comparationẽ, hęc Cõmen. In quibus intendit, ꝙ ſtellę agunt tm̃ calorẽ, & ſi dicantur aliquæ ſtellę infrigidare, hoc nõ eſt niſi cõparatiue. i. q̃a minus calefaciũt, ergo ſcđa ꝯcl'o eſt falſa.

Ad hoc r̃ndetur dupliciter. Primo ſi uolumus, ut Thomiſtam decet, tenere ſenſum b. Tho. negandus eſt Comment. in hoc, q̃m Cõment. uult oẽs ſtellas eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime, ut patet in 2. cœli in cõmen. 49. & ꝑ ꝯñs, non hñt uirtutes uarias & diſtinctas ſpecie, nec productiuas effectuum diſtinctorũ ſpecie, quales ſunt calefacere, et infrigidare. Sed b. Tho. ſentit oppoſitum et impugnat Cõment. in 2. cœli in lec. 16. Præterea b. Tho. defendit Auic. cuius dictum non extimauit Comment. & arguit contra Comment. ut uidete poteris in 2. cœl. lec. x. & hæc omnia reſolute tetigimus in epitomate noſtro in 2. cœl. in trac. 2. in c. 4. Quæ non ſunt hic repetenda. Sed uide tu.

Dicitur ſcđo, ꝙ Cõmen. in hoc diſcentit ab aſtronomis modernis. i. qui fuerunt poſt Calipum & Eudoxum, ut Ptolomęus, & alij poſt eũ, qui poſuerunt eccentricos & epiciclos, & uarias uirtutes in planetis, ultra lucẽ. Et conatus ſemper fuit Cõment. deſtruere eorum radices, ut pa-

et in 12.metaph.in cōm.45. Sed non præualuit,unde in eodem cōm.inquit.In iuuentute mea ſperaui,ut hæc perſcrutatio compleretur per me,in ſenectute aūt iam deſpero,& omnia argumenta quæ format contra Ptolomæū, nos ſoluemus infra,qñ quæremus,ſi eſt neceſſe dare eccentricos & epiciclos, & qm̄ poſitionem ſuam qua negat in 1.cœli in cōm.42.ſtellas infrigidare & exiccare non probat,ſed uult acceptati ex ſua mera autoritate, iō ut ſequentes ſenſum modernæ aſtronomiæ, & qm̄ experientia docuit nos oppoſitum,negamus dictum ſuum.

Quantū ad tertiū principale,mouenda ſunt q̄dam dubia ꝯtra determinationē factā.Et primo circa efficientiam cœli in his inferiorib.Scdo circa motū.Tertio circa lumē.

Quantū ad efficientiam cœli aduerte, ꝙ quidam tenēt cœlū non agere in his inferioribus efficienter, & ꝓducendo per uirtutem influxam, ſed tm̄ determinando agentia particularia ad effectus ſuos,& dicunt, ꝙ ſi cœlum quieſceret & nihil influeret per motum ſuum in hoc mūdo inferiori,licet elementa & formæ eorum ſubſtantiales & accidentales non ſufficerent ad generandum mixtum ſine uirtute cœli influxa per modum determinātis. nec unum mixtū eſſet ſufficiens ad generandū aliud mixtum,ſufficerent tñ elementa ſm formas ſuas ſubſtantiales & accidentales,ad gñationē ſuam,ut ꝙ ignis generaret ignem,& calor calorem.Et ratio poſitionis ſuæ eſt, quia extimant ꝙ cauſæ ſuperiores reſpectu effectum cauſaꝝ inferioꝝ non habent aliquam cauſalitatem in eliciendo,uel comproducendo, ſed tm̄ determinant agentia inferiora ad effectus ſuos.Cum igitur elementa per ſuas formas ſubſtantiales ſint determinata per ſe ad ſuos proprios effectus, & calor ſit determinatus per ſe ad calefaciendum, poſito ꝙ cœlū quieſceret,adhuc producerent effectus ſuos.Mixtum autē non eſt ex ſe determinatum ad proprium effectum, ſed ꝑ qualitates naturales actiuas & paſſiuas.Nec etiam iſtæ q̄litates ſunt omnino ex ſe determinatæ, quoniam cum ſint cōmunes omnibus mixtis,in nullo determinatę ſunt

quin poſſint aliter & aliter diſponere, ergo indigent determinari per motum cœli pro generando mixto. Hanc ſuam imaginationem dicunt eſſe de mente Cõment. in 7. metaph. cōmen. 31. Qui loquens contra Auic. de intelligentia dante formas dicit, ꝙ in his quæ generantur ſine ſemine, cum conſiderata fuerit demonſtratio Ariſtot. apparebit hic, ꝙ corpora cœleſtia ſunt illa, quę dant iſtis aliquid loco ſeminũ & uirtutum, quæ ſunt in ſeminibus, ex hoc dicto ſic arguunt, ſi corpora cœleſtia in non habentibus ſemen ſunt agentia loco ſeminum, ergo in habentibus ſemẽ nõ agũt, ſi ergo concurrunt, concurrunt ſolum in determinando agens particulare. Præterea. Cõment. laudans uirtutem formatiuam q̃ eſt in ſemine, dicit in 7. metaph. cõmẽt. 31. ꝙ eſt uirtus diuina, & ꝙ agit modo intellectus operatiui, & non agit per inſtrũm corporale, nec determinat ſibi mẽbrum proprium, ꝙ. n. agat per calorem, qui eſt in ſemine, hoc non eſt ita, ꝙ ſit forma in talibus ſeminibus, ſicut anima eſt forma in corpore naturali, ſed ita eſt incluſa in eis ſicut anima. i. intelligentia in corporibus cœleſtibus. Ex quo dicto ſic arguunt Cõment. ponit ꝙ agentia generationem ſunt calor in ſemine & uirtus formatiua, ut diuina, quæ eſt quædam uirtus non in ſemine, ſed in principali generante & aſſiſtens ſemini, ſicut intelligentia cœlo. Si igitur Cõment. ſe extimat ponere ſufficientia agentia generationis in his quæ generantur ex ſemine, ponendo agens coniunctum ut calorem in ſemine, & agens aſſiſtens i. uirtutem formatiuam, non eſt neceſſe ponere cœlũ concurrere ut efficiens, ſed ut determinans & regens generationem. Non ergo cœlum habet efficientiam, ſed determinationem in generatione inferiorum, & aduerte, ꝙ hæc imaginatio attribuitur Henrico quolib. 14. q. 1.

Sed hæc opinio ideo decipitur, quia non cõſiderat ordinem & nexũ, qui eſt inter agentia nãlia inferiora & ſuperiora, qualia ſunt corpora cœleſtia, nam ſi cõſideraret, ꝙ inter ea eſt ordo eſſentialis, & ſm̃ ueram phiam iſta agentia inferiora ſe habent ad corpora cœleſtia, ut cauſa ſecũ-

da ad cauſam primam,quæ non agit niſi agẽte prima,nõ incidiſſent in hanc imaginationẽ. Aduerte igitur,ꝙ ſicut oĩa entia ſupponunt ens primum,quod eſt Deus, quo nõ influente omnia cederent in non ens, ſic omnes motus & actiones mouentium & agentium inferiorum ſupponũt motum primum,qui eſt motus localis cœli, quo remoto, remouentur,ſicut remota cauſalitate cauſæ primæ, remouetur cauſalitas omnis cauſæ ſecundæ. Hac de cauſa dixit phs in 8.phy.tex.1.ꝙ motus primus eſt uita.i.fons & ulẽ principium in nã exñtibus,ſe habet.n.uniuerſum, ut aĩal in quo uidemus à motu cordis pendere motus aliaꝝ partium,& eo ſublato aliæ partes immobilitantur, ſic in uniuerſo,à motu cœli pẽdet omnis motus rerum nãlium, ita ꝙ eo remoto immobilitantur omnia,quocunq; gñe motus & mutationis naturalis, ut motus localis, alteratio, augmentum,& decrementum,& generatio,& corruptio. Vt ergo conſerues ordinem eſſentialem, & nexum inter agentia inferiora & ſuperiora,tenebis, ꝙ cœlum motum non ſolum determinat agentia inferiora ad proprios effectus,ſed agit & influit in quocunq; effectu inferiori, ſicut cauſa prima influit in omnem effectum cauſæ ſecundæ ſibi ſubordinate. Quod ſi tenueris imaginationem prædictam,declinabis in defectum eoꝝ, quos rephendit phs in 12.metaph.in tex.ult.qui auferentes ordinem à partibus uniuerſi faciunt inconnexam ipſius uniuerſi ſubſtantiã.

Ratio aũt adducta à ſic imaginantibus non eſt alicuius roboris,falſum eſt.n.cauſas ſuperiores non hre aliquã cauſalitatem ſuper cauſas inferiores,quo ad effectus eaꝝ. Nam talem cauſalitatem habent,qualem cauſa prima ſup effectum cauſæ ſecundæ,in quem magis influit ꝙ̃ cauſa ſecunda,non.n.ſecunda influit,niſi quia prima influit, unde homo generat,quia ſol ſuo motu influit in hoie. Et dato ꝙ elñta & mixta per uirtutes ſuas actiuas eſſent determinate ad proprios effectus, non poſſunt exire de potentia ad actum, niſi concauſante & coagente cœlo per motum, qm̃ iſte eſt ordo inter motus nãles,ꝙ ſecũdarij qua-

& aſtra p motũ ſuum ſint aliqñ pñtia, aliqñ abñtia, aliqñ ppinqua, aliqñ remota reſpectu eiuſdẽ regionis, ut inuit phs in 2. de gñatione dicẽs, ꝙ motus circuli obliqui eſt cã alternationis, gñationis, & corruptionis, ex his ↄcludit, ꝙ mot⁹ cœli nõ eſt rõ agẽdi in his iferiorib. ſimplr, qa cœlũ põt agere ſine motu, ſed tñ eſt neceſſari⁹ mõ quo dcm̃ eſt.

Duran. aũt conatur ſic pbare intẽtum ſuum, ſi cœlum nõ põt agere in hæc inferiora ſine motu, hoc eſt, uel quia motus eſt principiũ formale, quo cœlũ agit, ſicut calor eſt principiũ formale, quo ignis calefacit, uel qa eſt ipſa actio cœli p quã agit, ſicut ignis calefacit p calefactionẽ, q̃ eſt actio ignis, uel qa eſt ↄdõ neceſſario reqſita ſine q̃ cœlum nõ agit, ſicut motio ſecuris à ſecãte eſt neceſſario reqſita in ſectione, nõ. n. ſecuris niſi mota, ſecat. Non pmo, qa pn cipium formale aliquid abſolutum ponit in agẽte, actuat . n. ipm, ſed motus localis nullũ abſolutũ ponit in mouen te, nõ. n. põt ponere niſi locũ, nã ſi poneret formã ſubalẽ uel accñtalem, iam non eſſet motus localis, ſed gñatio, uel alteratio, uel motus in quãtitate, locũ aũt nõ põt ponere, qa non eſt in locato ſed in locãte ex 4. phyſ. Non ſcdo, qa actio nõ eſt in agẽte, ſed in paſſo, motus aũt cœli eſt in cœ lo, qa oĩs motus eſt in mobili ex 3. phyſ. ergo motus cœli non eſt actio cœli p quã cœlum agat in alteꝶ. Non. 3. qa motus localis non eſt neceſſario reqſitus in corpore gña- bili ut agat, ut patet de magnete, qui quieſcens trahit fer- rũ, ergo multo minus in corpore ingñabili ut eſt cœlum.

Ad hoc dr̃, ꝙ motus localis reqritur in cœlo ut agat in inferioribus actione nãli, nõ quia ſit principiũ formale ut argm̃ pbat, nec actio cœli. ſed ut neceſſario requiſitũ, eſt . n. ↄdõ ſine qua non. Qm̃ ab agente nõ puenit actio, niſi agens pportionetur paſſo. Corpus aũt ut agens nõ ppor tionatur corpori patienti niſi p motũ, quia corpus nõ eſt mouẽs niſi moueatur, & hæc eſt nã corporis actiui & mo uẽtis, & cũ pbatur, qa magnes trahit ferrũ quieſcẽs, dr̃ ꝙ ferrũ magis & uerius trahitur ad magnetẽ q̃ à magnete, unde ſm dictũ Cõment. in 7. phyſ. cõm. 10. eſt attractio

æquiuocæ dicta,q̃m attractio in qua attrahẽs eſt qeſcẽs,et attractum eſt motum,non eſt attractio in rei ueritate, ex ꝯñti eſt magis ad magnetem,ut ad finem, ſicut lapis mo- detur ad centrum, ꝗ̃ effectiuæ à magnete, ſicut nec lapis mouetur effectiuæ à cẽtro,cœlũ aũt motũ agit in iferiora effectiuæ,& nõ ut finis.iõ nõ ẽ ſĩle de cęlo & de magnete.

Sed ꝙ motus non ſit neceſſarius ad hoc ꝙ cœlum agat in inferioribus actionẽ nãli, arguitur ſic à Paul. Sonc. in 12.metaph. q.13. qui uř declinare ad opinionẽm Duran. ſi cœlũ ſtaret, adhuc illuminaret ſol partẽ terræ, ſup quã exiſteret.ergo eam calefaceret,calefactio aũt eſt actio nã- lis,ergo &c.Prima ꝯñtia eſt conceſſa ab oibus, ſecũda aũt ſic ꝓbatur.Qđ ꝯuenit alicui ẽm ſe, nõ põt ab eo nãľr au- ferri.Sed lux ẽm ſe &ex nã ſua eſt actiua caloris,ergo &c.

Ad hoc dř,ꝙ licet lux ex nã ſua ſit actiua caloris, nõ tñ in ſe & ex ſe habet oẽm ꝯdõnem requiſitam ad hoc ꝙ ex- eat in actum,ſicut licet gladius in ſe habeat uirtutẽ inciſi- uam,qa durus,& acutus,tñ non exit in actũ, niſi ꝑ motũ, ꝯdõ aũt requiſita eſt motus, ita ꝙ ſi luci non adiungitur motus,non calefaciet,ut ẽt diximus ſupra,unde licet à lu- ce nõ poſſit auferri ꝙ ſit actiua caloris,põt tñ impediri ne exeat in actũ,ex remotione motus à corpore luminoſo.

Quantũ ad lumen, de quo dictũ eſt, ꝙ eſt actiuũ calo- ris,dubitatur,quia non uř uerũ; nam ſi eſt calefactiuũ uel hoc habet à nã ſua,uel à motu, qa .ſ. motus eſt calefacti- uus,ſed neutro mõ,& primo ꝙ nõ ex nã ſua, qa lumẽ nõ eſt ex nã ſua qualitas actiua, ergo non eſt calefactiuum. Conſequẽtia nota, Añs ſic ꝓbatur,ſi eſſet qualitas actiua, hřet oppoſitũ ꝯtrariũ,& non ſolũ priuatiuũ. Cõſequentia patet,qa uidem⁹ ꝙ aliæ ꝗlitates actiuæ hñt ꝯtrarias, ut ca lidũ hẽt frigidũ,humidũ hẽt ſiccũ,graue hẽt leue.Sed lu- mini opponitur tantũ tenebra,quæ eſt priuatio, ergo &c.

Ad hoc dř dupľr.Primo negatur ꝯñtia,q̃m non eſt ꝟa, niſi in qualitatibus actiuis elẽntaribus,quę ꝓductione uni uocã ſunt principia ꝓducendi ſibi ſĩle, ut calor calorẽ &c. Scđo põt negari falſitas ꝯñtis,q̃m licet lumẽ & lumen nõ

habeat oppoſitũ ꝯtrariũ,ſed tm̃ tenebram,tñ ut eſt productiuum caloris hēt aliq̃ qualitatē uirtualē ꝯtrariã ꝓductiuam frigiditatis,puta q̃ eſt in Saturno,& hæc erit ſibi contraria uirtualiter propter effectũ contrariũ,& hoc ſufficit.

Scđo arguitur ad idē,ſi lumen eſt qualitas actiua,ergo eſt ſpēs q̃litatis,ſicut frigiditas. Sed ſpēs qualitatis, diſtinguũt ꝑ dr̃ias ꝯtrarias & poſitiuas ꝑciſe đ 3.ſpē q̃litatis,igr̃ ſi lumē ſit qualitas actiua,hēt ꝯtrariũ,& nõ ſolũ ꝓuatiuũ.

Ad hoc dr̃,ut ad præcedens,ꝙ ut ſpēs qualitatis actiua caloris diſtinguitur dr̃ia contraria ab alia qualitate ꝓductiua uirtualr̃ frigiditatis,& qm̃ tales dr̃iæ contrariæ conſtitutiuæ hmõi qualitatũ ſunt nobis incognitæ,ideo notificantur nobis ꝑ ꝯtrarios effectus, & cum dr̃, ꝙ oppoſitũ luminis eſt tm̃ tenebra,ergo non oppoſitũ contrariũ. Reſpondetur,ꝙ licet lumen ut lumen habeat ſolum tenebrã ſibi oppoſitam,non tamen ut eſt actiuum caloris.

Tertio arguitur ad idem,ꝙ.ſ.lumen non ſit actiuũ caloris,ſi eſt effectiuum caloris,ergo ſicut illuminatio eſt in inſtanti,calefactio erit in inſtanti,quod eſt falſum, qm̃ cũ calefactio ſit motus,motus eſſet in inſtanti. Conſequẽtia aũt ꝓbatur,qm̃ cauſa i actu & effectus in actu ſunt ſil̃,ſed ſm̃ te illuminatio ē cauſa calefactionis,ergo qñcũq; ponitur unũ ponitur aliud,ſed illuminatio fit i iſtãti,ergo &c.

Ad hoc dr̃,ꝙ ſupponit falſum.ſ.lumen ſeipſo ſolo cauſare calorem,hoc non eſt uerũ,qm̃ ſm̃ pħm & Cōment. in 2.cœli cōmen.42.ultra lumen requirũtur ꝓpinquitas luminoſi,& directio radioꝝ,& multiplicatio,& reflexio. Dico ergo,ꝙ licet illuminatio fiat in inſtanti, non tñ calefactio.& qñ dr̃,ꝙ poſita cauſa in actu ponitur effectus in actu,concedo,ſi ponitur cauſa in actu cum ꝯdõibus reqſitis,in propoſito aũt dico, ꝙ ultra illuminationem requiruntur interſecatio radioꝝ,& multiplicatio,& reflexio facta à corpore,ad quod terminantur radij,& aliqualis mora illuminantis ſuper illuminabile reflexiuum.Et qm̃ hęc non fiunt in inſtanti, ideo calefactio non fit in inſtanti.

Quòd ãt nec motu cauſetur calor arguitur duplici expi

unam in tex.7.de motu.quā credidit ita concludere,ꝙ teſnere oppoſitū.ſ.motū incepiſſe, cū pri' nullo modo eſſet implicat ꝯtradictionē,unde inqt. Quare ante mutationē primā erit mutatio prior,& idē replicat in tex.9. Alterā in tex.11.quā & replicat ī 12.meta.tex.29.ꝗ putat ita probare ęternitatē tpis,ꝙ tenere oppoſitū īplicat ꝯtradictionē. Tenet.n.ꝙ ſi tp̄s incepit,datur pri' ante tp̄s,ergo ante tp̄s fuit tp̄s,qa nō datur prius ſine tpe, ponere aūt tp̄s anteꝗ̄ tp̄s eſſet implicat ꝯtradictionē.Sed rōnes ad hoc deducentes,ꝙ tenere oppoſitū implicat ꝯtradictionē,ſunt demonſtratiuæ apud intellm ꝓbātis.Cū ergo pħs tales rōnes ad ꝓpoſitū induxerit,patet ꝙ putauit ſe demōſtraſſe intētū.

Quantū ad ſcd̄m pono duas ꝯcl'ones,prima eſt,ſi nō eſſet alius modus quo ponerētur & mundus & motus incepiſſe,ꝗ̄ ille qui ponebatur ab antiquis,ut ab Anax.ab Empe.à Democ.demonſtraret uere pħs mundum & motum non incepiſſe,ꝓbatur,iſti ponebant,ut patet in 8.phy. in tex.2.mundū incępiſſe ꝑ mutationē nālem & motu nāli, ut Anax.per ſegregationē partiū ab illo confuſo. Empeſdoc.per motū litis & amicitiæ. Democr. per concurſum atomoꝝ.ſed impoſ'e eſt mūdū ſic incępiſſe, & ſic deſinere eſſe,qm̄ ineuitabiłr ſequitur,ut deduci pħs in 8. phy. tex. 7.ꝗ datur motus prior motu primo,ut uidere poteris illic,& qm̄ illi antiqui non cognouerunt alium modum ꝓductionis nec inceptionis, niſi phyſicæ,per quem modū eſt impoſ'e mūdū incepiſſe,ideo ꝯtra talē mundū arguit,& demonſtrat pħs.Quaſi ſic arguat ꝯtra eos, ſi mundus nō eſt æternus,ergo incępit ſ̄m uos modo phyſico. Sed hoc eſt impoſ'e,qa daretur mutatio prior mutatione prima, ꝯn̄a ꝯceditur ab eis, qa neſciūt aliū modū ꝓducendi,falſitas aūt ꝯn̄tis implicat contradictionē.Cum ergo non incęperit modo phyſico,et nō ſit alius modus ſ̄m uos,ſeqtur, ꝙ eſtis coacti ponere mundū,& motū,& tp̄s æterna.Hæc fuit uia pħi ꝯtra antiquos,quas ſuppoſita patet,ꝙ uere demonſtrauit ꝯtra eos,nec mundum nec motum incępiſſe.

Scd̄a ꝯcl'o,pħs non demonſtrauit ſimpłr mundum eſſe

æternũ,nec intendebat demonſtrare,ꝑma pars huius conclusionis ꝓbatur. Qui demonſtrat ſimpl'r,format rõnes ueras ſimpl'r, quæ conſtant ex ꝑmiſſis ueris & neceſſarijs ſimpl'r,ita ꝙ non indigent diſtõne. Sed rõnes p̄hi in hoc ꝓpoſito,nõ ꝯſtant ex ueris ſimpl'r,&ul'r,ut uidere poteris ſolutiones,b.Tho.in 8.phy.ſup tex.13.& i 12.meta.tex. 30.quas nõ eſt opus hic adducere. Verũ quia Iand.in 12. meta.in q.6.tenet rõnem formatã à p̄hõ ad ꝓbandam æternitatem t̄pis eſſe ueram ſimpl'r,nec poſſe nal'r.i.remota fide ꝯdici.Et reprobat ſolutionẽ b.Tho.in qua,ut uidebis i 12.meta.ſup tex.30.ſic inq̄t. Manifeſtũ eſt,ꝙ ratio quã hic poſuit ad ꝓbandũ ſempiternitatẽ motus, non eſt demõſtratiua.non.n.ſi ponimus t̄ps q̄nq; incẽpiſſe oportet ponere prius,niſi q̄d imaginatũ,ſicut cũ dicimus extra cęlũ non eſt corpus,ly extra,nõ eſt niſi quid imaginatum. Sicut igitur extra cœlũ non oportet ponere locũ,licet extra,uideatur locum ſignãre,ita nõ eſt neceſſariũ, ꝙ t̄ps ſit priusq̄ incepit uel poſtq̄ deſinet, hęc b.Tho.in q̄bus intẽdit,ꝙ, prius & poſterius añ inceptionẽ t̄pis non ſunt dr̃ię eſſentiales t̄pis,ſed t̄m ſ̄m imaginationẽ, ideo uolo defenſare ſolutionẽ,b.Tho.ꝯtra Iand.Cõtra dicit Iand. Hoc dictũ eſt falſum.ſ.ꝙ prius et poſte.dicãt dr̃ias t̄pis imaginatas,imo dñt dr̃ias eſſentiales,& impoſſe eſt,nal'r loquẽdo, ꝙ ꝑus & poſte.ſint ſine t̄pe.Sed Iand.dictũ ſuũ nõ ꝓbat, ideo nihil ꝯcludit ꝯtra b.Tho.Nos aũt dicimus, ſicut t̄ps ſumitur dupl'r,ita prius uel ante,nã datur t̄ps reale,q̄d eſt mẽſura ꝑmi motus,ut declaratũ eſt in 4.phy.& i tali t̄pe, ꝑus & poſte. ſunt realia, & corrñdent ꝑori & poſte. parti motus,ut mẽſura realis mẽſurato reali,utrũ aũt t̄ps & motus,ſil'r partes t̄pis et partes motus diſtinguãtur real'r,pro nũc non determinatur,ſpectat.n. hoc lib.4.phy. ubi dixi intentionẽ meã in particulari,q. Vltra t̄ps reale, datur t̄ps aliud,q̄d dr̃ imaginatũ. Nã dato ꝑ impoſſe apud p̄hm,ꝙ cęlũ nõ moueretur,adhuc poſsẽ apphẽdere aliq̄ ſucceſſionẽ i actu imaginãdi,ꝓut poſsẽ imaginari mõtẽ aureũ,deĩde lapideũ,deĩde ęneũ. Et hęc ſucceſſio mẽſuraretur ima

ginariæ ꝑ prius & poſte.non quidem realia,qm̄ ſi per caſum cœlum non moueretur, non eſſet tp̄s reale, nec pars prior & poſte.tpis realis,ergo eſſet tp̄s ſm̄ imaginationē, & ꝓus ac poſte.tpis imaginati.Et in tali tpe,ꝓus ac poſte. nō ſunt dr̄iæ reales,cū nec tp̄s ſit reale. Et qm̄ b.Tho. declarat mentē ſuam ꝑ ſimilitudinē ſumptā ab extra dicēs, ſicut qn̄ dicimus ꝙ extra cœlū nō eſt corpus,ly extra, nō eſt dr̄ia realis loci realis,ſed dr̄ia imaginaria loci imaginati,nam extra cœlum non poſſumus, non imaginare ſpaciū,ſic in ꝓpoſito & ęterna.Sed dicit Iand.ꝙ non eſt ſilis rō,qm̄ ly extra,aliqn̄ poteſt accipi priuatiuæ,ſiue per priuationem corporis circunſcribentis,& ſic non eſt dr̄ia loci eſſentialis.ſed prius et poſte.ſunt dr̄iæ eſſentiales tpis,et nunq̄ pn̄t accipi ꝑ priuationem tpis menſurantis. Sed ſi Iand.b.Tho.uidiſſet in 8.phy,ſup tex.13.id forte non dixiſſet,nam illic declarat,ꝙ ſicut ly extra,aliqn̄ tenetur affirmatiuæ,aliqn̄ negatiuę,ita ly prius & ante,& qn̄ tenentur affirmatiuæ ſunt dr̄ia tpis realis,ut dicimus. Ante iuuentutem nihil eſt iuuētutis,qn̄ aūt tenetur negatiuę, eſt dr̄ia ſolum imaginariæ,ut hic. Ante tempus non eſt tp̄s, patet ergo,ꝙ eſt par rō de ly ꝓus & ly extra,unde Iand.loquitur potius affectu,q̄ ueritate rei.Non ergo rō de æternitate tpis inducta à pħo eſt demonſtratiua ſimpliciter.

Aduerte ēt,ꝙ rō quā ſolent aliqui formare fundata ſup ęternitatem actionis Dei non eſt demonſtratiua.Nam ſic arguunt.Cuius actio eſt ęterna,eius effectus eſt æternus. Sed actio Dei eſt ęterna, cū ſit ſubā ſua.ut patet ēt ꝑ pħm in lib.12.meta.tex.39.& mūdus eſt eius effectus,ergo mūdus eſt ęternus.Maior aūt eſt uera & neceſſaria.Repugnat .n.ponere actionem,& non ponere effectum,ſaltē in fieri,ut ſi pono calefactionē,pono calefactū, uel aliquid qđ calefit,ſi dicatur ꝙ actio Dei ut actio nō eſt æterna,ſed ut res,qm̄ ut res eſt ſubā Dei, q̄ eſt ęterna.Sed nō ſeqtur,ꝗ, effectus ſit æternus.niſi ponatur actio ut actio æterna.Contra.Si ut actio nō eſt æterna,ſed in tpe,ergo ſeqtur ꝙ Deꝰ ꝓus fuit agens in potētia,q̄ in actu,& ſic exiuit de potētia

mauerat in principio quęſtionis,ex quibus primum eſt ratio b.Tho.tertia hic poſita,& quartum eſt ratio ſecũda b. Tho.ſiſr hic poſita,ſoluit utranque, & ad eam quæ eſt tertia b.Tho. dicit, ꝙ Ariſt. conſuetudo fuit,materias quas nundum determinauerat, pertractare ſolum ut probabiles, ſi aliqñ de eis ſermo incidebat, & qm̃ nundum determinauerat, an mundus ſit æternus; ideo in li.thop.dicit eſſe problema.Dicit etiam,ꝙ p̄hs in libris logicalibus ſæpe utitur exemplis aliorum,ita fecit in propoſito,nam aliqui ut Plato dixerunt mundum non eſſe æternum.

Ad eam autem quæ eſt ſecunda b.Tho.dicit,ꝙ demonſtrator non adducit aliorum dicta,ut per ea demonſtret, & cogat intellectum, ſed poſtquam demonſtrauerit poteſt ea adducere ad maiorem confirmationem. Sic fecit philoſophus in propoſito.

Sed patet intuenti textum p̄hi in 1.tho. & eſt in cap.8. illic non pertractat de æternitate mundi probabiliter, nec determinatiuę,nec incidebat ſermo de eo, niſi gratia exẽpli,tractat autem de natura problematis dialectici dicẽs. Sunt autem problemata & de quibus ſunt contrarij ſyllogiſmi.Dubitationem enim habet,utrum ſic ſe habeat,uel non,eo ꝙ in utriſque ſunt rationes ueriſimiles, & de quibus rationem.ſ.certam & neceſſariam non habemus, difficile arbitrantes eſſe unum,quare aſſignare.i.determinatam cauſam aſſignare.ut utrum mundus ſit æternus, uel non.Ex quibus patet ꝙ hoc quęſitum utrum mundus ſit ęternus ex propria ſententia connumerat inter problemata,de quibus dicit,ꝙ pro utraque parte ſunt rationes uerisimiles,& de quibus rõnem non habemus,& in hoc ꝙ dicit non habemus connumerat ſeipſum,cum antiquis.Nã ſi intenderet tantum de antiquis, non diceret non habemus,ſed non habent,uel non habuerunt.Ex hoc patet, ꝙ exemplũ de æternitate mundi, non eſt adductum in perſona antiquoꝝ, ſed de intentione philoſophi. Propterea ſtat ratio b.Thom.& ſolutio Pauli inefficax eſt.

Quod autem dicit,ꝙ p̄hs non adducit alioꝝ dicta,niſi

ad confirmationem,hoc falſum eſt.Nam in 2.cœli tex.2. adducit teſtimonium patrum,ꝙ cœlum eſt mobile uelociſſimum,ęternum,incorruptibile,cuius motus nõ habet principium neque finem,ſed eſt æternus in tempore infinito. Et id quidem adducit in confirmationem determinationis,quam fecerat de æternitate cœli. In tex.aũt primo eiuſdem ly.comparat rõnes & ſermones ſuos rationibus eorum,qui ponebant cœlum factum & non æternũ, & non extimat demonſtrationes cogentes intellectũ,ſed magis efficaces &, generatiuus maioris fidei, & ad quas non ſequuntur aliquã impoſſibilia,ſicut ſequuntur ad poſitionem contradicentium. Vbi & Cõment.inquit. Cum aliquis intuebitur ſermonem Ariſt.& aduerſarioꝝ eius in hac qõne,et inuenerit ſermonem alioꝝ ſequi plura impoſſibilia,& inuenerit ſermonem Ariſt.non ſequi aliquod impoſſibile,acquiret fidẽ maiorem, ꝗ habuerit prius ex rõne,et ideo dicit Alexand. Nos aũt non ſumus ſuſtẽtati ſuper ſniam huius hoīs.ſ.Ariſt.inter oẽs alios, niſi quia uidemus ipſam minoris ambiguitatis, & remotiorẽ à contradictione. Hec Comment. Ex quibus patet,ꝙ rationes & poſitio Ariſt.de æternitate non ſunt niſi magis perſuaſiuæ, ꝗ rationes aduerſariorum. Ex conſequenti non demonſtrauit ſimpliciter,nec arbitrabatur demonſtrare,ſed ſe habere ut magis perſuadens,unde ſiue utatur dictis antiquorum ad confirmationem,ſiue comparatiuæ, non ſe habet ut demonſtrator, ſecundum quod dicit b.Tho. ſed ut perſuadens. Propterea facile erat Paulo ſuſtinere mentem,& rationem b.Tho.

Sed dices.Si pħs non ſuadebat ſibi poſſe ſimplr demonſtrare æternitatem mundi,ſed tantum ad hominem,quare eam firmiter credidit,ut ſibi attribuit b.Tho.in 12.metaph.ſuper tex.30.& ſuper hanc credentiam fundauit inquiſitionem ſubſtantiæ abſtractę ęternæ.

Rñdetur, non inconuenit ꝙ Ariſt. aliqua pro certo tenuerit,ad quæ tñ rationem cogentem non habuit.Vt mũdus eſt æternus, & gñatio inferiorum perpetua, & pri-

mũ agit de neceſſitate naturæ, et anima intellectiua eſt immortalis. Nam licet ad prædicta rõnem cogentem non hret, tñ aduertens, ꝙ ex ſenſatis melius poteſt ſuaderi mũdum eſſe æternum, eo ꝙ ordo & diſpoſitio quam uidem' in ſubſtantia corporis cęleſtis, in motibus eius, in locatione elemẽtorũ, in gñatione, ſilis à ſuo ſimili ſuo modo uniformi perſeuerat. Nec in pręteritis ſeculis aliter fuiſſe cognoſcere poſſumus; ideo ad hanc partem omnino declinauit. Aduertit etiam, ꝙ ponentes incęptionem mũdi ad multa inconuenientia deducebantur, neſcientes aliũ modum quàm incæptionem phyſicã, ad poſitionem autem ſuam nullum uidebat ſequi impoſſibile; ideo ad partem affirmatiuam declinauit de mundi æternitate. Et nos niſi eſſemus illuminati fide, idẽ ſentiremus ex his quæ cognoſcimus à ſenſatis, & ꝙ non tm̃ rõne, ſed etiam ex fide, quã habebat in patribus antiquis, tenuerit mundum æternũ, & cœlũ & motum cœli, patet in 2. cœli tex. 2. ubi inquit, bene ſe hẽt perſuaſibilem ſeipſum ꝓbere antiquis, & maxime patrũ nroꝝ, ueros credere eſſe ſermones, ut ſit immortale aliquid, & diuinum habentium quidem motum, habentium autem talem ut nullus ſit finis ipſius &c.

Quantũ ad tertium principale aduerte, ꝙ aliqui potius aduerſantes pħis tenentibus æternitatẽ mundi, ꝙ ueritate ducti, tenent mundum nõ potuiſſe produci ab æterno, eo ꝙ implicant cõtradictionẽ. & multa impoſſibilia ſequũtur ad talem poſitionẽ. Cõtra quos nunc intendimus ꝓcedere. Pro cuius euidentia, ponemus quattuor concluſiones, deinde ſoluentur rationes fortiores contradicentiũ.

Prima concluſio. Ea quæ à ſolo Deo ꝑ ſimplicem emanationem produci pñt ut cœlum & intelligentiæ & elementa, ſm ſe tota potuerũt ꝓduci ab æterno hæc ſic ꝓbo unica rõne, & ſupponitur ꝙ ſimplex emanatio ſit inſtantanea & indiuiſibilis, eo qđ nõ eſt motus, nec requirit alterationem diſpoſitiuã, cum ei nõ ſupponatur materia, aut ſubiectũ diſponibile, ſed ex ſimplex deductio rei à penitus non eſſe ad eſſe. Suppono ẽt, ꝙ pħs non negaret

ſam præcedere effectum duratione,ſed eſt,quia cum effe-ctui conueniat prius nõ eſſe prioritate naturæ, quam eſſe, neceſſe eſt dari aliquam durationem,in qua non eſſe eius præceſſerit eſſe eius.

Patet aũt ex dictis,ꝙ hæc ſolutio nulla eſt, niſi qñ effe-ctus procedit à non eſſe ad eſſe per fieri diuiſibile,tunc.n. in toto tpe menſurante ipſum fieri, effectus habet nõ eſſe prius duratione ꝗ eſſe.Sed in propoſito,fieri eſt indiuiſibi le,ergo non eſt neceſſe non eſſe, effectus præcedere dura-tione ipm eſſe,& hæc doctrina b.Tho.in 2.ſent.di.1.q.1. art.5.ad 2m factum contra æternitatem mundi, ubi inqt. Non eſſe quod ex ſe habet res creata, naturaliter eſt prius ꝗ eſſe,quod ab alio habet,& ſi non duratione: quare &c.

Secunda ꝯclo. Motus cœli potuit eſſe ab æterno,proba tur,ſi non hoc fuit,uel pp defectum motoris,uel pp defe-ctum mobilis,uel quia in ſpacio,in quo eſt motus cœli o-portet uti aliquo ſigno in actu, à quo neceſſe eſt incipere motum cœli,non pp primũ,qm motor cœli uel eſt Deus, uel intelligentia producta,ſi eſt Deus,eſt æternus,quia ha bet eſſe à ſe,ergo ſemper habuit & habet eſſe.Si eſt intelli-gentia.potuit produci ab æterno per ꝯclonem pcedentẽ, ergo &c.Non pp ſecundum,qm per concluſionem præce dentem potuit cœlum mobile produci ab æterno. Nõ pp tertium, qm cœlum eſt mobile ſphæricum, & ſolo motu ſphærico: in quo non eſt aſſignare aliquod ſignum actu, à quo incipiat motus ſphæricus, & aliud ad quod termi-netur,ſicut contingit in motu recto,qui eſt inter terminos oppoſitos,ſphæricus autem eſt ab eodem ad idem. Aliqui dicunt,ꝙ eſt propter quartum.ſ.quia fuiſſent infiniti dies pertranſiti. Implicat autem cõtradictionem infinita per-tranſiri,ꝯñtia nota.quia ſi non fuiſſent pertranſiti, nunꝗ ad diem hodiernum peruentum fuiſſet: ſed ꝙ hæc obie-ctio non impediat rationem noſtram,declarabitur in ſo-lutione rationum aduerſantium.

Tertia ꝯclo. Prima cauſa potuit ab æterno producere quodcunq; ens diſtinctum ab ea, & ſic nõ ſolum cœlum

& intelligentiæ, ſed & elementa, & ſpecies, elementato℞ potuerunt produci ab ęterno, probatur. Supponitur, ꝙ omne producibile à prima cauſa cóparatur ad eam, ut effectus eius, tunc ſic. Non minoris potentiæ eſt cauſa prima, q̃ aliqua cauſa ſecunda. Sed aliqua cauſa ſecunda poteſt ꝑducere effectũ ſibi coæuum, puta ſol lumen in aere: ergo & prima cauſa. Sed omne diſtinctum ab ea, cóparatur ad ipſam ut effectus producibilis, ergo omne tale pōt eſſe coæuum primæ cauſæ, ex conſequenti produci ab ęterno.

Aduerte ꝙ hanc rationem ſoluit Paulus ubi ſupra, & dicit, ꝙ hoc non eſt ex defectu primæ cauſæ, ſed quia ſi eſſet effectus ſibi coæuus, non eſſe non præceſſiſſet eſſe. Poſito autem ꝙ effectus ſecundæ cauſæ ſit ei coæuus, adhuc nō eſſe præceſſit eſſe eius. Si.n. nunc de nouo producatur corpus luminoſum in aere obſcuro, cauſabit in eo lumen in primo inſtanti productionis ſuæ, & tamē prius nec illud corpus nec lumen productum habuit eſſe.

Sed ꝙ hæc ſolo non ualeat, patet ex duobus. Primo qa declaratum eſt ſupra, etiam ex doctrina b. Tho. ꝙ nō eſt neceſſe in re creabili non eſſe præcedere eſſe duratione, ſed nā. Secundo reduco rōnem nr̄am ad formam hypotheticam, quam conſtat concludere ſiue cathegoricæ ſint poſſibiles, ſiue impoſſibiles. Nam ita eſt uera hypothetica iſta, ſi tu es lapis, tu es inanimatus, ſicut iſta, ſi tu es homo, tu es rationalis. Arguitur igitur ſic. Non minus poſſet Deus creare ab æterno, q̃ ſol illuminare aerem ab æterno, ſi ſol & aer fuiſſent ab æterno, quia ſicut ſol ſi fuiſſet ab æterno non indigeret aliquid expectare in poſte℞ ad illuminandum, ita nec Deus imo minus, cum ſit perfectioris uirtutis actiuę in infinitum. Sed ſi ſol fuiſſet ab æterno & aer, illuminaſſet aerem ab ęterno, cũ hr̄et uirtutem perfectam illuminandi ſibi cōgenitā. Patet aũt hanc minorem, q́ eſt hypothetica eſſe ueram, quicquid ſit de cathegoricis, ergo ex duabus iſtis hypotheticis manifeſte ſequitur, ꝙ Deus potuit oēm creaturam creatam in tpe creare ab æterno.

Quarta ꝯcluſio. Potuit ab æterno eſſe generatio & cor

ruptio rerum inferiorum, probatur per præcedentes conclusiones, potuerunt eſſe ab ęterno omnes cauſæ requiſitę ad hmõi gñonem & corruptioné. Nam potuit eſſe cœlũ motũ ab ęterno, ut cauſa uñs, & agentia naturalia, ut cauſæ particulares, & elementa ut cauſæ materiales, & formæ naturales potuerunt actione cœli, & agentium particulariũ educi de potentia materiæ, ergo &c.

Quantũ ad rõnes cõtradicentiũ & negantium poſſibilitatem creaturę ab ęterno & ipſius mũdi aduerte, ꝙ multe ſunt, & à multis recitãtur & ſoluuntur, ut à b. Tho. in 2. diſ. 1. q. 1. artic. 5. & à Cap. in. 2. diſ. 1. q. 1. contra ſecundã ꝯclõné, & ab Herueo in. 2. diſ. 1. q. 1. & à Paulo Sonc. in. 12. metaph. q. 31. Tu ergo uide quem uolueris. Nunc autem ſufficiet recitare quas arbitramur fortiores, & famoſiores. Aduerte igitur tres, & earum ſolutiones.

Prima eſt, ſi mundus & cœlũ, & motus cœli potuerunt eſſe ab ęterno, potuerunt eſſe pertranſiti infiniti dies, aliter non fuiſſet poſſibile peruenire ad præſentem diem. Hoc autem eſt impoſſibile, quia repugnat infinito pertranſiri.

Ad hoc negatur, ꝯña, qm̃ pertranſire eſt per motum de extremo ad extremũ rem attingere. Quando ergo dr̃, ꝙ ſi mundus potuit ꝑduci ab ęterno infiniti dies, potuerunt eſſe pertrãſiti, idem eſt ac ſi dicatur, infiniti dies potuerũt eſſe attincti ab extremo ad extremum, qđ implicat contradictoria. ſ. ꝙ potuerunt eſſe infiniti dies, & ꝙ inter ens potuerunt dari duo extrema. Conceditur autem ex illo antecedente ſequi, ꝙ potuerunt præfuiſſe infiniti dies ante dié hodiernum. qui ex parte ante non potuiſſent ꝑtranſiri, q̃a non potuiſſet eſſe inchoatio ab aliquo extremo. Sed à parte poſt, ubi fuiſſet in eis ultimum nunc, potuiſſent ſ̃m quid eſſe pertranſiti: & ſic non ſequitur infinitum ea parte qua infinitum potuiſſe pertranſiri. Ad probationem autem conſequentiæ.

Secunda rõ, ſi mundus potuit produci ab æterno, & potuit eſſe gñatio æterna, ergo potuerũt gñari infiniti homines, & cum aiæ numerentur ſ̃m corpora, & ſint incorru-

ptibiles,poſſent nunc eſſe animæ infinitæ actu,impoſſibi- le eſt autem dari infinitum actu,ergo &c.

Hæc ratio ut inquit b.Tho.in 2.di.1.q.1.art.5. inter a- lias eſt fortior in hoc propoſito. Ad quam rñſiones mul- tæ inueniuntur.& omnibus omiſſis adduco duas tm̃. Pri ma eſt Heruei in 2.di.1.q.1.& ſtat in hoc, ſi eſt impoſſibi le dari infinitum actu,tam in quantis,q̃ in immãlibus, tã in ordinatis per accidens,q̃ in ordinatis pp ſe,poſito ꝙ ge neratio humana eſſet ęterna,Deus talem ordinẽ poſuiſſet, & legẽ in animabus,ꝙ non eſſent infinitæ, & lex quidem potuiſſet eſſe,ꝙ una anima plura corpora ſucceſſiue uiuifi caſſet,uel animæ in morte deficerent per ſubtractionem diuinæ influentiæ,& eo caſu,Deus remuneraſſet hominẽ pro hac uita ſm̃ diſpoſitionem diuinæ ſapientiæ. Et ſi di- cis,id nõ decuiſſet diuinam bonitatem.Rñ.magis decuiſ- ſet,q̃ facere impoſſibile.ſ.ꝙ animæ eſſent infinitæ.

Secunda rñſio eſt b.Tho.in 2. contra gent.cap.81.& ſtat in hoc.Phs non probauit in 3.phyſ.& in 1.cœli non poſſe dari infinitum actu,niſi in rebus corporalibus,& in cauſis p ſe ordinatis,ut patet ĩ 2.metaph.ideo nõ incõue- nit dari infinitas animas, cum ſint incorporeæ & p accñs ordinate,ſed ꝯtra. Dicit phs in 3.phyſ.tex.36. ſeparatum quidem igitur eſſe infinitum à ſenſibilib⁹ impoſſibile eſt, ſed animæ poſt mortem ſunt ſeparatæ à ſenſibilibus,ergo non pñt eſſe infinitæ.Rñ.phs illic intendit de infinito Py- thagorico ſeparato,quod Pythagoras ponebat eſſe princi pium,& hoc quidem infinitum ſm̃ Pythagoram eſt quã- tum,ſeparatum ab omni mã ſenſibili, ſicut ſi imaginare- mur ſpacium infinitum extra mundum. Nos aũt intendi mus de infinito ſeparato intellectualis nãæ, qualis eſt aĩa humana,in quã nã,utrum poſſit dari infinitum dicit phs in 3.lib.phyſ.tex.39.ſed fortaſſis eſt ulior qõ,ſi contingat in mathematicis & in intelligibilibus & in nullam habẽ- tibus magnitudinem,infinitum eſſe,nos autem nunc in- tendimus de ſenſibilibus,hæc illæ. Ex quibus conſtat,ꝙ ſi hæc quæſtio eſt ulior.i.excedens conſiderationem phy

ſici

ſici,ſpectat ergo ad metaphyſicum,& tamen in metaphyſica non determinauit oppoſitum. Sed dices, imo determinauit, nam in lib. 11. metaph. lec. 11. ſm ſignationem b. Tho. probat & concludit, non dari infinitum in actu in ſenſibilibus, nec in ſeparatis. Rn̄. loquitur in eodem ſenſu in quo locutus eſt in 3. phy. contra Pythagoram, nam eſt quaſi idem tex. & eſt repetitio eorum, quæ dixit in 3. phy.

Sed ꝯtra. Rō: p̄hi, qua probat in 3. phyſ. tex. 37. nō dari infinitum in corporibus, cōcludit ēt ulr̄ in ſeparatis intellectualibus. Sic. n. p̄hs arguit, ſi datur corpus infinitum, dantur duo corpora infinita, qm̄ in infinito ſunt infinities infinita, ſed nō poſſunt eſſe duo corpora infinita, qm̄ unū infinitum corpus occupat omnia, ſed eadē rō cōcludit de abſtractis, ſi. n. datur infinitum abſtractum erūt duo infinita, qm̄ in infinito ſunt infinities infinita, ſed nō pn̄t eſſe duo infinita abſtracta, qm̄ unum infinitū omnia ꝯtinet.

Rn̄. licet eadem rō ꝯcludat de infinito ſeparato, poſito à Pythagora, qđ eſt quantū ſiue magnitudo ſeparata, qm̄ infinitū quantū ſiue ſenſibile, ſiue ſeparatū, ut quantū occupat oīa, & oēm locū, & ꝯtinet oēm quantitatē, tn̄ nō eſt eadē rō in abſtractis intellectualibus nō quātis, q̄ nō hn̄t uirtutē occupādi. Et ſi tu aduertes inuenies, ꝙ Ariſt. in rōne illa arguens ꝯtra Pythag. ſemꝑ ſupponit quantitatem, ſic. n. ꝯcludit in fine tex. 37. Sed impoſe eſt eſſe actu infinitū, quantitatē. n. aliq̄ eſſe, neceſſe eſt. Patet igr̄, ꝙ ſm p̄hm non inconuenit poſſe dari infinitum actu in immālibus, q̄ non hn̄t inter ſe ordinem eſſentialem, & idem exp̄ſſe tenet Algazel in ſua metaph. Vtrum aūt ſm doctrinam b. Tho. id ſit poſe, determinaui in lect. primæ par. q. 7. art. 4.

Tertia rō, ſupponitur ꝙ creatura iō creatur, qa accipit eſſe poſt non eſſe. Tūc ſic. Aut habet eſſe poſt nō eſſe duratione, aut tm̄ ordine nāæ, ſi ꝑmo mō, ergo ſi eſt neceſſe, ꝙ ꝑus duratione hēat nō eſſe, nō pōt eſſe æterna, ut patet, ſi 2. mō, ergo habebit eſſe & nō eē ſil', ꝙ iplicat ꝯtradictoria, ꝯñа aūt ꝓbatur, qm̄ q̄ ſolū hn̄t ordinē ꝑoris & poſter. ſm nām ſunt ſil' duratione, ut ſubm & ꝓpria paſſio, ergo &c.

Rñdetur. Dico ꝙ 2.mõ, ad improbõnẽ nego ꝯñtiã, nã nõ eſſe ſumitur duplr̃. Primo ꝓ nõ eſſe ſimplr̃, & ſine aliq̃ limitatione. Scḋo nõ eſſe cũ aliqua determinatione, puta nõ eſſe ſm̃ ſe, uel hr̃e aptitudinem ad nõ eſſe. Ex his dico ad ꝯñtiã, ꝙ ſumẽdo non eſſe primo mõ, nego eã, & ꝯcedo falſitatẽ ꝯñtis: ſumendo aũt nõ eſſe. 2. mõ, ꝯcedo ꝯñtiam, & nego falſitatẽ ꝯñtis, licet. n. repugnet eſſe actu, & nõ eẽ ſimplr̃ ſil̃, tñ nõ repugnat eſſe ſil̃ duratione, eſſe actu & nõ eſſe à ſe, ſicut non repugnat aquam eſſe calidam, & nõ eſſe calidam à ſe. Hæc de p̄ſenti quæſito dicta ſint, in quo conatus ſum ſequi & ſuſtinere uiam Thomiſticam.

Qõ. 15. Si primum mouens mouet cœlum ut finis amatus.

Mouet autem ſicut appetibile. Tex. 36.

IN hac. q. aduerte in ꝑmis, ꝙ pħs in tex. p̄miſſo nõ amplius loq̃tur de abſtractis i gñe, ſed in ſpẽ, de ꝑmo motore ſimplr̃ ꝑmo, quẽ appellabit Deũ. Vt igr̃ pñs q̃ſitũ plenæ reſoluatur, tria diſcutiẽda ſunt. Primo ſi ꝑmũ mouẽs mouet cœlũ ut finis amatu, & intellu apphẽſus. Scḋo ſi mouet cœlũ ſolũ in gñe cauſæ finalis, an ẽt in gñe cãæ efficientis. Tertio ſuppoſito ꝙ ẽt in gñe cauſæ efficientis, utrũ ſit applicat⁹ ꝑmo mobili ut motor eius appropriat⁹.

Quantũ ad primũ tria agẽda ſunt. Primo aſſignabitur duplex diſtõ. Scḋo q̃ttuor ꝯclões rñſiuę. Tertio ponetur quoddã notabile, in quo apparebit concordia & diſcordia inter b. Tho. & Cõmen. Prima diſtõ, cœlũ ſumitur duplr̃, primo ꝓ corpore cœli, qḋ apud Cõmen. ut dcm̃ eſt, in lib. 8. eſt mã in actu, ſcḋo ꝓ aggregato ex corpore cœli & intelligẽtia applicata, q̃ ꝓ nunc ſupponatur, ꝙ dr̃ aĩa cœli, nam de hoc quæremus infra, utrum cœlum ſit animatũ.

Secunda diſtinctio, finis eſt duplex, aliquis prgexiſtens motui, ſicut centrum mundi, ad quod mouetur graue ut perficiatur & conſeruetur. Aliquis acquiſitus per motum ſiue phyſicum, ut ſanitas acquiſita alteratione, ſiue metaphyſicum, ut ſcientia acquiritur actu intelligendi.

Prima ꝯclo. Mouens primum non mouet cœlum ſum-

ptũ primo mõ ut finis amatus, ꝓbatur, dicit phs i tex. 36. qa appetitus ꝑnc. intelligẽtia. i. ꝑnc. deſiderãdi & amandi primũ mouẽs eſt intelligẽtia. i. apphẽſio intellſ. uñ Cõm. in cõm. 36. inqt, & oĩa iſta dicit Ariſt. ad declarandum, ꝙ corpora cœleſtia hñt appetitũ ꝑ intellm. Tunc ſic, cœlũ primo mõ ſumptũ cũ ſit ſuba mere corporea, nõ hẽt uirtutẽ intellectiuam, ergo non intelligit primũ mouens, ergo nõ deſiderat ipm, ꝓbatur ꝯñtia, qm̃ dicit phs, ꝙ illic principiũ appetitus eſt intelligentia, patet ergo, ꝙ primũ mouens nõ mouet cœlũ primo mõ ſumptũ, ut finis amatus.

Secunda ꝯclo. Mouens primũ mouet cœlũ. 2. mõ ſumptum ut finis amatus & appetibilis, ꝓbatur. Illud ad qđ oĩa ordinantur mouet cœlũ. 2. mõ ſumptũ, ut finis amatꝰ & appetibilis, qm̃ ꝑficitur ex eo, ut declarabimꝰ infra. Sed ad ꝑmũ mouẽs oĩa ordinant̃ ex 12. meta. tex. 52. ergo etc.

Præterea. Quod habet rationem optimi, & à quo pendet perfectio cœli. 2. mõ ſumpti, mouet ipm cœlum, ut finis amatus. Sed primum mouẽs eſt hmõi ex 12. metaph. tex. 37. & magis declarabitur infra, ergo &c.

Tertia ꝯclo. Mouens primũ nõ eſt finis amatus & deſideratus à cœlo. 2. mõ ſumpto, ut acqſibilis ꝑ motũ. Hæc de ſe patet, qm̃ cũ primũ mouens ſit ens indepẽdens hñs eſſe à ſe, repugnat ei, ut acqratur ꝑ motum. Tunc. n. hr̃et rõnem ꝓducti, qđ eſt falſum apud oẽs recte ſentiẽtes. Erit ergo finis amatꝰ ut ꝑexñs & attingibilis aliq̃ opatiõe cœli. 2. mõ ſũpti, ut attigit cẽtrũ à graui de ſẽſu ipſiꝰ grauis.

Quarta ꝯclo. Mouẽs primũ eſt finis amatus & deſideratus à cœlo. 2. mõ ſumpto, ſicut illud ex quo & ꝑ qđ cõſeruatur ipſi cœlo ſufficiẽs ꝑfectio acquiſibilis à cœlo, hęc ꝓbatur ex intẽtione Cõmẽ. in 12. metaph. cõm. 36. ubi inquit. Dicamus igr̃, ꝙ nõ mouẽtur. ſ. cœli. 2. mõ ſumpti, niſi qa intelligũt ex ſe, ꝙ ꝑfectio & ſuba eoꝝ ſtat in motu et ꝯſeruatur, ſicut illud facit, qđ mouetur ad ꝯſeruandã ſuã ſanitatẽ, qa ſcit, ꝙ ſua ſanitas nõ ꝯſeruat̃, niſi motu. i. exercitio. Et intẽdit Cõmen. talẽ rõnẽ. Cœli. 2. mõ ſumpti non hñt ſuam ꝑfectionem niſi ex motu, ergo mouẽtur ut ꝑfi-

ciantur & ↄſeruentur in ſua pfectione. Sed ex motu nō pficiūtur niſi aſſequātur finē, ad quē uel pp quē mouētur. Sicut infirmus nō pficeretur ſanatione, niſi ↄſequeretur ſanitatē, ad q̄ ordinatur ſanatio. Motus.n.accipit pfectionē à termino ad quem. Sed finis motus eoꝝ eſt, ut attingant primū mouēs mō quo declarabimus in immediate ſequētibus, ergo primū mouens eſt finis amatus & deſideratus à cœlo.2.mō ſumpto, ſicut illud ex quo & per quod &c.

Poſitis & probatis ↄcłonibus rñſiuis, notandum eſt ſm Cōment.in cōm.36.& b.Tho.in lec.6.ꝙ finis pp quē cœlū.2.mō ſumptū mouetur eſt duplex.ſ.primus & p ſe intētus, & alius ſcđa intētione intentus. Primus & p ſe intētus eſt ut aſſiſetur ꝑmo mouēti, ſcđs & ſcđario intētus eſt, ut in cauſando explicet ī actu, qđ ↄtinetur in uirtute in ꝑmo mouēte, & hæc eſt ſnia b.Tho.in 12.metaph.in lec.6. Cōment.aūt in cōm.36.magis diffuſæ id ptractat dicens. Dicamus ergo, ꝙ nō mouentur, niſi qa intelligūt ex ſe, ꝙ pfectio & ſubā eoꝝ ſtat in motu, ſicut facit illud, qđ mouetur ad ↄſeruandā ſuam ſanitatē, qa ſcit ꝙ ſua ſanitas nō ↄſeruatur niſi motu, & ēt intelligunt ꝙ motus eoꝝ eſt cā exitus eius, qđ eſt in potentia in illis formis abſtractis ad actum.ſ.ad formas mãles. Iſte.n.formæ forte uñr hr̄e duplex eſſe.ſ.in actu.ſ.mãle eſſe qđ hñt.& eſſe in potētia.ſ.eē qđ hñt in iſta forma; & dico potentiā queadmodū dicimus ꝙ formæ artificiales hñt eſſe in actu in mã, & in pōa in aīa artificis, uñ hæ formæ uñr hr̄e duplex eē, abſtractū & mãle, & hoc quidē eſt ꝙ facientes formas .i. Platonici uolūt dicere, ſed nō perueniunt ad ipm. Sed tñ motus eoꝝ non eſt pp exitum iſtaꝝ formaꝝ à potentia in actū non ita ꝙ illud eſt perfectio prima eoꝝ, ſed ita ꝙ illud eſt ↄñs primā pfectionem eoꝝ.v.g. qui exercitatur ad ↄſeruandā ſanitatem p operationem alicuius artis. Primo intēdit ad conſeruandum ſanitatem ſuam, Secundo aūt intendit illam operationem, hæc Cōment. Et aduerte, ꝙ qñ dicit, ꝙ motus eoꝝ eſt cauſa exitus eius, qđ eſt in potentia, p eſſe in pōa intelligit eſſe ſpūale, qđ habet res pducibilis ī itel-

lectu agẽtis, & dr̃ eſſe immãle uel ideale, & ꝑ eſſe actu intelligit eſſe rei ꝓductę, ut iã ad extra ꝓducta eſt. Cõment. ergo intẽdit, ꝙ ideo cœlũ mouetur, ut ꝓducat in actu formas.i.nãs rex inferiox, quę ꝯtinentur in potentiã ſ̃m eſſe ideale in forma abſtracta.i.in motore ꝓmo, unde cœlũ 2. modo ſumptũ, in hoc ſe hẽt ad motorẽ primũ, in cuius intellectu ſunt oẽs rex inferiox nãæ, ſicut miniſter ad primũ artificem, q operatur artificiata ꝓut ei proponuntur ab architecto, in cuius intellectu eſt idea, uel ſpẽs artificiati. Et aduerte ſenſum uerbox Cõmen. qm̃ ꝓfundus eſt, & inuenies ꝙ b. Tho. & Cõment. ꝯcordant in fine primo & ſecũdario intẽto. Nã b. Tho. dicit, in expõne, in lec. 6. finẽ ꝓmo intentũ eſſe, ut aſſiĩetur ꝓmo motori. Idẽ tenet Auic. in lib. 9. ſuæ meta. cap. 3. Itẽ tenet Cõment. in cõment. 37. ubi inqt. Primũ. n. cœlũ mouetur ab iſto motore ſ̃m deſiderĩũ, ut aſſiĩetur ei ſ̃m ſuũ poſſe. Item ꝯcordant in fine ſecũdario intẽto, & eſt illud ꝑ qđ conſequũtur finem primo intentũ. Hoc aũt eſt exitus ſiue ꝓductio formax inferiox ad extra, quæ ꝓductio eſt ꝑ motũ cœli, unde aduerte, ꝙ ſicut ſe hẽt curſus, & exercitiũ, & ſanitas in intentione infirmi, ſic motus cœli & ꝓductio inferiorũ, & aſſiĩatio ad primũ motorẽ in intentione cœli 2. modo ſumpti. Conſtat aũt ꝙ infirmus intendit curſum, ut exercitetur: & intẽdit exerciteri ut ſanetur. & ſic primũ intentum eſt ſanari, curſus aũt & exercitiũ nõ intenduntur niſi in ordine ad ſanari. Sic in ꝓpoſito, cœlum 2. modo ſumptum eſt in motu, ut ꝓducatur & exeãt in actũ per motum, formę rerum inferiorũ, & intẽdit productionẽ hanc, nõ ut ꝓmo intentũ, ſed eam ordinat ad aſſiĩationem ſui, cũ primo motore. & hic eſt ultimus finis in executione, & ꝓmus in intẽtione.

Sed dices in quo conſiſtit illa aſſimilatio.

Rñ. Difficile eſt hoc inuenire, dicam tñ qđ occurrit. Vt ꝓbabitur infra, primũ mouẽs eſt cã productiua & regitiua ꝓmã & uĩis à ſe toti' entis creati, tã ſupioris mũdi, q̃ inferioris. Et mundũ quidẽ ſuperiorem regit ac cõſeruat, ſine aliq gñatione & corruptiõe, qm̃ entia illa indefectibilia

& immortalia ſunt. Mundum aũt inferiorem adminiſtrat per intelligẽtias, ut per rectores ſcđos, quibus uirtutem in didit ꝓducendi & diſponendi inferiora, nõ quidẽ immediate, qm̃ hæc eſt dignitas ꝑmi ꝑnc. ſed ꝑ motũ cœli. Aſſiſtatio ergo ſtat in hoc, ꝙ ſicut ꝑmum ꝑnc. eſt cã uñis diſponẽs & largiẽs eſſe unicuiq; nãæ, ut illi cõuenit. Si cœlũ 2. modo ſumptũ ꝑ motũ, & nõ ꝑ ſe ipm̃ diſponit mundũ inferiorẽ, deducẽs ad eſſe nãs gñabiles & corruptibiles, q̃ ſunt in intellectu ꝑmi ẜm eſſe ideale. Cœlum ergo mouetur ut aſſimiliter primo motori. i. ut ſit agẽs, & diſponẽs, & ſeruãs mũdũ inferiorẽ, ſicut primũ princ. eſt agẽs & diſponẽs totũ uniuerſum, et ꝑpea dixit Cõm. in. 12. li. meta. cõm. 37. cœlũ mouetur ut primo motori aſſiſtetur ẜm ſuũ poſſe. q. d. nõ adęquatę, ſed imitatiuæ & ꝑticulariter. Sicut gubernator uni⁹ ciuitatis aſſiſtatur regi, nõ adęquatę, ſed ĩ hoc, ꝙ ſicut ſe habet rex ad totũ regnũ, ſic gubernator ad unã ciuitatẽ. Et ꝑꝑ hãc aſſiſtationẽ in regimine & diſpõne mũdi inferioris, dñr intelligẽtię mouentes cœlos mẽtes diuinæ, uirtutes diuinæ. Dij ſcđi. Domini mundi inferioris.

Quãtum ad ſcđm. ſ. utrũ primũ mouens moueat cœlũ ſolum in gñe cãæ finalis, an ẽt in gñe cãæ efficiẽtis. & aduerte, ꝙ non eſt intentio nr̃a hic quærere, utrum moueat effectiuæ immediate, ita ꝙ ſit applicatum cœlo, ſed ſimplr ſiue mediate, ſiue immediate, nã utrum ſit applicatum, inueſtigabimus in ſequentibus. Tu igr̃ ſic ꝓcedes. Primo ponetur opinio Auic. Scđo opinio Comment. quæ trahitur etiam ex philoſopho. Tertio opinio. b. Tho.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ Auic. in li. 9. ſuæ meta. dicit tria ſpectantia ad hoc ꝓpoſitũ. Primo, ꝙ cœlũ eſt aĩatũ proprie, & ꝙ aĩa cœli mouet ipm̃ effectiuæ circulariter, ſicut aĩa mouet aĩal motu progreſſiuo, unde dicit in li. 9. ſuæ meta. Cœlũ mouetur ꝑ aĩam, & aĩa eſt principium propinquũ ſui mot⁹, & ĩ illa renouatur imaginatio & uolũtas, & ipſa extimat ſe hr̃e appħẽſionẽ rez uariabiliũ, & uolũtatẽ eſſendi ipſas res particulares, & ipſa eſt perfectio corporis cœli & ei⁹ forma. Dicit ſcđo, ꝙ q̃libet ſphæra hẽt

Ad hoc dubium ſm Cõm.difficile eſt rñdere,nam in li. 12.in cõm.44.rñdens inqt.ordinatio quidem eax adinui cem ſm nobilitatem poſe eſt ſcire ex dictis ab antiqs.hñti bus curam de actionibus eax in entibus.u.g.Q̃m dãt ſoli uitam,& Saturno res fixas,ordinatio igitur eax à primo eſt pciſa, ordinatio uero eax adinuicem non eſt pciſa,& forte melius eſt illud,qđ intendebat Ariſ.ſ. φ ordo earum ſit ſm ordinem eorum.i.ſuorum mobilium in loco. Hæc Cõm.ex quibus poſſumus hoc tm̃ elicere,φ ut comparan tur ad pmum motorẽ,q̃to ſuperiores tanto nobiliores,qa illi ppinquiores,ut aũt cõparantur adinuicem diuerſa rõ ne pñt reputari nobiliores,& minus nobiles.u.g.Quia Sa turno attribuit ſtabilitas,& fixio rei ineſſe,ſoli aũt uiuifi catio,Saturnus rõne fixionis erit nobilior.ſol aũt rõne ui uificationis.Tu tñ aduerte,φ Cõm.in li.2.de cœlo in cõ men.58.tenens,φ ſol ſit.ſupra Mercurium & Venerẽ attri buit ei pprium motum ueIociorem q̃ Mercurio,& Veneri & hoc pter maiorem abundantiam potentiæ & uirtu tis.Hic autem in.12.loquitur ſm ſitum aſſignatum à phi loſopho,ut quod ſit immediate ſupra lunam.

Ad idẽ dubiũ ſm doctrinã.b.Tho.in hoc.12.in expoſi tione tex.44.& in.2.de cœlo lec.18.rñdere poſſumus du plici uia.Primo ſupponẽdo ſm Ariſt.φ ſol ſit ſupra lunã immediate,dr φ planeta q̃to ſuperior tanto nobilior, qa vĺiorẽ effectũ habet,ut uidere poteris in expõne.b. Tho. ubi ſupra vñ licet Sol hẽat effectũ ſup iferiora magis ma niſeſtũ,nõ tñ uĺiroẽ,iõ nõ eſt nobilior planetis ſuperiori bus,et per ɔñs nec intelligẽtia illi applicata.Scđo ſupponẽ

do ꝙ ſol in 4.cœlo,ut Moderni aſtronomi tenent,dicit b. Tho.in 2.cœli lec.18. ꝙ ſol optime ordinatus eſt i medio planetaꝝ hñs tres ſupra ſe.Saturnum,Iouem, Martem,& tres infra ſe.Venerem,Mercurium,Lunam,cuius ratio eſt, quia ſicut ſupra ſphæra ex ſua magnitudine & multiplicitate ſtellarum deputatur ſuper permanentiam, & uřiores effectus cauſandos in his inferioribus,& hac de cauſa deſeruiũt.octauę ſphæræ tres ſupiores planete.ita ad cauſan dũ uřem tranſmutationẽ reꝝ generabilium & corruptibilium, ordinatur ſol propter ſuam magnitudinem & luminoſitatem,ideo proportionaliter ſibi deſeruiunt tres inferiores planete.Tu tñ aduerte,ꝙ ex hac ſecunda aſſignatione non habetur, ꝙ ſol ſit nobilior omnibus planetis ſimpř ſed tantum tribus inferioribus,ideo conceditur, ꝙ planete q̃to ſuperiores,tanto nobiliores,iuxta ꝑmam aſſignationem,& per conſequens intelligentiæ eis applicare licet aliqua ratione & diuerſa poſſint dici magis & minus n obiles,ut declaraui ſecundum Commentato.

Hæc dicta ſint ẜm pħs,ueꝝ apud aſtronomos,nobiliſſimus inter planetas creditur ſol,ex maxima potentia, quã declarat inmundo inferiori,per acceſſum & receſſum,unde dř pater hoĩum,& ſic nõ uidetur ꝯcordare pħi & aſtronomi,in aſſignanda gradualitate nobilitatis,inter planetas & eoꝝ intelligẽtias.Tu uero ſi aliqualem corcordatiã deſideras,uide in cõm. Theoricæ planetaꝝ cõpoſitio per Franciſcum capuanum,in commẽ.theoricę ſolis in.q.qua diſputat de eccentricis cõtra Cõm. reſpondens ad ſextum argumentum Auerrois,ubi incipit ſic,ſed quæ harum opinionum uerior ſit &c.

Secundum dubiũ eſt de applicatione intelligentię, quã habet cum ſuo orbe,nã quia concluſum eſt,ꝙ intelligentiæ ſe hñt in nobilitate graduař ẜm ordinem ſitualẽ ſuoꝝ mobilium,eo ꝙ eis ut proprijs inſtřis applicatur ideo merito dubitatur de tali applicatione,& ſi cum ea poteſt ſeruari immobilitas intelligẽtiæ intrinſeca,& ẜm ſubſtãtiã, ita ꝙ non ſit neceſſe eam moueri ſubſtantialiter per ſe,nec

per accidens,ad motum ſui orbis. Vt igitur hoc dubium reſoluatur,dicendũ eſt primo,quid ſit hæc applicatio, ſecundo declarabitur,quomodo cum illa ſaluatur immobilitas intelligentiæ.

Quantũ ad primũ aduerte,ꝙ hæc applicatio importat ꝯtractum uirtualẽ,quo intelligentia unitur orbi uirtualr̃, & quo ꝯtinet,orbem uirtualr̃ uigorando ipm̃,& influendo in illũ,pro quo aduerte, ꝙ ex aſſiſtẽtia intelligẽtia mouẽtis cũ orbe proprio ꝯfortatur,& fit uigoroſus,ut ualeat agere & influere in hæc inferiora.Hęc aũt confortatio ꝓuenit ex eo ꝙ orbis recipit uirtutẽ ſibi impreſſam & influxã à ſua intelligentia ſibi copulata uirtualr̃,& non ſitualiter,cũ ſit non quanta.Sed aduerte,ꝙ hmõi uirtus q̃ eſt ut quædã forma actiua,qua cœlum redditur potens ad agẽdũ in hæc inferiora,ultra ſuas uirtutes connaturales, põt dupl'r ꝯſiderari. Primo ꝙ recipiatur ab intelligẽtia influẽte in ipſo cœlo, ſ̃m eſſe fixũ & ꝑmanens,modo quo recipitur uirtus attractiua in magnete. Scd̃o ineſſe q̃ſi trãſeũte & in fieri,modo quo cãtur lumẽ in aere, qđ non ꝑmanet ſubtracto luminoſo. Primo modo nõ põt cauſari ꝑdicta uirtus ab intelligentia mouente in orbe ſuo,qm̃ apud pħm,ut declaratũ eſt in 7.li.meta.ꝯtra Plat.forma abſtracta non inducit ꝑ ſe ipſam aliq̃ formã, aut qualitatem in corpore, ſubintellige ſ̃m eſſe fixum & permanens. Scd̃o aũt modo bñ põt cauſari, qm̃ quãdiu cœlũ eſt ſub motu, ſe hẽt ut inſtr̃m motũ à principali agente,quod tranſeunter recipit uirtutẽ ab agente. unde ſequitur ſ̃m pħm, ꝙ ſi cœlum quieſceret,nihil reciperet ab intelligentia: nec ſeruares copula uirtualis inter intelligentiam & orbem, & aduerte ꝙ neſcientes hanc diſtinctionem de receptione formæ per modum permanentis,& per modum fieri, negauerũt cœlũ motum aliquid uirtutis,recipere immediate ab intelligentia, quorum argumenta ſoluam infra.

Quantũ ad ſcd̃m aduerte, ꝙ hæc copula uirtualis põt imaginari fieri trib' modis. Primo ꝙ applicetur uirtualr̃ oĩbus partib' cœli æque ꝑmo influẽdo & cauſando motũ

in oĩbus partibus immediate. Scđo ꝙ applicetur uni ſoli parti determinatæ quã nunq̃ deſerat,& p eam primo mo- tã moueat totũ cœlũ, eo ꝙ oẽs partes cœli ſunt ꝯtinuę & ſolidæ,& una mota oẽs mouẽtur.Continuũ.n.ſolidũ eſt, qđ ad motũ unius partis totũ mouetur tertio ꝙ nulli de- terminari parti ſemp ſtat applicate,ſed oĩbus ſucceſſiuę ſe applicet:ita ꝙ,ſicut figulus tangit ſucceſſiuę oẽs ptes ſuæ rotæ,& p ſucceſſiuũ ꝯtactũ ꝯtinuat motũ rotę ſtans extra rotã,& ab aliquo ſitu,puta à dextris incipiẽs mouere, eo- dẽ modo intellige pcisæ de intelligẽtia reſpectu ſui orbis.

Primus modus non admittitur, quoniam non poſſe- mus aſſignare à qua parte incipit motus cœli, & ſic non poſſemus ſeruare differentias locales eſſe realiter in cœlo, quod eſt contra philoſophum in 2.cœli ubi aſſignat de- xtrum in illa parte,à qua incipit motus.

Secũdus etiam modus nõ admittitur, qm̃ ſi applicatur tãtũ uni parti,& eam nunq̃ deſerit,ergo rotatur ſimul cũ illa,et ſic mouetur per accidens ad motum ſui orbis,quod non eſt conſonum doctrinę Ariſt.Nam licet in.8.phy.in tex.52.teneat,ꝙ motores planetarum mouentur per acci dens,non tñ intrinſecæ ſm̃ ſuam ſubſtãm,ut mouetur aĩa ad motum aĩalis,ſed extrinſecæ.i.quia orbes planetarum mouentur ad motum primi mobilis motu raptus.

Tertius modus uř cõuenientior & admittitur,qm̃ p ip- ſum ſeruam⁹ immobilitatẽ intrinſecã intelligentiæ,& per ſe & per accidens,& ſeruamus differentias locales realiter eſſe in cœlo,ut diffuſę tractauimus in qõnibus noſtris in. 2.de cœlo.Tenendũ eſt ergo,hãc applicationẽ fieri.3.mo do,qm̃ ad hunc modum nullum ſequitur inconueniens, & eſt conuenientior in uia phĩ,qui nõ cõcedit intelligẽtiã copulari ſuo orbi mœre uolũtarię,ſed quaſi naturaliter,eo ꝙ arbitratur perfectionem eius pendere ex motu,ut ſupra declarauimus,& ideo ſic debent copulari cœlo,quòd poſ ſint continuare & perpetuare motum.Non poſsẽt autem, ſi ſm̃ ſubſtãm ſuam mouerentur per accidens, ut patet in 8.phy.tex.52.ergo non applicant ſe uni parti præciſę,quã

nunquam deſerant, ſed a lijs & alijs ſucceſſiuæ exiſtentes extra cœlum quãtum ad ſitum, qm̃ cum ſint incorporeę, non determinantur ſitu, tangentes tamen actu uirtuali cęli partes, ſucceſſiuæ, & à parte orientali tm̃ incipit eaꝝ tactus, & influxus, & motus, ut patet in 8. phy. tex. 84. Sic nunc occurrit dicendum. Verum tamen hanc materiam iudico per difficilem, qm̃ multum elongatur à ſenſatis.

Nunc ſupereſt ſoluere argumenta, quorundam negantium intelligẽtiam imprimere uirtutem in cœlo, ſcd̃m eſſe tranſiens. & arguunt primo ſic, ſi illa uirtus imprimitur in cœlo per modum tranſeuntis, ergo uidetur in cœlo habere ſolum eſſe intentionale. Sed hoc eſt falſum, qm̃ non eſſet qualitas actiua in cœlo. Intentiones. n. cũ ſint entia rationęs non ſunt principia agendi.

Ad hoc dr̃, ꝙ intentionale ſumi poteſt tribus modis. Primo ut eſt ens rõnis, ſicut intentio gñis & ſpẽi, & hoc modo illa qualitas nõ eſt intentionalis. Scd̃o pro ſpẽ cauſata ab obiecto, ut ſpẽs coloris recepta in medio, & in oculo, & dr̃ intentio, qa nõ denominat, nec hẽt eſſe nãle in eo in quo recipitur. Nec hoc modo qualitas illa impſſa ab intelligentia in cœlo intẽtionalis, qm̃ ſm̃ ſuũ eſſe reale, ꝓut ſibi cõpetit, recipitur in cœlo, & nõ eſt inconueniens, ꝙ denominet cœlũ, ſaltẽ eo modo quo, rubor ex uerecũdia denominat; ſuƀm licet denominationẽ ſicut & qualitatem nõ apphendamus, niſi in ꝯfuſo. Tertio, oĩs forma recepta per modũ tranſeuntis põt dici intentio, ad dr̃iam formæ receptæ ꝑ modũ permanentis, ut uirtus impreſſa lapidi à ꝓijciente, quæ nõ permanet in lapide, niſi quandiu eſt in motu, dr̃ intentio & hoc ꝫ. modo illa qualitas põt dici intentio, & ad argm̃ nego quin poſſit eſſe qualitas actiua, ꝓbatio autem procedit de intentione primo modo.

Secundo ſic, ſi eſt qualitas actiua, ergo habet contrarium, qm̃ actiua reſpicit paſſiuam, ut ſibi oppoſitam, ſed in cœlo non ſunt qualitates contrarię ex. 1. cœli ergo &c.

Ad hoc dr̃ nõ eſſe ueꝝ ulr̃, ꝙ qualitas actiua habeat cõtrariã, ſed tm̃ uerificatur in qualitatib⁹ elementaribus, quę

ſunt principia alterationum,concedo tñ,ꝙ ut actiua reſpi cit paſſiuum ſubm receptiuum. & ſic dico, ꝙ hæc qualiſtas reſpicit cœlum ut receptiuum ſui, & motus cauſati ab intelligentia,mediante hac qualitate impreſſa.

Tertio ſic,ſi datur talis qualitas,ergo continetur in aliquo genere qualitatis,quod non poteſt aſſignari, nam cõſtat ꝙ non eſt in 4.gñe,cum non ſit forma,aut figura, circa quantitatem,nec eſt in 3.gñe,qm̃ non eſt paſſio nec paſſibilis qualitas,nam in 3.gñe non ponuntur niſi qualitates ſubiectæ ſenſui,aut quæ inferũt paſſionem ſenſui. Nec in 2.qm̃ nãlis potentia eſt inſeparabilis, hæc aũt cum ſm te recipiatur p modum tranſeuntis,ſeparabilis eſt. Nec in primo gñe,qm̃ in eo uñr poni ſolũ qualitates, q̃ ſunt pnci pia actionum immanentium,ut in pntis exẽplificat pħs.

Ad hoc dr̃ ꝙ eſt in primo gñe,& ꝯtinetur ſub diſpõne, qm̃ per eam diſponitur & actuatur cœlum ad agendum p motũ in hæc inferiora. Ad pbõnem nego, ꝙ in eo ponantur tm̃ qualitates,q̃ ſunt principia actionum immanẽtium, imo dico, ꝙ oĩs qualitas ut diſponens ſuum ſubm ad agendum ſiue actione imanente,ſiue tranſeunte,ut ſic põt dici diſpõ. Vnde pħs in pnto qualitatis exempl ficat in primo genere de calore & ſanitate,ex quo ſeqtur,ꝙ nõ inconuenit eandem qualitatem ſub diuerſa rõne poni in primo & in 3.gñe, ſicut calor ut eſt diſponens & actuans ſubm ad calefaciendũ eſt in 1. gñe, ut aũt infert paſſionẽ ſenſui eſt in 3.gñe. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ.23.Si eſt neceſſe ponere eccentricos & epiciclos.

Eudoxus qdem igitur ſolẽ & lunã. Tex.45.

IN hac .q. aduerte, ꝙ difficultas cadit ex hoc, qa ſenſu dephendimus planetas, motus ſub zodiaco aliqñ eſſe ueloci ores, aliqñ tardiores, & uñr declinare aliqñ ad ſeptentrionem,aliqñ ad meridiem,& uñr aliqñ diſtantiores à terra,aliqñ proximiores,& qm̃ hmõi irregularitates uñr non poſſe ſtare cum motu uniformi, quia attribuitur cœlo,ideo aſtronomi laborauerunt in aſſignandis cauſis harum irregularitatum,& tandem moderni & Hyparcus

& Ptolomæus determinarunt hmōi,difficultatem expoſi tione eccentrici & epicicli. Vt igr̃ de hoc habeatur aliqua lis reſolō,ſic ꝓcedendum eſt. Primo declarabitur quid ſit eccentricus & epiciclus. Secundo quid circa hoc ſenſerit b.Tho.& Cōment.Tertio determinabitur quæſitum ſm mentem Ptolomæi.Quarto ſoluentur ꝓcipuę rōnes quæ ſolent induci à deſtruentibus eccentricos & epiciclos.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ apud aſtronomum circulus eccentricus notificatur per concentricum ſuum oppoſitum,ſicut obliquum notificatur per rectum,eſt autem concentricus circulus,qui diuidens cœlum & terram in duas partes æquales, habet centrum ſuum cum centro terræ.eccentricus autem eſt,qui licet diuidat terrā in duas partes, tamen habet centrum ſuum extra centrum terræ, epiciclus eſt circulus paruus in circunferentia differentis, per cuius circunferentiam defertur corpus planete, & centrum epicicli ſemper defertur in circunferentia deferentis. Hæc quidem iam tibi nota ſunt,ut principia, in ultimo capite in tractatu de ſphæra,ideo uide per te ipſum.

Quantum ad ſecundū quo ad b.Tho.aduerte, ꝙ in 2. cœli lect. 17. recitat opinionem de concentricis, quæ fuit Calipi & Eudoxi.& opinionē de eccentricis,quæ prius ur̃ fuiſſe Pythagoræ,nunc aūt eſt cōiter modernoꝝ, ſed illic neutram reprobat,ideo ur̃ purus medius,in li.aūt 12. metaph. lect.7. ſuper tex.46.ur̃ tenere contra modernos. & arguit,ut uidere poteris,ꝙ tenere eccentricos & epiciclos, contradicit his,quæ ſunt demonſtrata per pħm in ſciētia nāli.& maxime in lib.de cœlo. Nō.n.oīs motus nālis erit à medio,uel ad medium,uel circa medium,&c.ut declarabitur,qn̄ formabimus rationes Comment. contra Ptolomæum, nam uirtualiter rationes b. Tho.contra modernos ſunt etiam rationes Commen.

Quantū ad Cōmen.patet mens ſua in 12.lib. metaph. cōm.45.ubi intendens impugnare Ptolomæum,antequā incipiat arguere ꝯtra eum,ſinquit.Eccentricum.n.& epiciclum dicere eſt extra nām. Epiciclus autem impoſē eſt,ut

ſit omnino. Deinde incipit arguere, ut apparebit in parte ultima quæſtionis.

Quantum ad tertium, intendo determinare quæſitum ſm uiam Ptolomæi, qm̄ per ipſum rōnabilius ſaluantur apparentes irregulariter ſupra nominate. Nec in hoc reprobamus directe Ariſ. qm̄ ut patet in 12. metaph. in tex. 45. non loquitur de his. ſm propriam perſcrutatione, ſed remittit ſe ad mathematicos. & dicit illam ſectam ſequendam, quæ rationabilius loquitur, unde inquit, illa uero pſuaderi à quærentibus, ſi quid uideatur præter modo dicta. Amare quidem utroſq;, perſuaderi uero à certiorib⁹. Si igitur declarabimus opinionem Ptolomæi eſſe rationabiliorem, non erimus contra mentem pħi. Quòd aũt ipſæ recitat opinionem Calipi & Eudoxi, & iuxta eam aſſignat numerum intelligentiarum ideo fuit, qm̄ tpe ſuo nũdum celebrata & firmata fuerat opinio de eccentricis. Intēdens igitur determinare quæſitum iuxta uiam Ptolomæi, probo duplici ratione dari eccentricos & epiciclos.

Prima ratio ſumitur à Ptolomæo in 5. dictione almageſti. c. 14. ſi non dantur eccentrici, ergo planete ſemper apparebunt æque diſtantes à terra, & eorum diametri uiſibiles ſemper erunt eiuſdē quantitatis, ſed hoc eſt falſum, qm̄ ad ſenſum deprehēditur planeta qñq; remotior, qñq; propinquior terræ, & hoc communiter conceditur. Conſequentia autem probatur, quoniam omnes circuli concentrici ex quo non habent centrum extra centrum terrę, ſm omnes partes æque diſtant à terra, ergo ſi differens corp⁹ planete eſt concentricus, erit planeta ſemper æque diſtans & æque propinquans terræ. Vt ergo ſeruemus maiorem & minorem diſtantiam à terra in ſtellis erraticis, & præcipuæ in ſole, & luna, ponendi ſunt eccentrici.

Secunda ratio ſumitur à Ptolomæo in dictione tertia almageſti. c. 3. Planete & omne corpus cœleſte regulariter mouentur, ut ꝓbatũ eſt in 8. phyſ. Tunc ſic. Deꝓhenditur ꝙ Sol in medietate zodiaci ab ariete ad finem uirginis longiori tempore moratur, ꝗ̃ in alia medietate, à prin

cipio libre ad finem piſcium, ergo in prima medietate zodiaci, maior portio de ſuo orbe intercipitur, q̃ in reliqua medietate, ergo linea ſecans zodiacum in duas medietates, ex conſequenti tranſiens per centrum mundi, ſecabit circulum ſolis differentem in partes inæquales, quare centrum differentis ſolis de neceſſitate eſt aliud à centro mũdi, & ſic differens ſolis eſt eccentricus.

Quantum ad quartũ aduerte, ꝙ p̃cipuę rõnes deſtruentium eccentricos, & maxime Comment. ſunt quinq;.

Prima ſi datur eccentricus, cœlum non mouetur ſolũ circa medium, ſed à medio ad medium, quod eſt contra pħm .1. cœli tex. 5. probatur ꝯñtia: qm̃ eccentricus ẜm unam partem magis recedit à centro mundi, ergo planeta pro illa parte mouetur à medio, & ẜm aliam partem minus recedit, imo propinquat centro mundi, ergo pro illa parte planeta mouetur ad medium.

Ad hoc dr̃ ꝙ non eſt cõtra pħm, ponere cœlum moueri à medio ad medium, dũmodo totum moueatur circa medium, & ratione eccentrici non moueatur à medio ad medium per lineam rectam, hoc.n.eſt proprium corpori graui & leui, qñ autem mouetur per eccentricum differentem per eleuationem & depreſſionem reſpectu centri mũdi, non mouetur per lineam rectam, ſed circularem, ideo non eſt contra intentionem Ariſt.

Secunda ſi datur eccentricus, cœlum non eſt perfecte ſphæricum, quod eſt cõtra pħm in primo cœli tex.32. cõſequentia patet, qm̃ eccentricus ẜm unam partem eſt magis groſſus, ſiue magis ſpiſſus, & ẜm aliam eſt minus, ergo eccentricus non eſt perfecte ſphæricus.

Ad hoc dr̃, ꝙ perfecta ſphęricitas ſumitur ex equa diſtãtia centri à tota circũferentia, & qm̃ talis diſtantia ſeruatur in eccẽtrico, reſpectu proprij centri, ideo ut ſic eſt ꝑfecte ſphæricus, ꝙ aũt non ſit equæ groſſus per totum, non derogat perfecte ſphæricitati, unde negatur ultima ꝯñtia.

Tertia ſi datur eccentricus, datur uacuum aut corpoꝝ penetratio, qđ eſt ꝯtra pħm in 4.phy. Cõſequẽtia ꝓbatur.

Cum

Cum in eccentrico ſit pars groſſa,& pars tenuis, ſequitur ꝙ qñ pars groſſa peruenerit ſuo motu ad locum partis te-nuis,aut ſubintrabit ſphæram circũdantẽ, aut locꝰ in quo erat pars tenuis,non replebatur ab ea.& ſic iuxta primum dabitur corpoꝝ penetratio,& iuxta ſcd̃m dabitur uacuũ.

Ad hoc dr̃,ꝙ ſupponit falſum, imaginatur.n.ꝙ pars groſſa pciſe hẽat occupare locũ partis ſubtilis, & ps ſubtilis pciſe hẽat occupare locũ partis groſſæ,ſi.n.ſic eſſet,pfecto ſequerẽtur incõueniẽtia dicta. Sed nõ ſic eſt,imo pars groſſa ſupmi ita mouetur ꝓportionalr̃,ꝙnunq̃ ſeparatur à parte ſubtili infimi,& ps groſſa infimi nunq̃ ſeparatur à ſubtili ſupmi,& ideo nõ ſequũtur dicta inconuenientia.

Quarta idẽ eſt locus totius & partis ex 4.phy.Sed centrũ mundi eſt locus totius cœli,qm̃ ex 4.phy.non locatur niſi ꝑ centrũ,cum extra cœlum totum.i.ultimam ſphærã non ſit corpus circundans,ergo centrum mundi eſt locus eccentrici,qui eſt pars cœli.Sed repugnat centrũ eccentrici eſſe centrum mundi,ergo repugnat dari eccentricum.

Ad hoc dr̃,ꝙ in uia nr̃a hæc rõ nullam hẽt apparentiã nam b.Tho.negaret minorem,& nos in 4.phy.determinauimus ꝯtra Cõment. de locatione ultimæ ſphæræ, ubi ſuſtinemus,ꝙ eſt in loco non ꝑ centrum,ſed per partes.

Quinta,ſi datur eccẽtricus,datur alia terra.ex ꝯñti alius mũdus.qđ repugnat pħo in 1.cœli tex.76.& in 12.meta. tex.49.Cõſequẽtia ſic deducitur. Oĩs ſphæra cœleſtis ꝟtitur circa centrũ.q̃ro,aut uertitur circa centrum mũdi, qđ eſt centrum huius terræ nr̃æ,aut circa aliud centrum, nõ primo,qa repugnat eccentrico hr̃e centrũ cũ centro mundi,tunc.n.eccentricũ eſſet concentricum,qđ implicat. ergo ſcd̃o.Sed nõ datur aliud centrum, niſi detur alia terra circũdans centrũ,circa qđ girat ſphæra cœleſtis eccẽtrica.

Ad hoc negatur ꝯñtia,ad ꝓbõnem ꝯceditur,qđ oĩs ſphęra cœleſtis uertitur circa cẽtrum, concentrica quidẽ circa centrum mũdi,eccentrica aũt circa aliud centrũ,non qđ ſit alterius terræ,ſed ſignabile in terra nr̃a. reſpectu cuius una pars eccẽtrici magis diſtat à circũferẽtia terræ,alia ps

magis propinquat.reſpectu autem concentrici ſeruatur ꝑ totum ęqua diſtantia,&cum arguitur,ꝙ non datur aliud centrum,niſi detur alia terra,hæc neganda eſt. Iſtæ ſunt præcipuę rationes deſtruentium eccentricos.

Et tu aduerte,ꝙ hæc qõ reqrit hoiem eruditũ in theorica planetaꝝ,aľr non intelliget ſenſum Calipi, nec Eudoxi nec Cõm.nec Ptolomæi. Hæc de præſenti q̃ſito dicta ſint.

Q õ. 24. Si in ſeparatis poſſunt eſſe plura indiuidua ſub eadem ſpecie.

Quæcunque uero ſunt numero multa, habent materiam text.49. Vbi inquit Comment. & iam declaratum eſt,ꝙ principium cœli non habet materiam.

IN hac.q.duo pertractãda ſunt. Primo ſi in abſtractis de mente p̃hi poteſt ſaluari pluralitas indiuiduorum eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. Secundo poſito ꝙ non, inueſtigandum eſt, cum intelligentiæ ſint quædam indiuidua,eo ꝙ mouent & operantur,& intelligunt, tales aũt actiones ſunt ſingularium, q̃m ex doctrina p̃hi, actiones ſunt ſuppoſitorum,ex procemio primi metaphy.per quid indiuiduantur,ex quo non habent materiam in qua, nec ex qua,nec quantitatem,cum ſint extra magnitudinem.

Quantum ad primum aduerte ꝙ eſt antiqua diſcrepantia in hoc inter b.Tho.& Sco.&q̃m hoc dubium uentilatum eſt apud theologum in 2.ſen.di.3. ne confundantur ſcientiæ,intendo hic procedere puræ metaph. & ex principijs p̃hi.Sic ergo procedetur.Primo ponetur concluſio negatiua,& probabitur defendendo contra Scot. Secundo ſoluentur præcipua argumenta tenentium partem affirmatiuam.Tertio incidenter declarabitur ſi b. Tho.in aliquo ſenſu concederet partem affirmatiuam.

Concluſio ſit hæc, ẽm principia p̃hi non pñt eſſe plura diſtincta ſolo numero ſub eadẽ ſpẽ in entibus abſtractis. Hanc ſic manifeſto ad mentẽ p̃hi. Nã in lib.12.in tex.49. intendens ꝓbare, ꝙ eſt tm̃ unũ cœlũ .i. unus mundus ſic arguit,ſi plures ſunt mundi,quilibet habet ſuum primum

principium.i.primum motorem,ſed non poſſunt eſſe plures primi motores,quoniam eſſent ſpẽ unum & diſtincti numero,ſed hoc eſt impoſſibile,quoniam quę ſunt numero multa,& unum ſpẽ,habent materiam. Sed primus motor non habet materiam,eſt.n.endelechia, ergo non pñt eſſe plures primi motores. Hæc eſt ratio pħi, ex qua ſequitur,ꝙ cum in entibus abſtractis non ſit materia, non pñt eſſe plura numero in eadem ſpecie.

Hanc rõnem conatur Ant.And.in 5.metaph.q.5.ſoluere per diſtinctionem materiæ, cuius imaginationem adduximus in 5.lib. in.q.14. & illic uidebis clare, ꝙ credit principium diſtinctionis numeralis ſub eadem ſpẽ,non eſſe mãm partem compoſiti, ſed dr̃iam indiuidualem, quã uocat mãm totius,& dicit,ꝙ pħs de hac mã intendit in 5. metaph.tex.12. cum dicit,unum numero ſunt, quorũ eſt mã una,& in lib.12.in tex.49.cum dicit quæcũq; ſunt numero multa, hñt mãm, & qm̃ primus motor non habet mãm.i.talem dr̃iam indiuidualẽ. ideo ꝯcludit non poſſe eſſe plures primos motores, & q̃a intelligentiæ cũ nõ ſint entitatis,nec perfectionis infinitæ,ſunt in gñe & in ſpecie, hñt ſuas dr̃ias indiuiduales quas pħs uocat mãm,ideo nõ inconuenit intelligentias plures eſſe eiuſdem ſpeciei.

Hæc eſt ſolutio Ant.And.ſed ꝙ pħs intendat de materia quæ eſt pars compoſiti,& non alio modo,iam declaratum inuenies in lib.5.in.q.14.uide tu illic,ne idem inutiliter replicemus.

Tu tñ aduerte,ꝙ Sco.ĩ 2.di.3.q.8.ad ꝑmũ,ꝯſiderãs pħm ĩ hoc li.12.ĩ tex.49.nõ poſſe interp̃tari,niſi de mã,q̃ eſt ꝑs cõpoſiti,tãdem negat pħm,et dicit ip̃m nõ tenẽdũ à theologo,nec à uero pħo,& ſic inq̃t. Rõnabilius eſt ergo theologo diſcordãti à pħo ĩ ꝑnc.ꝑꝑ qđ tenet aliq̃ ꝯclõnẽ, ꝯñr diſcordare ĩ ꝯclõne,q̃ errare cũ eo. Hæc illæ. Quia ergo nõ acceptat ꝑncipiũ pħi ad hãc ꝯclõnẽ. Qđ ẽ hoc. Quæcũq; ſunt plura numero,hñt mãm, ĩõ metaph. loquẽdo nõ eſt diſputandũ cũ eo, ſed relinquẽdus eſt à ꝑipateticis ĩ hoc.

Alias rationes adducunt Thomiſt, ad hanc concluſio-

nem & præcipuę Paul. Sonc. in lib. 12. q. 51. quas uidere poteris, ego autem extimo, ꝙ ſtando præciſe in principijs Ariſt. ſi ratio quam adduximus non concludit, aliæ non concludunt. ideo nolo multiplicare rationes.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ tenentes partem affirmatiuam multipliciter arguunt. Sed eorum fortiora argumenta ſunt quattuor.

Primo omnis quidditas quãtum ſit ex ſe eſt cõicabilis, quidditas intelligentiæ, ſiue quidditas abſtracta eſt quidditas, ergo eſt cõicabilis, tũc ultra uel eſt cõicabilis in plura ſuppoſita tm̃, ſtante identitate quidditatis, uel in plura numero, cum diſtinctione quidditatis, non primo, quia hoc eſt proprium q̄dditatis infinitæ ſ᷑m theologum, ergo 2. modo, ergo quidditas abſtracta põt multiplicari numeraliter, ſtante identitate ſpecifica. Minor q̄dẽ nota eſt. Maior aũt ſic ꝓbatur, ſi quidditati ut quidditas eſt repugnat cõicari, uel hoc eſt rõne pfectionis, uel rõne impfectionis, non primo, q̄a q̄dditas infinita q̃ eſt quidditas diuina cũ ſit pfectiſſima non eſſet cõicabilis, non ſecundo, q̄a q̄dditas reꝝ gñabilium cum ſit impfecta; non eſſet cõicabilis.

Ad hoc dr̃, ꝙ ſtando in terminis metaph. maior eſt falſa accepta in ſenſu metaphyſico, qui eſt, ꝙ ois quidditas uł'is ſiue ſpecifica ſit cõicabilis pluribus diſtinctis numero, ſiue pluribus indiuiduis, in q̃ diuiditur illa nã ſpecifica ita ꝙ multiplicatur realiter in ſuis indiuiduis. Ad ꝓbõnẽ dico, ꝙ ſi aliqua nã ſpecifica eſt incõicabilis in plura indiuidua, eſt ꝑꝑ perfectionem ſuam, & quia caret princ. quo multiplicantur indiuidua. i. mã, & cum arguitur de q̄ddi tate infinita, dico ꝙ illa cõicabilitas non eſt in plura indiuidua, & de ea ſola hic intendimus. Pręterea metaphyſic' negaret cõicabilitatem quidditatis diuinæ in plura ſuppoſita. Præterea, negaret quidditatẽ diuinã eſſe nãm uł'em ſiue ſpecificã, unde patet, ꝙ dicta rõ apud metaphyſicũ nõ ſolum non concludit, ſed nec paruam habet apparẽtiam.

Secundo ſic, ſi non poſſunt eſſe plures intelligentiæ in eadem ſpẽ, hoc eſt, q̄a cum intelligentia ſit forma. i. actus:

neceſſe eſt ꝙ inter eas ſit diſtinctio formalis, quę eſt diſtinctio ſpecifica. Sed hęc rõ non ualet, qa non ois diſtinctio inter duas formas eſt formalis, ſed ſufficit, ꝙ ſit formalis uel forma℞, & quidẽ licet qñ eſt formalis ſit ſpecifica, non tñ qñ eſt forma℞. uñ inter albedinem niuis, & albedinem parietis, eſt diſtõ forma℞, ſed nõ formalis, ideo non diſtinguuntur ſpẽ, ſic in propoſito, duę intelligentię eiuſdẽ ſpẽi diſtinguerentur diſtinctione formarum, ſed nõ formali.

Ad hoc dr̃, ꝙ illa eſt ratio, & in abſtractis non datur diſtinctio formarum, niſi ſit formalis, & in materialibus nõ datur diſtinctio formarum ſine diſtinctione formali, niſi ratione materiæ, aut ſubi, aut quantitatis, & quia in abſtractis non datur aliquod iſtorum, ideo quæcunque diſtinctio eſt in eis, eſt formalis, ex conſequenti ſpecifica.

Tertio ſic. Quod poteſt intelligi ſub ratione uľi, eſt plurificabile in plura. Sed omnis natura ſpecifica ſiue abſtracta ſiue materialis eſt intelligibilis ſub ratione uniuerſali, ergo &c. Maior patet, quia de ratione naturę ſpecifice non eſt ſingularitas, alias ſpecies non eſſet ſpecies, ſed ſingulare uel idiuiduum. Maior autem probatur ex rationes uniuerſalis, nã uľe eſt, qđ põt eſſe in multis & dici de multis.

Ad hoc dr̃, ꝙ maior non eſt uera, qñ intelligitur ſub rõne uľi ſolũ ex parte nr̃i intellectus. & nõ ex ſe, & ad minorem dico, ꝙ non eſt uera de natura ſpecifica abſtracta, niſi reſpectu intellectus nr̃i, qui intelligit abſtracta modo materialium. Nã nã intelligentiæ A, intelligitur ab intelligẽtia B, intelligitur ut de ſe hæc, & non ſub rõne uľi. Ad ꝓbationem minoris dico, ꝙ licet de rõne ſpẽi ut ſpẽs eſt, nõ ſit ſingularitas, tñ non inconuenit, ꝙ aliq̃ nãm ſpecificãm qualis eſt nãi abſtracta cõſequatur ex ſe ſingularitas, ita ꝙ ex ſe ſit hæc, qa caret principio intrinſeco multiplicatiuo.

Quarto porphyrius diffiniuit ſpeciẽ per eſſe ꝑbilem de multis, ergo plurificabilis eſt in multa. Cum igitur diffinitio ꝯueniat omni diffinito, uerificabitur etiã in ſeparatis.

Ad hoc dico, ut Herue. in. 2. diſt. 3. q. 2. ad primũ, ꝙ diffinitio Porphyrij non datur de ſpẽ abſolutæ, ut ſe extendit

ad ſeparata & ſenſibilia,ſed ut eſt in ſenſibilibus,q̃ ſunt no bis magis nota,qm̃ in illis inuenimus ꝑncipiũ materiale, quo põt multiplicari indiuidua ſtante unitate ſpecifica.

Quantum ad tertium.ſ.utrum b.Tho. cõcederet in ali quo ſenſu partem affir. Reſpondetur,ꝙ non, ſtando præciſę in doctrina Ariſt.loquendo autem abſolutæ,et ſm ue ritatem,dico ꝙ non concederet partem affirma. ſtãte hoc ordine,quem nũc uidemus in rebus, ex quo agnoſcimus princ. plurificandi indiuidua ſub eadem ſpecie,eſſe mate riam,uel ſubiectum receptiuum, uerum quia ſm ueritatẽ licet id negaret Ariſt.poſſet Deus aliũ ordinem ſtatuere in rebus,ideo dico,ꝙ non implicat ꝯtradictionem,abſtracta multiplicari in eadem ſpẽ,& ſi tu inueneris b.Tho. dicen tẽ,ꝙ non eſt hoc poſſe, nec à Deo factibili, intelliges non abſolutę,ſed ſtãte hoc ordine uniuerſi,ita ꝙ apud ipm nõ implicat ꝯtradictionem. Patet aũt hanc fuiſſe mentẽ ſuã in trac.de unitate intell's ꝯtra Auer.nã formant Auer.talẽ rõnem.Oẽ qđ multiplicatur ſub eadem ſpẽ eſt materiale, ſed intell's ſm Ariſt.nõ eſt mãlis,ſed ſeparatus ex.3.de aia ergo non põt multiplicari,ergo eſt unus oium hoium,& dñt ꝙ Deus non põt facere diſtinctos intell's eiuſdem ſpẽi in diſtinctis hoibus,qa implicat ꝯtradictionem, nam hr̃e mãm qua multiplicẽtur intell's, & eos eſſe formas ſepara tas implicat ꝯtradictionẽ. Huic aũt rõni rñdens b.Tho. inqt,ualde ruditer argumentantur,ad oſtendendũ Deum nõ poſſe multiplicare intell's eiuſdẽ ſpẽi, credẽtes id impli care ꝯtradictionẽ.Dato.n.ꝙ nõ eſſet de nã intell's,ꝙ mul tiplicaretur, nõ ꝑꝑ hoc oporteret ꝙ intellm̃ multiplicari implicaret ꝯtradictionẽ,nihil.n. ꝓhibet aliqd non hr̃e in ſua nã cãm alicuius.qđ tñ hẽt illud ex alia cã, nũc graue nõ hẽt ex ſua nã,ꝙ ſit ſurſum,tñ graue eſſe ſurſum nõ im plicat ꝯtradictionẽ,ſic ergo ſi intell's nãlr eſſet unus oim, qa non hr̃et cauſam nãlem ſuæ multiplicatioñis,poſſet tñ ſortiri multiplicationẽ ex ſupnaturali cã,nec eſſet implica tio ꝯtradictionis. Hæc b.Tho.ex quibus patet, ꝙ nõ repu tat cõtradictionẽ,ſeparata à materia poſſe multiplicari in

eadem ſpecie,& qñ tenet partem negatiuam,intendit im﹗ poſſibilitatem ex defectu cauſæ nãlis tm̃,quę eſt materia.

Quantum ad ſecundam partem quæſiti, procedendo uia Thom.quæ negat hechęitates,& ponit principium in diuiduationis materiam,& quantitatem, modo quo de﹗ terminauimus in lib.7. conſtat ꝙ intelligentiæ quę ſunt immateriales & extra omnem magnitudinem,non indi﹗ uiduantur ꝑ materiam,nec per quantitatē, inueſtigandũ eſt ergo,ꝑ quid indiuiduãtur.Pro cuius notitia dico tria.

Primo dico,ꝙ quantum ad nr̃m modum intelligendi, quo intelligimus ſimplicia & abſtracta potius negatiuæ q̃ affirmatiuæ, ſicut patet de puncto,quem appræhendi﹗ mus negatione partis. & de unitate quam appræhendi﹗ mus negatione diuiſionis,non pp quam intelligentia eſt indiuidua,eſt duplex,negatio.ſ.nõ eſſe diuiſam in ſeipſa, nec multiplicabilē ſm ſeipſam,ut dixímus in prima parte huius q̃ſiti,& eſſe diuiſam à qualibet alia,in hoc aũt ꝙ di co diuiſam includitur negatio. Qđ.n.eſt diuiſum ab ali﹗ quo,non eſt illud,& ꝙ hæc ſit ratio indiuiduãdi ſm nr̃m modũ intelligendi, ꝓbatur ſic,eodem ſm nr̃m intellectũ eſt aliquid unum numero et indiuiduũ,qm̃ eſſe idem nu﹗ mero,& eſſe indiuiduum conuertuntur in gñe ſubæ, ſed duplici negatione appræhenditur aliquid eſſe unũ nume ro.ſ.ꝑ eſſe indiuiſum in ſe,& diuiſum ab alio,ergo dupli﹗ ci negatione apꝓhendimus intelligentiã eſſe indiuiduã.

Scđo dico,ꝙ hęc duplex negatio non põt eſſe prima ra tio indiuiduationis in intelligentia ex parte rei, ꝓbatur. Pura negatio nõ põt eſſe primũ diſtinctiuũ inter duo po ſitiua,licet.n.poſſit eſſe primũ diſtinctiuũ inter duo nega tiua,ut inter duas priuationes uel inter negatiuũ & poſiti uũ,ut inter priuationē & habitũ,non tñ inter poſitiuũ & poſitiuũ, immo negatio qua negatur unũ poſitiuum ab alio,oportet fundari ſuꝑ aliquod poſitiuũ, ꝑ quod diſtin guitur ab alio poſitiuo,ut iõ ſortes nõ eſt lapis,qa eſt hõ. & qđ dico de diſtinctiuo intellige de ꝓncipio ꝯſtitutiuo, eodē.n.res ꝯſtituitur & ab alio diſtinguitur,ergo pura

negatio non poteſt eſſe primum conſtitutiuum & diſtinctiuum indiuiduale unius intelligentiæ ab alia.

Tertio dico ꝙ prima ratio indiuiduationis conuenit intelligentiæ ex ſeipſa,ita ꝙ per ſeipſam & non per aliqđ contrahens eſt hæc.Hanc ſententiam eſſe de mēte b.Tho. manifeſtabitur,deinde ratione probabitur.

Quod ſit de mente b.Tho. patet ſic,nam in 1.par.q.3. art.3.ſic ait. In his igitur quæ non ſunt compoſita ex materia & forma, in quibus indiuiduatio non eſt per materiam hanc indiuidualem,ſed ipſæ formę per ſe indiuiduātur,oportet ꝙ ipſæ formę ſint ſuppoſita ſubſiſtentia.Item in q.13.ar.9. ſic inquit,formæ quæ non indiuiduantur ꝑ aliud ſuppoſitum,ſed per ſeipſas,quia.ſ.ſunt formæ ſubſiſtentes.i.non in alio receptæ,ſi intelligerentur ſm ꝙ ſunt in ſeipſis,non poſſent cōmunicari,nec re nec rōnem.Item in 2.ſen.di.3.q.1.ar.2.ſic dicit,incōmunicabilitas quę eſt idem cum indiuiduatione eſt in homine, ex hoc ꝙ natura ſua eſt recepta in fundamento materiæ, & per materiā determinatur,ſed in intelligentia ex ſe uel in ſe determinata eſt ex hoc,ꝙ ī aliquo ſicut forma determinabilis recipi non pōt,& ex hoc ipſo ſatis incōicabilis eſt. Hæc b.Tho.

Rōne aūt ab aliquibus probatur ſic,intelligentia eo eſt formaľr incōicabilis & indiuidua, quo eſt formaľr immaterialis & incorporea,ſed ſeipſa eſt immālis &incorporea, qa eſſe immāle et incorporeum inconueniunt ei in primo modo,deinde ꝑ ſe,ergo eſt ſeipſa incōicabilis et īdiuidua.

Sed aduerte,ꝙ hęc ratio non ꝯcludit,niſi ſuſtinueris ut nos in quinto determinauimus,ꝙ principia indiuidualia apud metaphyſ.eſt ſola materia & quantitas, & non hechæitas,nā Scotus negaret maiorem huius rōnis,dicēs ꝗ intelligentia ex alio eſt incorporea,qa.ſ.eſt extra oēm magnitudinē,&ex alio eſt immaterialis,qa.ſ.non cōponitur ex mā & forma,& ex alio eſt indiuidua,quia.ſ.hēt in ſe talem drīam indiuidualem,quam dn̄t Scotiſtæ hechęitatē.

Probatur igr̄ propoſitum,rōne ſumpta ex Ariſt.in 8.li. metaph.tex.16. & arguitur ſic, ex eo intelligentia eſt in

diuidua,quo eſt ens aliquod,& unum aliquod,ſed ſtatim ſe ipſa nullo alio expectato eſt ens aliquod, & unum aliquod,ergo ſe ipſa & nullo alio expectato eſt indiuidua, maior patet,qm̄ eſſe indiuiduum,& eſſe, ens aliquod, & unum aliquod.i.ſignatum idē ſunt, minor aūt eſt p̄hi in 8.meta.tex.16. ubi ponens dr̄iam inter materialia & immaterialia qūo fiant unum,dicit. Quęcunq; nō h̄nt mām nec intellectualem nec ſenſibilem, ſtatim qdem unum aliquid eſt unumquodq;(& paucis interpoſitis inquit). Quapropter nō eſt aliqua cauſa alia,unum eſſendi ulli eorum, neque eſſendi ens aliquid, ſtatim.n.unumquodq; ens aliquid & unū aliquid. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio 25. ſi Deus de mente philoſophi intelligit tantum ſeipſum, an aliquid extra,& quid in hoc ſentiat Comment.

Amplius aūt ſiue intellectus ſit ſua ſubſtantia, ſiue intelligentia,quid intelligit,aut.n.ſeipſum, aut alterum aliquid. Text. 51.

IN hac.q.aduerte,q̄ Gregorius tenet unam uiam extremam,& b.Tho.aliam circa mentem philoſophi,& ſil̄r circa mentem Cōment.b.Tho. attribuit ſibi unum & Io.Bach.aliud,& qm̄ intendo ſuſtinere b.Tho. quantum ad ſenſum,quem attribuit philoſopho, & quem attribuit Cōment.ideo ſic ꝓcedemus.Primo ponitur opinio Greg. Secundo opinio b.Tho.Tertio opinio Io.bach.pro ſenſu Cōment.Quarto opinio b.Tho.& ſuſtentabitur.

Quantum ad opinionem Greg.circa ſenſum p̄hi aduerte, q̄ in primo ſent.diſt.35.& 36.q.1.art.1. in principio ponit tres concluſiones,quas dicit eſſe de mente p̄hi. Quarum tertia eſt talis. Deus nihil extra ſe intelligit omnino, & nulla facta diſtinctione neque primariæ neque ſecundarię,probat eam ſex rationibus ſumptis ex tex.p̄hi,quas per te ipſum uidere poteris. Deinde infra in eodem loco, probans oppoſitum contra p̄m deducit ipſum ad ꝯtradictionem, adducens eius dictum in lib. de bona fortuna, ubi p̄hs attribuit Deo notitiam eius, q̄ eſt & quod fuit.

poſtremo ſoluit oẽs rõnes quas formauerat ex dictis pħi

Verum quia non decet ita uiliter ſentire de pħo, ꝙ in hac nobili quęſtione ita turpiter ſibi ipſi contradicat, ideo ſequẽdam puto uiam b. Tho. in hoc. Tu igitur aduerte, ꝙ in hoc li. 12. in expoſitione tex. 52. Ibi, conſiderandum eſt autem ꝙ pħs intendit, &c. b. Tho. interpretatur mentẽ pħi cũ tali diſtinctione. Aliquid poteſt intelligi dupłr. Primo in ſe ipſo. i. per propriam ſpẽm, uel per propriam ſuam eſſentiã. Sicut qñ intelligo lapidem per ꝓpriam ſpẽm lapidis, & intelligentia intelligit ſe ipſam per propriam eſſentiam. Secundo aliquid intelligitur in altero intellecto. ut qñ intelligo effectum in cauſa intellecta, & intelligo partem in toto intellecto, ſicut qñ uideo Socratem in ſpeculo uiſo. Intẽtio b. Tho. eſt attribuere pħo, ꝙ loquẽdo de intelligere primo modo, arbitratur pħs, & uerę, ꝙ Deus tantum ſeipſum in ſe ipſo. i. per ſuam eſſentiã intelligit, nam ſi aliud intelligeret per ſe ipſum. i. ꝑ propriam ſpẽm uel eſſentiam obiecti cogniti, ſua intellectio dependeret à ſpecie, uel eſſentia rei cognitę, & ſic perficeretur ex alio, & in hoc ſenſu concludunt oẽs rationes pħi, quibus ꝓbat, ꝙ nihil extra ſe cognoſcit, loquẽdo autem de intelligere. 2. modo, Deus intelligit alia à ſe, non in ſe ipſis, ſed ut contenta & repræſentata in eſſentia. & conueniens eſt ſentire, ꝙ pħs fuerit huius opinionis. Quod ſic manifeſtatur. Pħs concedit, ꝙ Deus ſe ipſum perfectiſſimę intelligit, ergo intelligit omne contentum in ſe ipſo, aliter nõ ſe perfectiſſimę intelligeret. Sed in Deo continentur perfectiones oium rerum, ſaltem quæ ſunt, ex. 5. metaph. capit. de perfecto, ergo intelligit perfectiones omnium rerum exiſtentium. Si perfectiones omnium rerum, ergo & res, qm̃ ꝑfectio includit habitudinem ad id cuius eſt perfectio, ergo ſi intelligit perfectionem, quæ eſt in homine, ex eo ꝙ eminenter eſt in Deo, intelligit ipſum hominem & ſic de alijs.

Tu ergo ſuſtinebis per diſtinctione datam pħm cõtra Gregor. & rationes pħi non militant contra hanc determinationem. Nam qñ dicit pħs, ꝙ intellectio eſt perfectio

intelligentis,non eſt uerum,niſi qñ res in ſe ipſa intelligitur,& eſt principale obiectum intelligentis,& quando dicit pħs,ꝙ Deus uileſceret,non eſt uerum, niſi intelligeret uile per ſe ipſum, ſi autem ut repręſentatur in alio,puta in principali obiecto,ex hoc non uileſcit. Patet igitur quomodo ſecundum pħm,Deus intelligit tantum ſeipſum,& non tantum ſeipſum diuerſa ratione,& ſic nulla ſequitur contradictio in doctrinam philoſophi.

Pro opinione Commen. aduerte, ꝙ unum clarum eſt apud ipſum.ſ.ꝙ Deus non ſolum ſcit ſe ipſum, ſed & alia à ſe,ut patet in hoc.12.in commen.52.ubi ſic habetur, & ueritas eſt,ꝙ primum ſcit oia ſm ꝙ ſcit ſe tantum ſcientia in eſſe,quod eſt cauſa eoꝝ eſſe,uerbi grã.Qui ſcit calorem ignis tantum,non dicitur neſcire naturam caloris exiſtentis in reliquis calidis,ſed eſt ille qui ſcit naturã caloris ſm ꝙ eſt calor,& ſilr primus ſcit naturã entis in eo ꝙ eſt ens ſimplr,quod eſt ipſum,hæc Comment. Aliud autem eſt dubium.ſ.utrum ſm Comment.Deus intelligat alia à ſe quo ad prædicata uſia tantum,puta in quantum ſunt entia ſubſtantia,uel accidens,&c.an etiam quo ad prędicata ſpecifica,& indiuidualia,qbus res ſpecificæ & indiuidualiter diuiduñtur,& circa hoc dubiũ inuenio duas uias rñdẽdi,una eſt quã ſequitur Io.bachon.Alterã ſeqtur.b. Tho.

Aduerte igitur,ꝙ Io.ba.in.1.ſent.in diſ.39.in.q.1. examinans commentum. 51. huius.12. lib.attribuit Comment.Primo ꝙ Deus nihil intelligit extra ſe immediate.ſ. acquirendo ſcientiam ab eo,& hoc clarum eſt, quia diceremus intellectus uileſceret,& perficeretur aliquo extrinſeco.Secundo ꝙ Deus intelligit in ſe ipſo omnia quæ hñt eſſe extra Deũ,ſm ꝙ ſunt in eſſentia Dei unitiue,& non ſunt aliud ab eſſentia ſua,& hoc ſic manifeſtatur,ſi oia intellecta nr̃a eſſent idem cũ intellectu noſtro,intelligens ſe intelligeret omnia illa,ſed intellectus diuinus intelligit ſe eſſentialr,& alia entia ſm ꝙ ſunt eminenter & perfectionaliter in Deo,non ſunt aliud ab intellectu diuino, ergo intelligendo ſe intelligit omnia, ut ſunt unitiue in Deo.3.

ꝙ Deus nō cognoſcit alia à ſe,trāſeundo à cognitione ſui ipſius ad cognitionem aliorum, ut ſunt i ſe ipſis,ut credit Themiſtius,ſed ex hoc,ꝙ cognoſcit ſe ipſum in ſe ipſo,& cognoſcit ſe cōtinere alia,& ꝙ eſt cauſa eſſe eoꝝ, nā Cōm. intendit ꝙ Deus nihil intelligit extra ſe tanquam obiectū terminans actum intelligendi,& tanq̄ obiectum ſpecula tum & intellectum,ut uṙ dicere Themiſtius,ſed ꝙ intelli git omnia in ſe ipſo, ita ꝙ intelligēdo ſe comprehenſiue intelligit alia. Quarto ꝗ, Deus cognoſcens alia in ſe ipſo, non ſolum cognoſcit ea, quo ad eſſe quod hn̄t in Deo,ſed quo ad eſſe quod hn̄t in proprijs naturis,ex conſequēti co gnoſcit ea diſtinctę & omnibus modis qbus cognoſcibi lia ſunt. Quod ſic manifeſtatur. Dicit Cōm. qui ſcit calorē ignis tm̄,non dicitur neſcire naturam caloris exiſtentis in reliquis calidis,ſed iſtæ eſt qui ſcit naturam caloris ſm ꝙ eſt calor. Tunc arguo ſic,ſi aliquis ſciret calorem per eſſen tiam.ſ.ignis tm̄.i.ſi aliquis ſciret calorem,ex eo ꝙ ſcit na turam ignis tm̄.i.& non alio modo, perfecta tn̄ compre hēſione,ſciret omnia calida omnibus modis quibus ſunt calida,quia da oppoſitum,non comprehenderet perfectę calorem. Igitur à ſimili,ſi primum ens ſcit ſe tm̄ ꝙ eſt ens per eſſentiam, & comprehenſiue omne ens, ſequitur ꝙ ſcit omnia entia omnibus modis quibus,ſunt entia, ſed cognoſcere omnia entia omnibus modis quibus ſunt en tia,eſt cognoſcere ea diſtinctę & ſm ſua eſſe propria,ergo Deus intelligendo ſe tm̄, comprehenſiue, excluſo omni alio obiecto terminante eius cognitionem, cognoſcit oīa diſtinctæ,ut ſunt in ſeipſis,& in propoſito iudicādum eſt de diuino intellectu,ſicut ſi intellectus noſter cōpræhen deret pfectiſſimæ prima principia,& ſemper indefectibilr ſtaret ea ſpeculando, & non transferret ſe à ſpeculatione principioꝝ,ad ſpeculandum ꝯcluſiones in ſeipſis,tunc cla rum eſt,ꝙ perfectiſſimę cōprehendendo prima principia etiam perfectiſſimæ adunatæ & ſimplici appræhenſione comprehenderet oēs concluſiones contentas in primis principijs,ſic dicendū eſt,per omnia de diuino intellectu.

Hæc fuit imaginatio Io.Ba.quam credit attribuendam Comment.& quidem in 1.& in 2.& in 3.dicto, non maniſeſte diſcordat à b.Tho.ſed in 4.nam b.Tho.in 1. parte q.14.artic.6.& in 1.ſent.diſt.35.q.1.art.2. attribuit Comment. ꝙ poſuerit Deum non cognoſcere alia à ſe, niſi in communi.ſ.inquantum ſunt entia Io.Ba.autem uult, ꝙ cognoſcat ſm̄ Comment. alia à ſe diſtincte, & omnibus modis quibus cognoſcibilia ſunt. & ſic patet, ꝙ non concordant in 4.dicto. & quidem licet gratia exercitij ſuſtineri poſſet imaginatio Io.Bach. tamen plurimum extorquet ſenſum & uerba Commen.& ſi attendamus ad exemplum adductum à Comment.uidetur b.Tho. rectius ſentire, nam exemplum de calore multum cogit, ſic enim uidetur uelle Comment.arguere. ſicut ſe habet cognoſcens primum calidum, ad cognitionem reliquorum calidoꝝ, ſic cognoſcens primum ens, ad cognitionem aliorum entium.Sed cognoſcens primum calidum cognoſcit omnia calida, ſub ratione qua ſunt calida, ergo cognoſcens primum ens, cognoſcit omnia entia, ſub ratione qua ſunt entia.Hæc fuit ſimilitudo Comment.Tunc ſic. Sed cognoſcens omnia calida ut calida, non neceſſario cognoſcit ea, quo ad prædicata propria,& ſpecifica,& indiuidualia, puta an tale calidum ſit homo uel lapis, uel hæc aqua, accidit enim calido eſſe lapidem, uel aquam, ergo cognoſcens omnia entia ut entia non neceſſario cognoſcit ea, ut talia entia, puta ut homo uel capra, accidit enim enti ꝙ ſit homo, uel capra, ergo ex hoc ꝙ Deus cognoſcit ſe primum ens,& per ſeipſum omnia entia, ut entia, non ſequitur, ꝙ cognoſcat ea diſtincte & omnibus modis ut cognoſcibilia ſunt, ergo ſenſus quem attribuit b. Tho. Commentatori uidetur magis conſonans, quam ſenſus Ioannis Bachonis.

Hic diſcutiendum eſſet, ſi Deus intelligit alia à ſe ſolum eminenter,& an etiam terminatiue, uerum quia eſt quæſitum magis Theologicum, quàm metaphyſicum. & id iam determinaui in lectura primi tractatus primæ partis

obiectum intellectum,ita quòd primo ſeipſam intelligat. Quarto quādo intelligit ſeipſam, an intelligat ſe per eſſentiam ſuam,an per ſpeciem mediam repræſentantem ſufficienter ipſius naturam.

Quantum ad primum,& ſecundum,& tertium,reſpōdendo ſimul,& non recedendo à determinatione,quā fecimus ſupra in.q.11.huius lib. dico, ꝙ ut uerba phi ſonant,tenendum eſt,ꝙ ſint idē. Nam ſi ſm phm diſtinguerentur realiter,facerent compoſitionē in intelligētia, quo admiſſo,ſequitur,ꝙ in ea eſſet potentia paſſiua,& aliquid loco mãæ,qm̄ in omni cōpoſito realr,dantur plura,quoꝝ unum eſt ut potentia receptiua,alterum ut forma, ut patet tam in compoſitione ex his quā in compoſitione cum his,&maxime in gn̄e ſubæ,ut pſeruē me à compoſitione, q̄ cōponitur linea ex partib' ſuis. Cum igitur phs in hoc 12.in tex.29.& 30. negauerit ulr potentiam paſſiuam ab intelligentijs,ut declarauimus ſupra in.q.11.negat ex cōſequenti diſtōnem realem hoꝝ trium. Quòd aūt Cōmen. id expreſſæ teneat,patet in hoc 12.in cōm.51.ubi ponens drīam inter intellectum noſtrum & intellm abſtractum, ſic inquit,eſſentia,intellectus non eſt eadem cum intelligere,quod eſt actio intellectus in nobis,& intellm in nobis,non eſt idem quod intelligere omnibus modis,&cauſa in hoc eſt, quia intellm in nobis eſt aliud ab intelligentia,in eis aūt quæ ſunt non in materia,contingit ut intellectum,& intellectus,& actio intellectus,ſint idem.

Quantum ad quartum .ſ. an intelligentia intelligat ſe per ſeipſam, an per ſpeciem mediam. Dico ſm principia phi, quæ conſideranda ſunt in 3. de anima circa intellectum & actum intelligendi,neceſſe eſt,ꝙ intelligat ſe per ſubſtantiam ſuam,ita ꝙ ſubſtantia ſua ſemper ſit pſens intellectui,ut obiectum ſuum primo intelligibile,& ſit ei ut forma intelligibilis,& ratio intelligendi. Et rō qdem hui' eſt,qa iam determinatū eſt in intelligentia ſm phm, nullā eſſe compoſitionem realem.Conſtat autem,ꝙ ſpēs media faceret compoſitionē,& actuaret intellm intelligētiæ.

Præterea in tota doctrina p̄hi non inuenimus neceſſitatē ponendi ſpeciem, niſi quando obiectum eſt intelligibile in potentia, & eſt natura materialis, & neceſſe eſt ut fiat intelligibile actu per intellectum agentem. Hæc autem non habent locum in intelligentia, ut patet. Quare &c.

Sed dices. Admiſſo ꝙ p̄hs teneat quamlibet intelligentiam intelligere ſeipſam per ſuam propriam ſubſtantiam: quæritur, quid teneat, quando una intelligentia intelligit aliam. An per ſpeciem? an per ſubſtantiam intelligentis? an per ſubſtantiam intellectæ?

Reſpondetur, in eo ꝙ vna intelligentia intelligat aliam poteſt fieri duplex comparatio. Primo comparando inferiorem ſuperiori, ut intelligentiam lunæ intelligentiæ ſolis. Secundo comparando ſuperiorem inferiori, ex his aduerte tria, primo loquendo ſm principia p̄hi, qui non concedit ſpecies intelligibiles, niſi pro intellectione reꝝ materialium, eo ꝙ non ſunt intelligibilia actu, nec intelligētia ſuperiori cognoſcit inferiorem, nec econuerſo per ſpeciem intelligibilem mediam. Dico 2. ꝙ intelligentia inferior cognoſcit ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris, quæ copulatur intellectui intelligentię inferioris, ut forma intelligibilis actu. & hoc poteſt ſic declarari, intelligentia inferior intelligit ſuperiorem, aut per eſſentiam propriam, aut per eſſentiam ſuperioris. Non per eſſentiam propriam, quoniā cum conueniant tantum in genere, & differant ſpecie, ſpecies inferior non eſt ſufficienter repreſentatiua ſpeciei ſuperioris, ſicut equus non ſufficienter repreſentat leonem, ergo eſſentia intelligentiæ inferioris non eſt ſufficiens forma reprę ſentatiua intelligentiæ ſuperioris, ex quo ſequitur, ꝙ ſi intelligentia ſuperior cognoſceretur per eſſentiā inferioris. illa cognitio eſſet tantum quo ad prædicata cōmunia, in quibus conueniunt, & non quo ad prædicata ſpecifica, & ſic ſua cognitio eſſet confuſa, & imperfecta. Dico 3. ꝙ deſcendendo ſuperior cognoſcit inferiorem per eſſentiam ſuperioris: nam illa ſufficienter reprę ſentat inferiorem, ſicut actus perfectior imperfectiorem, unde ſicut

per

per calorem ut 10.cognoſco calorem ut 8.& per rationa-le cognoſco ſenſitiuum,& non econuerſo, quoniam rationale continet omnem perfectionem,quæ eſt in ſenſitiuo, & plus.& non econuerſo, ita dicendum eſt de intelligētia ſuperiori reſpectu inferioris,cùm differant ſpecie, & contineat inferiorem & adhuc amplius, nam ſe habent rerum ſpecies,ut numeri, ex 8.metaph.ſic dicendum eſt quo ad doctrinam philoſophi.

Quantum ad ſecundum principale .ſ. quid dicendum ſm ueritatem,iuxta illa quattuor præpoſita,aduerte,ꝙ ueritas eſt,omnes intelligentias eſſe productas, & in nullo ente producto, actio ſua eſt ſubſtantia ſua, ut dictum eſt in q.11.huius libri, ideo conſtat, ꝙ in intelligentijs non eſt idem ſuum intelligere,& eius intellectus,ſiue ipſa ſubſtantia intelligentiæ,utrum autem intelligentia ſit ſua potentia intellectiua,relinquo diſcutiendum in 3.de anima, eſt enim antiqna diſcrepantia circa hoc,inter b.Thom.& Scotum.

Quantum autem ad obiectum,an ſit idem cum intelligentia, dico quòd quantum ad obiectum partiale proximum,eſt idem.Hoc enim eſt ſua eſſentia,quantum autem ad obiectum adæquatum, non eſt idem, quoniam illud eſt ens inquantum ens,conſtat autem quòd non eſt idem conuertibiliter cùm intelligentia, quoniam intelligentia eſſet omne ens.

Quantum uero ad modum quo intelligunt ſeipſas, & una intelligit aliam, dico ꝙ ſuas proprias eſſentias intelligũt per ſeipſas,una autem intelligit aliam per ſpeciem intelligibilem, non quidem cauſatam ab eſſentia intelligentiæ, ſed conſequentialem & comproductam in intellectu eius à primo principio,ſicut comproducitur calor,quãdo producitur ignis.Sed in his non immoror, qm̃ magis ad Theologum q̃ ad metaphyſicum ſpectant, & præcipuæ, qm̃ de ſpeciebus intelligibilibus diſcutiendum eſt in 3. de anima, plures.n.famoſi doctores huiuſmodi ſpecies negant. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qō. 27. Si omnia ſunt ordinata & prouiſa à primo principio.

Omnia uero coordinata ſunt aliqualiter, ſed non ſimiliter. Tex. 52.

IN hac .q. tria conſideranda ſunt. Primo quid circa hoc ſenſerunt ph̄i primi. Secundo quid ſenſerit ph̄s et Comment. Tertio quid tenendum ſm̄ ueritatem.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ Democritus & Zeno, &, plures antiqui negabant omnem ordinem rerum in finem, negabant .n. cauſam finalem. quos improbat ph̄s in 2. phyſ. tex. 77. uſq; ad tex. 87. ex hoc autem ꝙ negant finem, negant ex ꝯñti ordinem rerum in finem, ergo & prouidentiam, ſiue curam & ſolicitudinem auferunt omnino à primo principio. Nam ut declarabimus infra, prouidentia & ſolicitudo includit ordinem rerum in finem per determinata media, & hanc opinionem antiquorum rememoratur, & improbat ph̄s in 12. metaph. tex. ult. quaſi in fine, cum dicit. Alij inconnexam ipſius uniuerſi ſubſtantiam faciunt, nihil .n. alia alij confert, aut ens, aut nō ens, & principia multa, entia uero nolunt male diſponi. Et intendit ph̄s ꝙ hæc opinio facit naturam uniuerſi, ſine ordine intrinſeco & extrinſeco, intrinſeco quidem, quia ponit unam partem non conferre alteri, ſiue exiſtat ſiue nō, extrinſeco autem ponit plura prima principia, ex ꝯñti aufert ordinem rerum ad unum primum principium, & qm̄ entia nolunt male diſponi, ideo hæc opinio falſa eſt.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ Ariſt. & Commen. in hoc propoſito breuiſſimæ ſe expediunt, nec eſt facile uidere, quid intendatur. Tu tamen aduerte, quo ad ph̄m duo excipiuntur ex tex. 52. huius libri. Primum eſt, ꝙ omnia ordinata ſunt ad unum primum, ſicut ordinantur partes exercitus ad primum ducem. Sic enim inquit. Ad unum quidem omnia coordinata ſunt. Secundum eſt, ꝙ non omnia ſunt æqualiter & ſimiliter ordinata & curata ab illo primo principio, quia ſicut in una familia ſunt in-

ſtituti diuerſi ordines à domino domus,ſic & in uniuerſo diuerſimodæ curantur partes uniuerſi à primo principio nam dominus domus,ita curat filios, ꝙ omnes eorum a- ctiones ordinat ſub lege, ita ꝙ non licet eis uiuere ut uo- lunt,ſed ut ordinatum eſt à patre.Seruos autem ita curat. & beſtias, ꝙ de paucis actionibus eorum uidetur habere ſolicitudinem, & dum modo ſeruiant domui, de reliquis non curat,ſed agunt ut contingit.Applicans autem ſimi- litudinem familiæ,ad partes uniuerſi, uidetur uelle com- parare ſubſtantias ſeparatas & corpora cœleſtia filijs dñi, qm̄ ut inquit Cōm.interpretans dictum phi, actiones cor porum cœleſtium in cōicatione eorum adinuicem in con ſtitutione mundi ſunt ſicut actiones liberorum in conſti- tutione domus. Quemadmodum.n.liberi non licentian tur ad faciendum omnia quæ appetunt de actionib9. Sed oẽs actiones eoꝝ ſunt ꝑ iuuamentum eoꝝ adinuicẽ, ita eſt de corporibus cœleſtibus,ea aũt quæ ſunt in hoc mun do inferiori cōparat ſeruis & beſtijs,quoꝝ non oẽs actio- nes intentæ & curatæ ſunt à dño domus,ſed ſolum illę q̃, utiles ſunt bonæ familiæ, puta ꝙ famulus bene & fideľr miniſtret in domo,ꝙ equus bene differat, ꝗ canis bñ cu- ſtodiat. Quòd aũt famulus ſit luſor,uel blaſphemus,eſt præter intentionem dñi domus,nec de hoc non curat. Sic opinatur Ariſt.de qualibet ſpẽ huius mundi inferioris,ex ꝯñti opinatur primum nō curare oẽs humanos actus, eo ꝙ in hoc non conſiderauit hoīum excellentiam ſupra be- ſtias.Sed in hoc non eſt audiendus.qm̄ & ſacrificia,& di- uinus cultus nihil ꝓficeret homini, & ideo Ariſt. q̃ſi hoc impium aduertens aľr ſentire uiſus eſt in 10.ethic.c.x.ubi inquit.Qui ſm mentẽ operatur & eã colit et optimę diſpo ſitus eſt.amiciſſimus Dijs uř eſſe. Nam ſi Dij curam aliqñ hñt humanaꝝ reꝝ,ut extimatur & creditur, rōnabile eſt eos gaudere optimo & cognatiſſimo,tale hmōi uero mẽs eſt, & amantibus illam maxime honorantibusq́; fauere, tanq̃ reꝝ ſibi cariſſimaꝝ curatoribus,& recte ac bene agẽ tibus.Quòd autẽ hæc omnia ſapienti maxime cōpetant,

non eſt obſcurum. Amiciſſimum ergo deorum eúdem q́; feliciſſimum eſſe decens eſt. itaq; & hoc modo ſapiens uti que erit maxime felix, hæc philoſophus.

A Cōmen. autem habemus duo, primum eſt, ꝙ omnia entia habent ordinem inter ſe, & ordinata ſunt ad unum .i. ad primum principem, ſed non ſimiliter & æqualiter, ſi cut uidetur etiam in ordine familię ad dñm domus, unde in cōm. 52. huius libri ſic habetur, bonum exiſtit in hoc toto .i. in uniuerſo utroq; modo .ſ. propter ordinem, & ꝑꝑ illud ꝑꝑ quod eſt ordo .ſ. primum princ. & omnia quæ ſunt ſub primo princ. non æqualiter habent ordinē. Hæc .n. quidem perfectum hñt ordinem, ita ꝙ nihil admiſce tur eis per accñs, ſicut eſt de corporibus cœleſtibus. Hæc aũt ita ꝙ inuenitur in eis priuatio ordinis per accñs. & ſunt ea quæ ſunt ſub corporibus cœleſtibus, & hoc ualde ſimile eſt ei, qđ continetur in una domo cōtinente ſeruos & liberos &c. Secundũ eſt, ꝙ Deus habet ſolicitudinem de quolibet indiuiduo, ſed non quantũ ad oēs actiones, quæ ſunt ꝓprie illi indiuiduo, ſed quantũ ad illas, in quibus cō municat cũ alijs indiuiduis ſuæ ſpeciei, puta ſolicitudinē habet de hoc æquo, & de hoc homine, inquantum gñent ſibi ſimile, qm̄ per hanc actionem conſeruantur ſpecies re rum inferiorum. & ꝙ hæc fuerit opinio ſua patet in cōm. 37. huius lib. ubi ſic inquit. Ex hoc uidetur Deum habere curam circa omnia entia. Dicentes autem, ꝙ Deus ſolici tus eſt circa unũquodq; indiuiduum aliqualiter uez eſt. & aliquał̃r non, qa nullum indiuiduum habet diſpōnem ꝓpriam, niſi illa diſpoſitio inueniatur in aliquo mō illius ſpēi. Et hoc igitur modo uez eſt Deum ſolicitari circa in diuidua, ſolicitudo aũt circa indiuiduũ tali modo, ꝙ nul lus hēat cōicationē cũ eo, hoc non eſt fas bonitati diuinę.

Tu tñ aduerte, ꝙ ipſe Commen. uerius loquitur de hac ſolicitudine circa genus humanũ ꝑꝑ excellentiam ſuam in lib. 10. ethic. ſuper cap. 10. ubi ſic inquit. & ſi quidē cu ra ſit Deo de hoībus, ut creditur, & ut debitum eſt, & ſit quidem Deus gaudens de eo, qui eſt melior, tunc gaudet

de eo,qui nititur ei aſſĩari ualde,& hic eſt intelľs. Dignũ eſt ergo,ut benefaciat eis,qui amant ipm plus,& ut hono rificet eos,& uiſitet ipſos,ſicut eſt diſpõ amici cum amico ſuo,&eo ꝙ actio eoꝝ eſt actio nobilis ſana.Hęc & nõ plu ra poſſumus hr̃e ex doctrina pħi & Commen.in hoc ꝓpo ſito, quæ quantum deficientia ſint, examinanda ſunt à theologo, & nos iam compleuimus hoc in lect. primi tract.primæ part.b.Tho.Quæ hic inſerenda non ſunt,ne confundamus negocium metaphyſicum.

Quantum ad tertium.ſ.quid dicendum & tenendum ſm ueritatem,ac ueram pħiam aduerte primo quid dicat ſolicitudo quam ſolemus appellare prouidentiam,& ap plicatæ quid dicat prouidentia Dei.deinde unica ratione probabitur,ꝙ ſm ueritatem,Deus ꝓuidet omnibus ſupe rioribus & inferioribus in uñi & in ſingulariter, ita ꝙ cu rat quaſcunque indiuiduorum actiones.

Vt igitur ſcias,quid ſit prouidentia aduerte,ꝙ in princi pe inſtituente ciuitatem & rempub. hæc quattuor ordina tæ inueniuntur.Primo ineſt ſibi uoluntas,qua uult,& de terminat inſtituere ciuitatem.Scd̃o ineſt ſibi excogitatio, quales partes debeant eſſe integrantes ciuitatem, puta ꝙ ſint nobiles,& doctores,& iudices,& mercatores, & mili tes,& agricolæ,quæ partes concurrunt ad perficiendum bonum ciuitatis,& hæc excogitatio dr̃ diſpoſitio uñ & ordo partium in toto dr̃ diſpoſitio,& architector excogi tans ac ordinans partes proportionaliter in ędificio dr̃ ſapiens diſpoſitor.Tertio ineſt ſibi excogitatio & ordina tio,quæ media opportuna cuilibet parti ciuitatis conferẽ da ſint,ut ꝑ ipſa operentur opera ſibi debita,& conſequan tur finem, ad quem unaquæq; pars ordinata eſt, puta ꝙ doctores habeant modum ſtudendi,milites arma, merca tores merces,agricolæ iumenta & hæc excogitatio ac ordinatio mediorum,dicitur prouidentia, unde & quibus incumbit hæc in ciuitate miniſtrare,dicuntur prouiſores.

Quarto ineſt ſibi actualis collatio mediorum,& motio partiũ,ſic ordinatarum in propriũ finem,iuxta media uni

cuique parti collata, & hæc dicitur gubernatio. Ex quibus patet, ꝙ prouidentia ſupponit uolitionem finis, & diſpoſitionem partium ordinatarum ad finem, & ꝙ ipſe ꝓprie eſt circa media conferenda cuilibet parti, ut conſequatur finem. Prouidentia igitur abſolutę ſumpta, eſt excogitatio intellectus de medijs conferendis naturę ordinatę in finem, ut finem conſequatur, in Deo autem prouidentia, eſt excogitatio diuini intellectus, de medijs conferendis unicuique naturę, quibus finem ſuum conſequatur.

Declarato quid ſit prouidentia, probatur unica ratione ꝙ ineſt Deo, quo ad omnia entia in uniuerſali & in ſingulari ſingulariter, & arguitur ſic. Deus eſt primum & uniuerſaliſſimum agens, ergo ſua cauſalitas ſe extendit ad omne ens producibile, ita ꝙ non poteſt exiſtere, niſi per ipſum, & eſt agens per intellectū & uoluntatem, ergo in quolibet ente ꝓducto intendit finem ad quem ꝓducitur. Si in quolibet ente intendit finem, ergo media ad finem, alr uanę intēderet finem. Sed Deus eſt cauſa omnis entis, non ſolum in uli & ſm ſpēm, ſed ēt ſm indiuidua, ut magis declarabitur in q. ſeq. ergo reſpectu cuiuſcūque entis, ēt ſingularis, & ſingularit, intendit media ad finē, & p ꝯñs prouidet omni enti in ſingulari. Añs primæ ꝯñtię proba bitur in. q. ſeq. ꝯñtia autem patet, qm̄ primum ens quod eſt, & primum agens eſt cauſa omnis entis, ut declaratum eſt ēt in 2. metaph. Añs ſecundæ ꝯñtiæ iam declaratū eſt ſupra in q. x. huius lib. ꝯñtia aūt patet, qm̄ ſi non intenderet finem, non ageret ſm intellectum & uoluntatē. Agens .n. p intellectum & uoluntatem agit à ꝓpoſito. agens aūt à ꝓpoſito intendit finem, ex 2. phy. Hęc multa argumēta ſoluenda eſſent, quæ potius ſpectant ad theologum, q̄ ad metaphyſicum, ideo non eſt in his immorandum, ne ſciētiæ confundantur. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Q. 28. ſi primum prin. eſt cauſa effectiua oīum entiū.

Vnus ergo princeps. Textu ultimo.

PRO ultima conſideratione de primo princ. quantū ſpectat ad metaphyſicum, tria de eo reſtant diſcutien

da. Primo cauſalitas ſua. Secundo unitas. Tertio neceſſitas in eſſe,& de his tribus formabimus tres ultimas quæſtiones metaphyſicales.

Circa cauſalitatem primi princ.aduerte,ꝙ omnes recte cogitantes de Deo,negant ſibi cauſalitatem materiæ, pro pter potẽtialitatem eius,Deus autem eſt puriſſimus actus excludens omnem potentiam paſ. negat & cauſalitatem formæ informantis, eo ꝙ illa eſt pars ex conſequenti im perfecta,& incompleta in natura ſua, & ſi dicatur prima forma,exponendũ eſt metaph.i.primus actus, cum nullo tñ faciens compoſitionem. Attribuunt autem ſibi cauſalitatem finis excellentiſſimo modo, qm̃ omnia modo ſuo deſiderant ipſum, & gratia illius agunt quæcunque agũt,unde phs in tex.36.huius 12.dixit,ꝙ mouet ut amatum & deſideratum,quod eſt ꝓprium finis.De cauſalitate aũt effectiua reſpectu cuiuſcunque entis non eſt concordia uñs,& ideo in hac.q.intendo immorari circa hoc, & tria conſideranda ſunt. Primo quid dicendum ſm Ariſt. Secundo quid ſm Cõmen. Tertio quid ſm ueritatem.

Quantũ ad Ariſt.aduerte ſm b.Tho.ut declarabitur infra ſenſus phi non eſt ſenſus Cõment. ideo de mente phi & Cõmen. ſeparatim agendum eſt,alij aũt ut Sco.& Her. & Ioan.Bach.& Greg.tenent philoſophum & Commen. concordes.ita ꝙ,qui tenent philoſophum concedere Deũ eſſe uere cauſam productiuam omnium, tenent idem de Cõment. ſimiliter dicunt qui tenent partem negatiuam.

Nos igitur ſequentes uiam b.Tho. ponimus hanc concluſionem de mẽte philoſophi,ſed non de mente Cõmen. cuius opinionem erroneam,manifeſtabimus infra.Ariſt. tenet,Deum eſſe cauſam productiuam omnium.Hanc ſic manifeſtamus.Ariſt.tenet,Deum eſſe cauſam productiuã oĩum corruptibilium & incorruptibiliũ, ergo &c. ꝯñtia nota,qa omne ens corruptibile,uel incorruptibile.Añs ꝓ 1.par.ꝓbatur,entia corruptibilia nõ ſemper hñt eſſe,ergo per aliq̃ cauſam tendunt ad eſſe.Hanc aũt cauſam poſuit phs in tex.33.huius lib. eſſe primum cœlum motum mo

tu diurno,& planetas motu ſub obliquo circulo.Sed De⁹ mouet primum cœlum immediatę ſm Cōm.uel mediatę ſm b.Tho.ut uiſum eſt ſupra,in q.15.& motu pmi cœli mouētur alia corporea cœleſtia,ergo Deus eſt cauſa pma & uľis pductiua p motum cœli oium inferiorum corruptibilium.Pro ſcda autem parte.i.quo ad incorruptibilia eſt maior difficultas,et ideo probandum particulariter ex doctrina philoſophi,& ſuſtinenda ſunt dicta ſua.

Tu igitur aduerte,ꝙ in doctrina pħi inueniuntur pręcipuę tria loca,ex quibus concludemus propoſitum.

Primum eſt in 8. phy.in tex.15.ubi reprehēdes & Empe.& Democri.qui putabant nulli rei ſempiternæ aſſignā dam,eſſe cauſam,ſed tm̄ his,quæ de nouo incipiūt eſſe, ſic ait contra eos.Quod aūt in omnibus non recte,&.n.trigonum ſemper habet duobus rectis ęquales angulos, ſed tn̄ eſt perpetuitatis hmōi altera cauſa.Hæc pħs ex quibus patet,ut inquit b.Tho.exponens ꝙ intentio pħi fuit, eſſe aliqua ſemper entia ut corporea cœleſtia & ſubas ſeparatas,& tamen haberent cauſam ſui eſſe, quæ non pōt aſſignari niſi primum principium.

Sed aduerte ꝙ Greg.in 2.di.1.q.1.ar.1.dat huic dicto duplicem reſponſionem,primo dicit,ꝙ philoſophus intē dit de complexis, quæ ſunt ſempiternæ ueritatis, & ſunt concluſiones demonſtrabiles.et ideo exemplificat de hoc complexo demonſtrabili. Triangulus habet tres. Hic autem quærimus de incomplexis æternis & incorruptibilibus,ut de cœlo & de intelligentijs.

Sed hæc reſponſio eſt contra intentionem pħi, nam illic intendit arguere contra Emped.q non aſſignabat cām quare lis & amicitia ſemper cauſant motum alternatim æqualibus temporibus. & dicit philoſophus,ꝙ non poteſt Emped.excuſari in hoc,quaſi id quod eſt ſemper non habeat cauſam.& licet exēplificet de complexo, tn̄ intendit ēt de incomplexo,ut de motu æterno, aĺr ratio pħi cō tra Emped.nulla eſſet.Poſſet.n.negare hanc ꝯñtiam. Cōplexum æternum habet cauſam, ergo & incomplexum.

Secundo rñdet Greg. Dato ꝙ pħs intenderet etiã de incomplexo, hæc ꝯñtia non ualet. Hoc incomplexum habet cauſam, ergo habet cauſam effectiuã, ſufficit.n. ꝙ habeat cauſam finalem. & ſic philoſophus concedit entia incorruptibilia hr̄e primum principium pro cauſa finali.

Sed hæc reſponſio eſt etiam contra mentem pħi in dicto tex. nam licet dicta ꝯñtia non ſit formalis, ualet tñ in præſenti materia. Nam ſi complexum quod eſt concluſio demonſtrationis, ut Trigonum habet tres, habet cauſam, habet cauſam effectiuam, qm̄ præmiſſæ ex quibus deducitur ꝯcluſio ſunt cauſæ efficientes concluſionis, ex 2. phyſ.

Item ſi loquamur de incomplexo, ut de motu æterno non continuo, ſed per interpoſitionem quietis, ut dicebat Emped. adhuc patet, ꝙ philoſophus intendit de cauſa efficiente, petens quæ cauſa mouebat litem & amicitiam ad cauſandum motum æternum interpolatum. Patet igitur, ꝙ philoſophus intendebat de cauſa effectiua rei incomplexe, & non tantum complexe.

Sed forte dices, ꝙ æternum eſt duplex. ſ. ſucceſſiuum ut motus cœli ſm̄ philoſophum, & permanens ut intelligētia, & cœlum. Motus quidem cœli habet cauſam efficientem ęternam, qm̄ eſt à mouente ęterno, eo ꝙ motus de neceſſitate includit mouens, ut dicit Cōment. in hoc in lib. 12. in commen. 41. æternum uero permanens non habet cauſam effectiuam, qm̄ ſi æternum eſt, ſemper eſt, Si ſemꝑ eſt, non indiget cauſa deducente illud ad eſſe. Pħs autem in 8. phy. in tex. prædicto intendit de ęterno ſucceſſiuo, qualis eſt motus æternus, ſiue continuus, ſiue interpolatus de quo conceditur, ꝙ habet cauſam effectiuam ſecundum philoſophum. ſ. intelligentiam æternam mouentē.

Sed hæc inſtantia non concludit, qm̄ licet philoſophus intendat ſcire cauſam effectiuam de motu æterno ꝑ interpolationem, tñ ad improbandum Emped. & Democr. aſſumit hanc uniuerſalem. Omnino enim exiſtimare principium hoc eſſe ſufficiens. ꝙ ſemper aut eſt ſic, aut fit, non recte ſe habet opinari. i. non eſt recta opinio exiſtimare

aliquod eſſe principium & cauſa & non habere cauſam quia ſemper eſt aut ſemper fit. Quod quidem dictum poteſt applicari ad æternum, permanens, & ſucceſſiuum, cũ loquatur uniuerſaliter, cuius ſignum eſt, ꝙ phs applicat ad triangulum habentem tres, quem conſtat computari inter permanentia & non inter ſucceſſiua.

Secundum dictum eſt in 2. metaph. tex. 4. ubi ſic habetur, unumquodque uero maxime ipſum aliorũ dicitur, ſm quod & in alijs eſt uniuocatio, puta ignis calidiſſimus &c. n. eſt cauſa alijs hic caloris; quare & ueriſſimum, quod poſterioribus eſt cauſa ut ſint uera, &c. Conceſſum eſt autem Deum eſſe maxime ens & maxime uerum, ergo eſt cauſa omnium aliorum, ꝙ ſint entia, & ſint uera.

Ad hoc reſpondet Greg. ubi ſupra conceditur, ꝙ Deus ut eſt maximum ens, eſt cauſa omnium entium, ſed negatur hęc conſequentia, ergo eſt cauſa effectiua.

Hęc reſponſio non eſt ad mentem philoſophi. Nam cõparat primum ens primo calido in uniuerſali cauſalitate. Sed ꝯſtat, ꝙ primum calidum eſt cauſa effectiua oĩs caloris, ergo primũ & maxime ens eſt cauſa effectiua oĩs entis, alr cõparatio nulla eſſet. Præterea, non põt dici, ut dñt Cõment. ꝙ phs intendit primum ens eſſe cauſam finalem, & ꝯſeruatiuam omnium entiũ, quia in illo tex. nulla eſt mẽtio de cauſa finali, & ꝑterea, ſi Deus eſt cauſa ꝯſeruatiua, eſt etiam cauſa effectiua, & hanc ꝯñtiam probabo, infra, quando pertractabitur quid tenendum ſit ſm ueritatem.

Tertium dictum eſt in 5. metaph. cap. de neceſſario, ubi ſic habetur. Horum quidem itaque altera cauſa eſſendi neceſſaria, horum autem nulla, ſed propter hæc alia ſunt ex neceſſitate. Tunc ſic, nullum eſt ens neceſſarium, niſi ens incorruptibile, ergo ſi ſecundum phm aliqua entia neceſſaria habent cauſam, illa ſunt entia incorruptibilia, ut cœlum & intelligentia, nulla autem cauſa poteſt ſibi aſſignari niſi Deus, ergo &c.

Ad hoc reſpondet Greg. ubi ſupra, ꝙ phs loquitur de neceſſarijs complexis, quæ ſunt concluſiones demonſtra-

biles,quarum cauſæ ſunt principia complexa,ut cauſa hu ius,homo eſt riſibilis eſt hæc,homo eſt rōnalis, & ꝙ phi loſophus intendat de neceſſarijs complexis demõſtrabili bus,patet in eodem cap.nam ante dictum allegatum prę miſerat.Amplius demonſtratio neceſſariorum eſt, &c.

Sed ꝙ hæc reſponſio non ualeat declaro ſic licet philo ſophus in illo cap. mentionem faciat de neceſſarijs complexis non tamen ſiſtit ſolum in illis, qm̄ intendit etiam de incomplexis, ꝙ quædam habeant cauſam & quędam non.Nam poſtquam dixit,ꝙ horum quidem,itaque altera cauſa &c.ſtatim ſubſequitur. Quare primũ & proprie neceſſariũ quidem ſimplex eſt,hęc illæ.Quod uł̄r exponitur de prima cauſa quæ eſt Deus,qm̄ eſſe primũ neceſſe eſſe,& abſolutæ ſimplex,ſunt proprietates ſuæ. Cum ergo phs poſt dictum noſtrum allegatum faciat mentionem de neceſſario incomplexo,ſignum eſt mentem ſuam fuiſſe,quando aſſignat cauſam neceſſariorum,ꝙ uult intelligere de complexo & incomplexo neceſſario.

Nec ualet ſi dicatur,ꝙ phs intendit per ſimplex primũ, ſimplex quod eſt cauſa,& eſt illud in quod reſoluitur primum principium cõplexum.ſ.Impoſſe eſt idem ſimul eſſe & non eſſe,reſoluitur in hoc primum complexum,ens eſt ens,ut omnes dicunt,& maxime Ant.And.in 4. metaph. q.5.Et hoc etiam uidetur innuere Cõment.in 5. metaph. cõm.6. Dicit.n.ꝙ aliqñ terminus medius erit cauſa rei.ſ. ꝯcluſionis.& tunc res erit neceſſaria uel poſſibilis ꝑ aliud .i.per terminum medium. Aliquando autem terminus medius non erit cauſa rei, & tunc res erit per ſe neceſſaria uel poſſibilis. Ex quibus uerbis apparet,ꝙ philoſoph' & Comment.intellexerunt de complexis.

Hoc inquam non ualet, quia eſt contra phm & Comment.ibidem.Dicit enim phs ꝙ, ſi primum per ſe neceſſarium non eſſet ſimplex contingeret aliter ſe habere, quia eſſet compoſitum,& tunc tale contingit aliter ſe habere, & per ꝯñs non eſſet neceſſarium,& non dicit,ꝙ reſolueretur in aliqd primum compoſito,ut arguens imaginatur,

& Comment.ibi declarat, ꝙ ſi tale primum neceſſarium per ſe non eſſet ſimplex, eſſet compoſitum ex materia & forma,& per conſequens ſubſtantia ſua mutaretur diuerſis modis. Ex quibus patet,ꝙ tam philoſophus quàm Cōment. intelligunt de principio primo incomplexo.i.de Deo, & nō de primo complexo, in quod reſoluitur primum principium complexum.

Sed dicit Greg.ubi ſupra,Conceſſo,ꝙ philoſophus intendit de neceſſario complexo & incomplexo, non ualet hæc conſequentia,neceſſarium incomplexum habet cauſam,ergo habet cauſam effectiuam.

Contra, probo conſequentiam ualere in hoc propoſito. Certum eſt enim ſecundum philoſophum, ꝙ intelligentiæ non habent cauſam materialem, cum ſint ſine omni materia ex tex.30.huius li.nec formalem,cum ſint ſimplices formæ,nec formæ eſt forma, ergo ſuper eſt, ꝙ habeant finalem & effectiuam,uel finalem tantum.Si primo modo,habetur intentum.Si.2.modo,adhuc habetur intentum,qm̄ infra probabitur,ꝙ omne habens cauſam finalem,habet cauſa efficientem.

Quantum ad ſenſum Comment.dico,ꝙ fuit in hoc errore,nullo modo dari creationem,neq; cum nouitate eſſendi,neq; ſine nouitate,ut declarat Greg.in 2.diſ.1.q.1. ar.1.Et iam manifeſtauimus id ſupra in q.5. huius li.Cū ergo conſtat,quòd entia incorruptibilia ut cœlum & intelligentiæ non ſunt producibilia productione phyſica, quoniam ſecundum Comment.ut declaratum eſt in 8.li. huius ſcientiæ,materia quæ ſupponitur productioni phyſicæ,non eſt in cœlo,nec ſecundum ueritatem eſt in intelligentijs,ſi non concedit creationem, patet ꝙ ſecundum eum ſunt improducta,& ſic Deus non eſt cauſa effectiua incorruptibilium. Ad confirmationem huius, uide in hoc 12.lib.in comment.41.ubi arguens contra Alex. dicit, impoſſibile eſt.n.ut idem ſit poſſibile ineſſe ex ſubſtantia ſua,& recipiat ex alio neceſſarium eſſe, niſi eſſet poſſibile, ꝙ natura eius trāſmutaretur. Motum autem poſſibile eſt

ut ſit neceſſarius ex alio & poſſibilis ex ſe, & cauſa in hoc eſt, q habet eſſe à motore. Si igitur motus iſtæ fuerit æternus, neceſſe eſt ut fiat à motore, non moto omnino, neque eſſentialiter, nec accidentaliter. Permanentia igitur motus eſt ex alio, ſubſtantia autem. ſ. cœli & motoris ex ſe. & ideo impoſſibile eſt inuenire ſubſtantiam poſſibilem ex ſe, neceſſariam ex alio, quod eſt poſſibile in motu. Hæc Còment. ex quibus conſtat, q non uult concedere, aliquod ens præter motum poſſe habere eſſe neceſſarium ex alio, ita q omne ens permanens habens eſſe ab alio, eſt ens poſſibile. i. potens eſſe & non eſſe. Accipit. n. ly poſſibile, pro contingenti, & non pro poſſibili alto. Nam ut determinauimus in lib. 9. poſſibile altum non opponitur neceſſario, imo de eo prædicatur, ut declarauimus illic. Teneo igitur Comment. fuiſſe huius erroneæ ſententiæ. Nec in hoc ſequeris Scot. nec Cap. nec Her. nec Paul. Sonc. qui arbitrantur Comment. ſentire oppoſitum, fundantes ſe ſupra quædam dicta eius, quæ de facili exponentur infra.

Quid autem b. Tho. ſentiat de Comment. dicò, q arbitratur ipſum ſibijpſi contradicere. Nam ut refert b. Tho. in 8. phyſ. lect. 21. in lib. 12. metaph. in commen. 41. tenet contra Alex. q cœlum non habet eſſe perpetuum ab altero, licet motus eius ſit perpetuus ex altero, in lib. autè de ſubſtantia orbis tenet oppoſitum, nam b. Tho. in 8. phyſ. lect. 21. arguens contra Comment. ſic dicit unde & ipſæ Commen. in lib. de ſubſtantia orbis confitetur, q Deus eſt cauſa cœli, nò ſolum quantum ad motum eius, ſed etiam quantum ad ſubſtantiam ipſius, quod nò eſt niſi quia ab eo habet eſſe, non autem habet eſſe ab eo, niſi perpetuum. Hæc b. Tho. Cum igitur ſibi contradicat, ut ei b. Tho. imponit, relinquendus eſt, ut incertus, & potius tenens partè negatiuam, quam affirmatiuam.

Nec obſtat, q quædam dicta Comment. uidentur ſonare oppoſitum, inter quæ recitantur.

Primum eſt in lib. de ſubſtantia orbis, ubi inquit, & cũ ignorauerunt quidam hoc eſſe de opinionibus Ariſt. dixe-

runt, ipſum .ſ. Ariſt. non dicere cauſam agentem totum, ſed tantum cauſam mouentem, & illud fuit ualde abſurdum, & non eſt dubium in hoc, ꝙ agens ipſum eſt mouẽs ipſum, hæc Comment.

Ad hoc dicunt commentiſtæ, ꝙ agens ſumitur dupliciter. Primo proprie, & eſt illud, quod deducit rem ad eſſe, & eſt principium unde motus, & ut ſic, eſt cauſa diſtincta contra alia tria genera, & dicitur propriæ cauſa efficiens. Secundo improprie & ſimilitudinarie, & ſic uerificatur de mã, & forma, & fine. Nam ferrum agit gladium durũ, qm̃ per ipſum gladius eſt durus, & anima facit animatum, & lucrum facit mercatorem. Nam animatum eſt per animã, & mercator eſt propter lucrum, in propoſito Comm. accipit agens. 2. modo, & non primo modo, quod patet ex eo quod dicit in 4. cœli cõm. 1. Dicit. n. ꝙ res æternæ non habent agẽs, niſi ſm ſimilitudinem, & ſi habuerint aliquod quod eſt agens, non erit, niſi inquantum eſt forma illa & conſeruans ipſum.

Secundum eſt in 2. metaph. comm. 4. ubi inquit Comment. omnia entia non acquirunt eſſe & ueritatem niſi à prima cauſa.

Ad hoc dicunt cõmentiſtæ, ſenſum fuiſſe Comment. ꝙ cum prima cauſa continuet motum primi cœli, eſt. n. ſm Comm. applicata primo cœlo, ut declaratum eſt ſupra, cõſeruat primum cœlum ineſſe, quia ut inquit in lib. de ſubſtantia orbis, ſi motus cœli deſtrueretur, cœlum ipſum deſtrueretur, & ſi deſtrueretur motus primi cœli, deſtrueretur motus inferiorum orbium, ex ꝯñti mũdus, ex quo uerificatur, ꝙ dator continuationis motus cœli, dat eſſe alijs entibus, quia eſt cauſa ꝙ perſeuerent ineſſe, & ut ſic dicuntur acquirere eſſe omnia entia à prima cauſa, non productiuę, ſed conſeruatiuę, eo ꝙ niſi continuaret motum cœli, omnia entia deſinerent eſſe, & totaliter uniuerſum deſtrueretur ſm opinionem Comm. licet falſam, non ergo ex dicto allegato poteſt concludi Comm. tenere Deum eſſe cauſam ueræ productinam omnium entium.

Alia ſolent dicta eius allegari in hoc propoſito,quę nõ ſunt multum euidentia , ideo pertranſeo.

Quantum ad rei ueritatem inueſtigandum eſt , ſi aliqua ratione naturali efficaci poteſt probari,Deum eſſe cauſam productiuam omnium entium quocunq; modo habeant eſſe,& hic inuenio duas ſententias.Prima eſt b.Th. cui concordat Scotus & Her.iſti tenent partem affirmatiuam.Alia eſt Greg.qui in 2.ſent.diſt.1.q.2.ar.2.tenet partem negatiuam,intendens igitur ſequi partem affirmatiuam formabo aliquas rationes & defenſabo cõtra Greg. Deinde ſoluam quędam argumenta,quæ uidentur fauere parti negatiuæ.

Prima ratio,omne ens extra primum,depẽdet eſſentialiter à primo.Sed non dependeret à primo niſi cauſaretur ab eo.Sed non cauſaretur à primo niſi ꝑduceretur ab eo. Ergo omne ens extra primum producitur à primo. Prima propoſitio ſic probatur , ſi aliquid aliud à primo non dependeret eſſentialiter ab eo,non eſſet pertinens ad uniuerſum,quia unitas uniuerſi ſtat in hoc , ꝙ omnia alia à primo hñt ordinem ad primum,ex 12.metaph.tex.51.qc quid aũt habet ordinem eſſentialem ad primum depẽdet ab eo,ergo omne ens extra primum dependet eſſentialr à primo.Secunda autem propoſitio, ſic probatur , ſi non cauſaretur ab eo,à ſe & ex ſe eſſet neceſſe eſſe , ergo ſibi nõ repugnaret eſſe quocunq; alio circunſcripto , etiam ſi circunſcriberetur primum,& tunc ſequitur,ꝙ non penderet eſſentialiter à primo.quod contradicit primæ propoſitioni. Quod autem ſequatur , patet, quia non repugnat rem eſſe,ſine omni eo quod non eſt cauſa ſua.

Huic rationi reſpondens Greg. ubi ſupra concedit primam &ſecundam propoſitionem,ſed negat tertiam.ſ.ſed non cauſaretur ab eo,niſi produceretur. Hanc negat & dicit,ꝙ ſufficit ut cauſetur ab eo,ut à fine , quod magis proprie dicitur eſſe ad primum uel ꝑꝑ primum,q̃ à primo.

Sed contra : concedit Greg.omne ens eſſe dependens eſſentialiter à primo,&non eſſe neceſſe ex ſe,tũc ſic,ergo eſt

neceſſe eſſe ex alio.ſ.ex quo pendet, ergo non poteſt non eſſe ex alio, ergo in ſe conſideratum poteſt non eſſe, & hãc ultimam conſequentiam ſic probo. Quia in ſe conſideratum circunſcripto quocunq; alio à quo pendet, uel poteſt non eſſe, uel non poteſt non eſſe. Patet diuiſio. q̃m eſt per prædicata contradictoria, ergo neceſſe eſt unam partem eſſe ueram. Si conceditur prima pars, ergo eſt poſſibile nõ eſſe, & de omni tali concedit Greg. ꝙ habet cauſam productiuam. Si conceditur ſecunda, ergo eſt neceſſe eſſe ex ſe, quod Greg. negat. & eſt falſum, quoniam ut probabitur infra, eſt tantum unum neceſſe eſſe ex ſe, conſequentia autem patet, quoniam idem eſt, non poſſe non eſſe, circunſcripto quocunq; à quo dependet, & non poſſe non eſſe ex ſe, ſed neceſſe eſſe ex ſe, & non poſſe non eſſe ex ſe æquipollent, ergo Greg. non poteſt ſuſtinere. Omne ens extra primum, dependere eſſentialiter à primo, & non cauſari effectiuæ ab eo.

Secunda ratio, quæ ſumitur ab Herueo in 2. quolib. in q. 1. formatur ſic. Omne quod ſibi derelictum eſt nõ ens, eſt effectiuæ productum. Sed omnia præter primum principium & quod eſt ultimus finis omnium ſibi derelicta, ſunt non ens. ergo ſunt effectiuæ producta à primo. Maior patet, quia ſi ex ſe eſt non ens, indiget cauſa qua ducatur ad eſſe, duci autem ad eſſe eſt produci. Minor autem probatur. Quia ſi per impoſſibile remoueatur ultimus finis, aut aliqua remanent entia, aut non, non poteſt dici primum, quia non dependerent eſſentialiter ab ultimo fine cuius oppoſitum probatum eſt in ratione præcedenti, ergo ſecundum, & per conſequens ſibi derelicta ſunt non entia.

Huic rationi reſpondet Greg. dicens, maiorem non eſſe ueram niſi æquipolleat iſti. Omne ens quod ſi aliud non eſſet ipſum non eſſet, eſt effectiuæ productum. Dicit quòd hæc eſt nera, ſi illud aliud ſit poſſibile non eſſe. Nunc autẽ ipſum primum ad cuius non eſſe, quodlibet aliud non eſſet, non eſt poſſibile non eſſe, ſi uero illud aliud non ſit

poſſibile

poſſibile non eſſe,maior non habet euidentiam.

Sed Greg. non conſiderauit totum ſenſum & proceſſum Heruei,nam Herueus ubi ſupra adducit hanc reſponſionem Greg.& declarat nullam eſſe ex ueritate conditionalis,ſm quam procedere intendit Herueus in hac ratione.Intendit enim ꝙ dato quod ſit impoſſibile,Deum non eſſe,& ſit impoſſibile cœlum & intelligentiam non eſſe, hæc tamen eſt uera,ſi Deus non eſſet, cœlum non eſſet, ex qua illatione manifeſtatur, ꝙ ſi per impoſſibile cœlum relinqueretur ſibi, eſſet non ens, ergo ſignum eſt, quòd acquirit eſſe effectiuæ ab alio, unde dicit Her. & bene, quòd reſponſio data à Gregor.uidetur procedere ex ignorantia logicæ.

Tertia ratio,quæ etiam eſt Heruei. Omne quod habet cauſam finalem, habet cauſam efficientem, quia cauſalitas finis eſt id,cuius gratia aliquid fit.Sed omne ens præter primum habet cauſam finalem ex 12.metaph.tex.51. ergo &c. Si igitur entia plura eſſent in producta, non omnia haberent cauſam finalem,quod repugnat philoſopho & ueritati.

Huic rationi reſpondet Greg.quòd habet minorem efficaciam,quàm præcedens eo ꝙ maior eſt falſa,& ꝗ additur de cauſalitate cauſæ finalis, ſcilicet ꝙ eſt id cuius gratia aliquid fit,eſt falſum.

Sed hæc reſponſio eſt uoluntaria & contra philoſophum. Conſtat enim quòd in 5. metaphyſ. in capitulo de cauſa, deſignauit cauſam finalem ex hoc, quòd eſt illud gratia cuius aliquid fit, ergo male dicit Gregor.id eſſe falſum, ſecundum philoſophum. Tunc ſic. Omne quod habet cauſam finalem, habet id cuius gratia factum eſt. Sed cœlum & intelligentiæ ſecundum te habent cauſam finalem, non ſolum quo ad motum, ſed etiam quo ad eſſe ipſarum,quoniam dicit Greg.quòd conceditur eas eſſe dependentes ſecundum eſſe à prima cauſa,ut à fine,ergo cœlum & intelligentiæ habent illud cu

ius gratia factæ ſunt, & ſic includunt cauſam productiuam ex eo, quòd habent cauſam finalem.

Vltimo aduerte, ꝙ licet contra hanc determinationem fiant plura argumenta, quæ uidere poteris in Herueo in quol. 2. in quæſtione prima, quæ uidentur fundari in doctrina philoſophi, tamen nullum uidetur difficilius, quàm illud quod fundatur in 2. metaphyſ. in textu quarto, ubi inquit philoſophus. Quare ſemper exiſtentium principia eſſe, uerisſima neceſſe eſt, non enim quandoque uera quandoque non uera, nec illis. cauſa aliqua ut ſint, ſed illa alijs, ex his ultimis uerbis habetur, quòd principia corporum cœleſtium, quæ ſunt intelligentiæ, non habent cauſam aliquum ut ſint, ergo non ſunt producta à prima cauſa.

Ad hoc dicunt aliqui præcipuę Ioan. Bach. in 2. diſt. 1. quæſt. 2. artic. 4. quòd philoſophus non intendit negare, quòd intelligentiæ acquirant eſſe ab alio, & quòd habeant cauſam ut ſint, ſed quòd illa cauſa non poteſt dici efficiens proprie. Arbitratur enim quòd efficiens proprie ſit illud, quod extrahit aliquid de potentia ſubiectiua uel materiæ ad actum, quoniam prima cauſa non abſtrahit intelligentias de tali potentia, eo quòd non habent materiam, ideo non proprie dicitur efficiens reſpectu earum, ſi autem ſumatur potentia pro non repugnantia ad eſſe, poteſt dici large efficiens, eo quòd ex ſe non habent eſſe, ſed trahuntur ad eſſe à prima cauſa, & ut ſic non negaret philoſophus quin habeant cauſam ut ſint, quoniam iam præmiſerat, quòd maxime ens, eſt cauſa omnis entis.

Sed ſi aduertis iſti decipiuntur in hoc, quòd credunt apud philoſophum omnem efficientiam eſſe phyſicam, quæ profecto requirit potentiam ſubiectiuam, uerum apud philoſophum & ſecundum ueritatem datur etiam efficientia metaphyſica, quæ non eſt per motum nec mutationem phyſicam, cuius ſignum eſt, quòd philoſophus in 9. metaphyſ. tex. 1. dicit, quòd potentia & actus ſunt in

plus, quàm eorum, quæ dicuntur ſecundum motum ſolum, ſi quid ergo concludunt ſic dicentes, hoc tantum concludunt, quòd prima cauſa non eſt efficiens phyſicum, ſed metaphyſicum. Melius eſt ergo, ut exponas dictum philoſophi, ut iam expoſuimus in 2. lib. metaphyſ. q. 4. Vbi adduximus tres reſponſiones. Hæc dicta ſint pro præſenti quæſito.

Quęſtio. 29. Si eſt tantum unus Deus, ita quòd non poſſint eſſe plures.

Vnus ergo princeps, textu ultimo.

IN hac quæſtione pro ſuprema reſolutione aduerte, quòd hæc concluſio, eſt tantum unus Deus, uno modo eſt demonſtrata in alio non. Nam ſi ſupponatur & acceptetur, quòd ly Deus ſignificat ens eminentiſſimum, quo maius nec dari poteſt, quod eſt entitatis perfectionis & uigoris infiniti, quod eſt uniuerſalis cauſa productiua omnium, finisq; uniuerſalis ad quem omnia ordinantur, ut inter ea ſit ordo & connexio, proculdubio acceptatis his eminentijs pluribus rationibus demonſtratur unitas Dei, implicat enim dari plura entia abſolute optima, quæ ſint infinita intenſiue, & primæ cauſæ uniuerſales omnium entium totales & eiuſdem ordinis, unde & rationes b. Tho. in prima parte, quæſt. 11. artic. 3. & Scoti in prima diſt. 2. quæſt. 3. quas adducit Ant. And. in libro 12. metaphyſ. quæſt. ult. apud intellectum recte diſpoſitum efficaciter concludunt intentum, admiſſis prædictis eminentijs, ſi autem tales eminentiæ non acceptantur, ut ſufficienter probare in quæſtionibus ſuperioribus, ubi actum eſt de infinitate primi, & de ſua uniuerſali cauſalitate effectiua reſpectu omnium entium, non uideo, quomodo prædicta concluſio ſit demonſtrata, nec poſſit demonſtrari. Nõ enim implicat dari duo prima, quæ ſint

æque perfecta, finitæ perfectionis, & eiuſdem ſpeciei, præcipuæ ſi non ſuſtinueris, quòd ſola materia eſt ratio multiplicandi indiuidua ſub eadem ſpecie, & quòd ſint illa duo prima, ut duæ primæ cauſæ partiales concordes ex natura ſua ad productionem cuiuſcunque effectus, & ideo quia Commen. negat infinitum uigorem, & uniuerſalem cauſalitatem productiuam omnium entium conuenire primo principio, truncauit uiam ex ſua nequitia probandi unum uerum Deum. Nec obſtat, quòd illæ ponit tantum unum primum motorem amatum & deſideratum totius uniuerſi, bonum ad quem ordinantur omnia, quoniam illæ motor remotis prædictis eminentis non eſt ueræ Deus. Omnes enim recte ſentientes de Deo, concipiunt, quòd Deus eſt id quo maius dari nec cogitari poteſt. Conſtat autem, quòd quocunque finito ſecundum entitatem & potentiam, & intellectum, & uoluntatem, maius cogitari poteſt. Quare &c.

Et quoniam Io.Ba. in 1.diſt.21. q.1. tenet ſupradictas eminentias, non eſſe demonſtratas de Deo, ideo declinans ad errorem Auerr. ſoluit omnes rationes philoſophorum & Scot. quæ partim ſunt b.Tho. Tu igitur ſi uis efficaciter probare Dei unitatem, ſuſtinebis in Deo infinitatem uigoris, ut ſupra in q.20. & efficientiam uniuerſalem reſpectu omnium entium, ut in .q. præcedenti, & tunc aduertes ſolutiones Io.Bach. nullas eſſe. Scito tamen, ꝙ effectus inordinatus quo feruntur commentiſtæ pro Comment. obſtruit hanc uiam ueritatis.

Aduerte ultimo, ꝙ ipſe Io.Ba. ubi ſupra poſtquam ſoluit, rationes probantes Dei unitatem, ſumptas ex Scot. & ex b.Tho. ſuadens ſibi ꝙ ſit altioris ingenij, quàm præno minati, format unicam rationem, ad probandum Dei unitatem, quæ talis eſt. Quod eſt tota entitas eminenter ſubſiſtens, tota entitas dico, ens & poſſibilis actu, ſiue creata, ſiue increata, eſt numero tantum unum.

Primum eſt huiuſmodi,ergo eſt tantum unum numero. Ma.patet. Quia ſi è tota entitas ens & poſſibilis,quocunque modo,tunc nihil quo quomodo poteſt eſſe extra ipſum, & ſic erit infinitum: quia infinitum ſimpliciter eſt extra quod nihil eſt,neque de facto,neque de poſſibili, ut omnes antiqui diffiniebat in 3.phy.tex.62. Sed non poteſt eſſe,niſi unum,quod ſit ſimpliciter infinitum,ut ſæpe conceſſum eſt. Minorem autem ſic probat,quo ad creata, quia qua ratione eſt eminenter hæc entitas creata,ens, & demonſtrata poſſibilis,eadem ratione & quælibet alia. Sed certum eſt etiam ſecundum philoſophos, quòd primum eſt eminenter quælibet ſignata entitas creata, tam ens quàm poſſibilis fore, ergo eſt quælibet. Quo ad increata ſic probat, certum eſt enim quòd ſi imaginentur plura entia increata numero plura, non ita poſſunt imaginari, ꝙ quædam ſint actu, quædam poſſibilia eſſe,qm̄ in perpetuis non differt eſſe & poſſe 3.phyſic.tex.32. Igitur ſi unum primum inter increata non ſit tota entitas eminenter ſubſiſtens omnium increatorum imaginatorum, oportet quòd iam ſit de facto, quod eſt falſum & impoſſibile, quoniam ſi illud non ſit tota entitas eminenter aliorum, oportet, quòd quolibet tale ſit ens per ſe ipſum. & tamen talia ſint plura, quæ differant realiter ab alijs entibus abſolutis, ſaltem realitatibus ſuis, ſicut dicitur de duabus animalibus intellectiuis, quia aliter eſſet compoſitio cum eis. Sed ſi ſunt plura entia differentia ſeipſis, & realitatibus ſuis, illa erunt in inuicem independentia,&ſic non ſeruabitur ordo omnium entium ad unum, quod tota natura abhorret, ut patet in 12.lib.meta.tex.ult.ubi dicit Ariſt. quòd entia nolunt male diſponi, & pluralitas principatuum inordinatorū mala, unus ergo princeps, & loquitur philoſophus de unitate numerali, quia principatus ad perſonā, & non ad ſpeciem pertinet.

Hæc fuit ratio præcipua ſuam, quam dicit eſſe demon

ſtrationem philoſophi. Sed ſi aduertis, non concludit, niſi in uirtute huius, quòd primum ſit infinitum entitatiuæ ſimpliciter, & ad huius probationem aſſumit, quòd eſt conceſſum apud philoſophos, quòd primum principium eſt eminenter omnis entitas ſignata, tam ens q̃ poſſibilis fore. Sed hoc ſecundum ipſum non eſt clarum, imo & ipſe hoc negauit, reſpondens Aureolo in eadem quæſtione ad tertium. Præterea, in ſui probatione, ut uides, allegauit diffinitionem datam ab antiquis de infinito, quam philoſophus reprobat in eodem loco. ſ. in 3. phyſ. in tex. 62. ubi inquit. Accidit contrarium eſſe infinitum, quàm ſicut dicunt. ſ. antiqui, non enim cuius nihil eſt extra, ſed cuius ſemper eſt aliquid extra, hoc infinitum eſt, ergo nec ratio ſua eſt fortior alijs. & ideo ut uanus. & quaſi negans diuinas eminentias, quarum cognitio eſt nobis ueluti inferiora à natura eſt relinquendus. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio 30. ſi ſolum primum principium eſt ens neceſſarium, ita quòd omne ens productum ſit ens contingens.

Vnus ergo princeps. Tex. ultimo.

IN hac quæſtione agendum eſt de neceſſitate primi, quem dicimus Deum, & Auic. appellat ipſum neceſſe, aduerte igitur antequam deueniamus ad reſolutionē, quòd ſupponimus omne ens aliud à Deo eſſe productiuę à Deo, ita quòd eſt ueræ effectus eius, & tunc quæritur, ſi enti quod habet eſſe ab alio repugnat neceſſitas eſſendi. Sic igitur procedendum eſt. Primo declarabitur quid Auicen. & Comment. ſenſerint in hoc. Secundo quomodo b. Thom. in aliquo tenet cum Comment. & in aliquo non. Tertio quomodo uia b. Thom. continet ueritatem. Quarto quomodo Scotus & ſequentes eum nihil

concludunt contra b. Thom. Qui Scotus ſequitur uiam Auicen.

Circa mentem Auic. aduerte quòd diuidit ens ut ens, in neceſſarium & poſſibile, neceſſarium ponit tantum unum, quod appellat neceſſe eſſe, quod eſt primum principium, eo quòd nullam cauſam habet, & eſt omnino independens, habens ex ſe eſſe, & nullo modo non eſſe. & de hoc uno neceſſe eſſe pertractat in 2. lib. ſuæ metaph. cap. 2. & 3. Poſſibile autem extimat omne ens productũ, eo quòd habet eſſe ab alio, & ſibi derelictum quotunque alio circunſcripto non habet eſſe. ex conſequenti eſt non ens ex ſe, ergo poſſibile ut dicatur poſſibile, quod ex ſe nõ habet eſſe, & poteſt eſſe per aliud, & quia intelligentiæ & cœli, & animæ eorum ſunt productæ, ut tenet ipſæ in lib. 9. ſuæ metaph. cap. 4. ideo locat ea inter poſſibilia. & breuiter ſecundum ipſum non datur ens productum ſiue materiale, ſiue immateriale, quod ſit neceſſe eſſe, ex conſequenti, ſolum primum principium eſt neceſſe eſſe.

Circa mentem Auer. aduerte, quòd ut uidere poteris in lib. 12. metaph. comment. 41. de quo plenam fecimus mentionem in q. 28. huius lib. tenet neceſſarium eſſe duplex quoddam ex ſe, quoddam ex alio. De eo quod eſt ex alio ponit exemplum de motu cœli, quem dicit eſſe neceſſarium. & tamen eſt ex alio id eſt à motore, eo ꝙ motui contrariatur quies. & ideo motus in ſe eſt poſſibilis non eſſe per quietem oppoſitam. Si ergo debet eſſe neceſſarius habebit hoc ab altero id eſt à motore æterno omnino immobili, & ſine diſcontinuatione mouente. Neceſſarium ex ſe ponit ens permanens, & ſubſtantiam incorruptilem, ut intelligentiam & cœlum, ita quòd ſecundum ipſum repugnat, ſubſtantiam aliquam eſſe poſſibilem ex ſe, & neceſſariam ex alio. Arbitratur enim in prædicto comment. quòd natura poſſibilis transmutaretur in naturam neceſſarij, quod eſt falſum & impoſſibile, quoniam repugnat unum oppoſitum tranſmutari in

aliud oppoſitum,ſed potius deſtruitur, nõ enim calidum tranſit in frigidum, ſed corrupto calido fit frigidum.& quòd hæc fuerit opinio ſua,uide in commen.41.huius li. ab eo loco ubi incipit.& ideo non eſt uerum dicere aliquid poſſibile eſſe ex ſe,uſque ibi. Omnis igitur potentia mouens &c.

Quantum ad ſecundum.ſ. quomodo b.Tho. concordat cum Comment.aduerte,quòd concordat in concluſione ſcilicet quod aliquod productum ab alio eſt neceſſarium ſicut exemplificat de motu cœli.Non tamen concordat in extenſione concluſionis,quoniam Comment.tenet eam uerificari ſolum de ente ſucceſſiuo, ut de motu cœli & tempore. Sed.b.Tho.tenet eam uerificari & in ente ſucceſſiuo & in ente permanenti incorruptibili,ut in cœlo & intelligentia, ita ꝙ licet habent eſſe ab alio & nõ habeant eſſe ex ſe, tamen poſſunt dici neceſſaria,quod nõ concedit Auicen.ſi autem Comment.teneret cœlum & intelligentiam eſſe effectiuę à primo principio,cum ſecundum peripateticos ſint entia neceſſaria,eo quòd ſunt incorruptibilia & æterna,tunc.b.Tho. & Comment. concordarent in concluſione,& in extenſiue concluſionis. Sed iam ſupra in.q.28.huius li.manifeſtauimus, quòd Comment. non concedit cauſam productiuam omnium entium, ideo b. Tho.non in toto concordat cum illo,licet magis laudet opinionem Commen.ꝙ̃ Auicen.in.q.de potentia Dei q.6. arti.3.ubi utranque pertractat.

Quantum ad tertium ſcilicet quomodo opinio b. Thom. contineat ueritatem, & ſic peripatetica, magiſquam opinio Scoti aduerte, quòd in uno ſenſu uera eſt, in alio non.Ideo ut uideatur rei ueritas propono.4. diſtinctiones, deinde formabo concluſiones reſponſiuas cum probationibus ſuis reſolutæ & ſuccinctæ.

Prima diſtinctio eſt de poſſibili, poſſibile dupliciter. Primo aliquid eſt poſſibile per potentiam intrinſecam actiuam, uel paſſiuam. Actiuam ut poſſibile eſt homi

ni ambulare. ex eo quòd habet potentiam progreſſiuam, paſſiuam, ut poſſibile eſt hominem mori, ex eo quòd habet materiam ſubiectam priuationi. Secundo aliquid dicitur poſſibile, non per potentia intrinſecam, ſed per non repugnantiam, uel ad quod non ſequitur impoſſibile. uel quod non implicat contradictionem, ut poſſibile eſt eſſe duos ſoles, uel duas lunas, eo quòd ſi ponantur nulla ſequitur repugnantia. Primum dicitur poſſibile reale. Secundum poſſibile logicum.

Secunda diſtinctio eſt de impoſſibili, impoſſibile dicitur dupliciter. Primo per carentiam uel defectum potentiæ actiuæ uel paſſiuæ. Actiuæ, ut impoſſibile eſt talpam uidere, paſſiuæ, ut impoſſibile eſt cœlum uel intelligentiam corrumpi. Secundo aliquid dicitur impoſſibile propter repugnantiam terminorum. tunc enim ſequitur contradictio, ut impoſſibile eſt hominem eſſe aſinum, eſſet enim rationale & non rationale.

Tertia diſtinctio eſt de neceſſe, neceſſe eſt duplex ſcilicet abſolutæ & conditionatæ, neceſſe abſolutæ ſumitur à cauſa intrinſeca, ut à forma uel materia. A forma, ut neceſſe eſt hominem eſſe rationalem. A materia, ut neceſſe eſt elementatum eſſe corruptibile. Conditionate ſumitur ab efficiente uel à fine. Ab efficiente, ut neceſſe eſt lapidem ſurſum proiectum aſcendere. A fine, ut neceſſe eſt hominem uolentem uiuere reſpirare. Sed neceſſitatem conditionatam dimittamus, q̄m non deſeruit nobis.

Quarta diſtinctio, neceſſe abſolutæ eſt duplex, quoddam per cauſam intrinſecam tantum, ut cœlum eſſe incorruptibile, eo quòd non habet principium intrinſecum quo poſſit non eſſe. Quoddam per cauſam intrinſecam ſcilicet per eſſentiam ſuam, & per habitudinem terminorum, ita quòd, ſi non eſſet ſequeretur conditio, & eſt illud cuius eſſe non dependet ab alio, imo ſuum eſſe eſt de ratione ſua & hoc modo ſolum primum principium eſt neceſſe eſſe, quoniam dum dico Deus eſt, ly eſt, eſt de ratione

ſua, quoniam nullum extraneum eſt in Deo, unde ſi dico, Deus non eſt, eſt implicatio contradictionis, quoniam eſſe & non eſſe attribuuntur Deo. Nam in ſubiecto implicatur eſſe, cum Deus ſit ſuum eſſe, & ex prædicato negato attribuitur non eſſe, unde ſicut iſta, homo eſt animal, eſt neceſſaria ex habitudine terminorum, ita & iſta, Deus eſt.

Prima concluſio, intelligentiam deſinere eſſe uel non eſſe eſt poſſibile 2. modo, ſed non primo modo. Dico 2. modo, quoniam non ſequitur contradictio, ſi ponatur deſinere eſſe. Poteſt enim non conſeruari à Deo, quo non conſeruante deſinet eſſe. Dico ſed non primo modo, quoniam cum ſint ſimplices formæ, non habent potentiam paſſiuam intrinſecam, nec materiam, qua poſſint deſinere eſſe, ergo illas deſinere nõ eſt poſe primo modo.

Secunda concluſio, intelligentias deſinere eſſe. eſt impoſſibile primo modo, ſed non 2. modo. Dico primo modo, qm̃ non habent principium intrinſecum ſuæ diffitionis, cum careant materia ex qua, & in qua. Dico ſed non 2. modo, qm̃ ſi deſinat eſſe, non ſequitur ꝯtradictio ut prius dictum eſt, ergo eas deſinere eſſe, non eſt impoſ. 2. modo.

Tertia concluſio, intelligentias eſſe; eſt neceſſe abſolute primo modo, quia non poſſunt non eſſe per cauſam intrinſecam, nec per naturam ſuam, quæ caret omni principio intrinſeco corruptionis, cum ſint ſimplices actus.

Quarta concluſio, intelligentias eſſe, non eſt neceſſe abſolutæ 2. modo. i. ex habitudine terminorum, quoniam ſi ponantur non eſſe, uel non conſeruari, nulla ſequitur contradictio.

Quinta concluſio. Deum eſſe eſt neceſſe eſſe primo & 2. modo patet primo modo, quoniam eſt actus purus, ergo non habet principium intrinſecum corruptionis, patet 2. modo, quoniam eſſe eſt de ratione Dei unde ut diximus, ſicut iſta, homo eſt animal, eſt neceſſaria, ex habitudine terminorum, ita iſta Deus eſt.

Sexta concluſio, ſolus Deus eſt neceſſe eſſe abſolute 2. modo loquendo de incomplexis, quoniam ſolus habet eſſe ex ſe, & eſt penitus independens, ergo per nullam cauſam intrinſecam, nec extrinſecam poteſt non eſſe, & hoc eſt illud neceſſe eſſe, quod probat eſſe tantum unum, & non poſſe plurificari.

Quantum ad quartum ſcilicet ad opinionem Scoti, aduerte, ꝙ in. 1. di. 8. q. 4. in ratione ad ſecundum argumentum in fine quæſtionis, tenet cum Auic. ꝙ ens productum non poteſt diuidi in neceſſarium & poſſibile, imo ꝙ omne productum eſt ens poſſibile & contingens, quia ex ſe non habet eſse, & poteſt deſinere eſse, ſi ſibi relinquatur, ſequentes autem. Sco. conantur pluribus modis arguere contra determinationem factam pro uia b. Tho. Præcipue aut ſic arguunt. Quod in ſe eſt impoſſibile, nulli potentiæ eſt poſſibile, alioquin impoſſibile fieret poſſibile. Sed ſi ſubſtantiæ abſtractæ non ſunt poſſibiles, non eſse in ſe, ſequitur, quòd ſint impoſſibile non eſſe in ſe, æquipollent enim non poſſibile & impoſſibile, per nullam ergo potentiam poterunt non eſſe, ſiue intrinſecam ſiue extrinſecam, quod eſt falſum, & repugnans determinationi factæ.

Ad hoc patet tibi ſolutio, ſi ſciueris applicare diſtinctiones ſuprapoſitas, probat enim ſolum, quòd ſubſtantiæ abſtractæ ſunt poſſibiles. 2. modo, & non primo modo. cum quo ſtat, quòd ſunt neceſſe eſſe abſolute primo modo, iuxta tertiam concluſionem ſuprapoſitam, unde quando arguitur. Quod in ſe eſt impoſſibile nulli potentiæ eſt poſſibile, hæc non eſt uera, niſi de impoſſibili ſecundo modo, & quando arguitur, quòd poſſibile fieret impoſſibile, negatur, ſed bene conceditur, ꝙ poſſibili ſecundo modo, eſt impoſſibile primo modo, quæ non repugnant, quoniam non ſunt reſpectu eiuſdem modi. Omnia alia argumenta tranſeunt eiuſdem diſtinctionibus, ideo nolo immorari.

Sed dices. Quare b.Tho. non concedit ſubas abſtra ctas ſi ſunt productæ à primo, quòd ſunt entia poſſibilia, & non neceſſaria, ex quo concedit, quòd ſunt poſſibiles non eſſe, ſecundo modo.

Reſpondetur. apud peripateticum, res productę ſortiuntur modum neceſſarium uel contingentem eſſendi, non à cauſa prima & remota, ſed à cauſa proxima, ſiue extrinſeca ſiue intrinſeca, & ideo res quarum principia intrinſeca ſunt incorruptibilia, ut cœlum. uel quarum natura eſt ſimplex, & immaterialis, ut intelligentiæ, merito dicuntur entia neceſſaria in ſe abſolutę primo modo. Res autem quarum principia intrinſeca ſunt oppoſito modo. utputa quia habēt materiam cum priuatione, ſiue ſit materia prima, ut in compoſitis ſubalibus inferioribus, ſiue ſit materia ſecunda, quæ dicitur ſubiectum, ut in compoſitis accidentalibus, merito dicuntur entia non neceſſaria, ſed poſſibilia.

Concludimus ergo, ꝙ licet ſint multa entia neceſſaria in ſe, quia tamen ſunt poſſibilia per potentiam extrinſecā, ideo ſolum primum princ. eſt omnino & excellentiſſimæ neceſſe eſſe, & nullo modo poſſibile, à quo, in quo, ad quod, propter quod, eſt quicquid eſt, quod honoramus & extollimus ſub nomine Dei maximi & glorioſi per æternum Amen.

Expliciunt quæſtiones metaphyſicales ordinatæ per Reuerendum magiſtrum Chryſoſtomum Iauel. Canapicium, ord. præd. philoſophiæ ac diuinæ ſcientiæ doctorem, ſcriptæ manu propria, & per eundem reuiſæ Cremonæ 1532. die 20. Ianuarij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Series litterarum.

✠ ✠✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z & ? ✠.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.
AAA BBB CCC.

Omnes ſunt quaterniones.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, APVD
IOANNEM MARIAM
BONELLVM.
MDLV.



ΘΕΟΥ͂ ΣΥΜΠΑΡΟ΄ΝΔΟΣ.